6
16 0
5

n

Ex Bibliotheca
PP. Coll. Rom.
Societ. Jesu

16.1.7 II 9 F

32.1.H.8

THESAVRVS
LINGVAE
LATINAE
SEV

PROMPTVARIVM DICTIONVM ET loquendi formularum omnium ad Latini sermonis perfectam notitiam assequendam pertinentium: ex optimis auctoribus concinnatum.

BIBLIOTECA RAZ. ROMA

CVM PRIVILEGIO CÆSAREÆ MAIESTATIS ET CHRISTIANISS. GALLIARVM REGIS.

LVGDVNI.

MAXIMILIANI II. Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti diplomate cautum eſt Philippo Thinghyo Florentino, Lugduni degenti, nequis in vniuerſis ditionibus ipſius Cæſareæ Maieſtatis, locis atque ciuitatibus tum ſacro Romano Imperio, quàm cæteris regnis, dominiis & prouinciis eius ſine diutè vel immediatè ſubiectis, niſi ipſius Philippi aut hæredum permiſſio huic Theſaurum Linguæ Latinæ, vel quicquam eorum quæ in hanc eius editionem contulerit, excuderet ante decem exactos annos à die qua finita fuerit computandos: vel ea quæ excuſa fuerint exemplaria vendere atque diſtribuere publicè, vel occultè, aut quouis alio prætextu auſit. Alioqui ſibi præter amiſſionem librorum, mulctam decem marcharū auri puri irrogaram eſſe ſciat, imperiali fiſco, & ipſi Philippo vel eius ſociis & hæredibus, aut ab illis mandatum habentibus, ex æquo perſoluendam. Datum Viennæ die 18. menſis Ianuarij, Anno M. D. LXXII. Subſignato,

MAXIMILIANVS.

Et infrà, *Ad mandatum Cæſareæ Maieſtatis proprium*

Io. Baptiſt. Vvebert. *D. Oberburger.*

CHARLES par la grace de Dieu Roy de France, au Preuoſt de Paris, Senechal de Lyon, Baillif d'Orleans, Rouen, leurs Lieutenans, & à tous nozautres iuſticiers & officiers qu'il appartiendra, Salut. Noſtre bien aimé Philippe Thingy marchant Florentin demeurant en la ville de Lyon, nous faict remonſtrer qu'il a nagueres recouuert la copie d'vn liure intitulé, *Theſaurus Linguæ Latinæ* de nouueau reueu, & corrigé & de beaucoup augmenté: lequel liure il deſireroit voluntiers imprimer, & expoſer en vente: mais il doubte que ayãt faict les frais pource neceſſaires quelques vns s'aidans de ſa copie le vouluſſent fruſtrer de ſes deſpens, peines & labeurs, s'il ne luy eſtoit ſur ce pourueu: ce qu'il nous a treshumblement requis. Nous à ces cauſe deſirans fauoriſer tels labeurs qui profitent au public. Et à ce que l'expoſant ne ſoit fruſtré de ſes peines & des frais qui luy conuient faire, à iceluy pour ces cauſes & autres à ce nous mouuãt auons permis, accordé & ottroyé, permettons, accordons & ottroyons qu'il puiſſe & luy ſoit loiſible imprimer, ou faire imprimer par tels Imprimeurs que bon luy ſemblera, le liure cy deſſus mentionné, & iceluy debiter & expoſer en vente par tous les lieux & endroits de noſtre Royaume, iuſques au terme de ſix ans à cõpter du iour de la premiere impreſſion, ſans que pendant ledit temps aucuns Libraires, Imprimeurs ou autres puiſſent imprimer, ou faire imprimer ledit liure, ou expoſer en vente ſur peine de confiſcation des liures qui ſe trouueront imprimez d'autre impreſſion, & d'amende arbitraire, & de tous deſpens dommages & intereſts. Et en mettant au commencement ou à la fin dudit liure vn extraict du preſent priuilege, nous entendons qu'il ſoit tenu pour bien & deuëment ſignifié à tous ceux qu'il appartiendra, ſans qu'ils puiſſent pretendre iuſte cauſe d'ignorance. Si voulons, mandons & nous plaiſt que de tout le contenu cy deſſus vous faictes, ſouffrez & laiſſez ledit expoſant ioüir paiſiblement & plainement, ſans ſouffrir ou permettre qu'il y ſoit aucunement contreuenu: contraignãt à ce faire, ſouffrir & obeir tous ceux qu'il appartiendra, & pour ce faire ſeront à contraindre, par toutes voyes & manieres deuës & raiſonnables, nonobſtãt oppoſitions ou appellations quelconques & ſans preiudice d'icelles. Car tel eſt noſtre plaiſir. Et pource que de ces preſentes lon pourra auoir affaire en pluſieurs lieux, nous voulons que au vidimus d'icelles deuëment collationné par l'vn de noz amez & feaux notaire & ſecretaire, ou ſoubz ſeel Royal, foy ſoit diouſtee comme au preſent original. Donné à Paris le XVIII. iour de Ianuier, L'an de grace mil cinq cens ſoixante treize. Et de noſtre regne le treiziéſme.

Par le Roy à voſtre relation

Moré

CLARISSIMO ET CELE-

BERRIMO IVRISCONSVLTO PETRO D'AVSSERRE, Lugdunensi in ciuitate Consiliario & Aduocato Regio, serenissimæq; Reginæ matris Libellorum supplicum Magistro, Philippus Tinghyus Florentinus S. P. D.

VANA quorundam hominum studia animo sæpe contemplans, Iurisconsultorum decus Petre d'Ausserre, multùm diuq; tacitus mecum dubitaui, cuinam potissimum Latinę Linguæ Thesaurum: id est, vt ego interpretor, præclarissimi vtilissimique Libri inscriptionem; cuius à me iam pridem sumptu magno editio parabatur, dicarem. Licet enim nemo tam sit vel hebes, vel humanarum rerum ignarus, velit modò naturę suæ non spurius haberi, quin diuitiis externis veras opes animi esse anteferendas existimet. Sic tamè corruptela morum & sinistri auiditas lucri mortalium ferè omnium animos occupauit, vt honestatis virtutúmque igniculi & sapientię inclita illa semina, quę summus ille rerũ opifex Deus pectoribus nostris inclusit, atque mentibus ingenerauit, tenui vix in nobis parte ex aliqua appareãt: enectáque miserè potius, vel fœdè esse sepulta meritò videantur. Quotus enim quisque est, qui sapientum more veterum rei familiaris, proprię que adeò salutis cura neglecta: bonarum artium disciplinæq; honestę inflammatus studio, res illas omnes elatione animi præclara contempserit, ad quas vitiosa animi cupiditate instimulati mortalium plerique rapiuntur? Pessum iere vitę pretia, & à maximo bono, vt rectè Plinius ait, liberales dictæ artes in contrarium cecidere. Nimirum alij subiere ritus, circáque alia hominum mentes detinentur: & auaritiæ tantùm artes coluntur. Quę vna res proculdubio illud effecit, vt insignis illa animi elatio quę in optimi cuiusque mente elucere quondam solebat, contrario studio refrixerit. Vbi nunc Megaricum inuenias Stilphontem? cui prę vna sapientia, mortalia cuncta sordebant. Qui patria à Demetrio expugnata, rogatus à Tyranno, an suarum rerum aliquid amisisset: nihil, inquit, neminem enim rapientem mea vidi: nam mihi quidem eruditio, virtúsque animi salua sunt: cętera non mea, sed casus fortunęq; fuere, cuius subito, vt vides, turbine labefactari, atque eripi solent. Quid ego nunc Socraticum Aristippum, Biantém ve sapientem proferam? Cuius cùm patriam Prienen cepisset hostis: cæteríque ita fugerent, vt multa de suis rebus secum asportarent: admonitus à quodam, vt idem ipse faceret. Ego verò, inquit, facio: nam omnia mea mecum porto. Vbi, quęso, prudentissime vir illa sunt bona: quę dum taces, dúmque ad hunc modum leuis expeditúsque graderis, te ferre nulla video? Recte sanè. Pectore nimirum, vt Valerius scripsit, illa gestabant, non humeris, non oculis visenda, sed æstimanda animo: quę domicilio mętis inclusa, nulliúsque ideirco iniuriæ obnoxia: secura pacatáque in hominis mente, mollia intus ocia peragebant. Quid Aristippus: minorine subsidio mentis fultus, contemplatione illarum rerum, quas vulgus miratur stupens, secum ipse tacitus ingemiscebat: aut ratione aliqua turpi à constantia animi solita effugium vile quęrebat? Accipe quanta humanarum rerum contemptio in Sapientis fœcundo pectore, generositásque vigebat. Naufragium, infelix miserque, fecerat, eiusce modi enim voces homines parum docti, cùm alterius vicem dolere se dicunt, vsurpare maximè solent. At ille præsenti infortunio parum animo consternatus, cùm è naui primùm exiret: Mathematicas commodùm figuras arenę insculptas inspiciens, ad socios cõuersus, subitò alacris ait: Sălui sumus ô socij: vestigia hic ego hominum, haud dubiè magna conspicio. Quid quæris? ingreditur ciuitatem: doctos viros alloquitur: nuditatem subleuant: honorant cognitum: discedere cupientes socios viatico prosequuntur: Nam philosophi mansionem, saltem ad dies aliquot, beneficiis impetrarent. Quo hęc historia pertinet, dices? Aristipi

socios iubeas abire, actutú facilè intelliges. Aristippe fœlix conseruent te Dij: Aristippe bone, salue: Aristippe docte, in patria de te ecquid dicamus iubes? renuncia te, ait, ciuibus meis, vt eiusmodi sibi opes parent, quæ fracta naui vnà cum domino enatent. O præclaram opulentiam! O quæstum mentis vberem! O fœlix lucrum! conditionéque nostra omnium, naturáque verè dignum! & in quo persequendo, nullo nos oporteat neque obstaculo impediri, nec labefactari formidine, nec periculo deterreri. Hæc, hæc (inquam) illa animi vera sunt bona, Petre d'Auserre, quæ neque fugam moliri, neque concinnare dolos, neque insidias struere alumnis suis nouere. Ab iis aliena quæ sunt, fragilia sunt, caduca atque fugacia: possessoribúsque suis haud rarò pernicio sa: quos locis multis prodere atque fallere consueuerunt. Quo factum est, vt ad diuina illa subsidia præstantes ingenio viri, alacri semper animo conuolauerint. Vniuersum ferè orbem sapientiæ dulcedine captus Sammius quondam peragrasse Pythogoras fertur: rèque huius inclyto tandem reperto palmario, præstantioris cuiusdam doctrinæ mirificis institutis Italiæ illam oram affatim exornasse: quæ ob doctoris tanti eximiam dignitatem, magna est à priscis Græcia nuncupata. Cuius laudatissima in re Plato exẽpla secutus, Asiæ solitudines vastas inexplicabiles sinuosásque Nili ripas, vt Ægyptios sacerdotes videret, scientiamq; illorũ hauriret, nõ sine magno labore dicitur peruagatus. Quò, simili raptos amore Homerum, Melampum, Dædalum, Musæum atque Solonem, Tyanæúmq; Apollonium perhibent conuolasse. Quapropter minus erit mirandum Athenienses ipsum Platonem, vt ab Archita Tarenti, à Timæo & Arione locris Pythagoræ præcepta institutaq; acciperet, in Italiá etiam esse trásgressum. Non enim ætate illa, auri sacra fames: non fucati honoris ambitio: sed prudentiæ ac probitatis summus amor, famæq; nominis ardor insignis, mentes hominum perurgebat. Abderites ille Democritus ex longinqua diutináque peregrinatione, quam Sapientiæ causa susceperat, in patriam aliquando reuersus: cùm possessiones suas desertas, inculáque prædia vidisset: Haud essem (inquit) saluus ego, nisi hæc periissent. Quid Philoxenus Melopæus? nónne præsentia animi pari vitam ac domum opulentissimam in colonia Sicula, hæreditate nactus: delicias, voluptates, indigenámque & parum sobriam gentis huius elegantiam demiratus: ad honestiora & fœliciora ocia, quæ mente agitabat, obstaculo sibi illa magno futura veritus. Per Deos (inquit) bona hæc haud me perdent, sed ego illa: hæreditatéque aliis relicta confestim enauigauit. Quid Anaxagoras? nónne amœnissimo, fertilissimóque se abdicauit fundo: quò liberius ab externis curis feriato iam animo exopatá diu operam philosophiæ posset insumere? Longum sit, ad plenum illorũ velle exempla rimari, qui despectis rebus cæteris, hopestissimæ huic se arti atque studio mãcipauerint, Sapientia magis animi quàm pecunia ditescere cupientes. Huius rei tam præclaræ támque diuinæ fundamenta fideliter iacere, Thesaurus hic noster doctissimorum virorum vigiliis lucubrationibusq; multis institutus & magnificè cumulatus, haud dubiè facilè potest, modò quis in loco eo vti vigilanter assuescat. Præclarum hoc esse quis ambigit? sed magnificum illud etiam, quòd balbutiem & rusticitatem linguæ, indiserticque oris infantiam curaturum se esse promittit. Cùm enim immortalis summíque Dei speciosa quodam diuinóque munere à brutorum animantium, hoc vno vel maximè simus secreti disiunctique natura, quòd sensa animi possumus explicare dicendo. Certè pulcherrimum quiddam ille videtur adeptus, qui qua re homines bestiis præstant, ea in re hominibus antecellit. Quod vti à me significatum est antea, liber hic noster se facturum spondet. Quo ex ipso, tanquam ex boni assiduiq; domini penu referta, non quidem esculenta & poculenta: quorũ, pecuniam modò adhibeas, omni ferè loco homini copia, vbertásque est obuia: sed Sapiẽtiæ vera adminicula, & humanæ mẽtis inclyta viatica, Latinæ linguæ opes licebit expromere: mẽtemq; ipsam hominis verè polire: cuius in oratione dignitas atque vis proculdubio maximè cernitur. Quod cùm intelligerent Græciæ doctissimi viri appositissimo nimirum nomine, nullo vocis discrimine facto, orationem, mentémque nostram

ſtram atque rationem prudentiſſimè profecto λόγον appellarunt. Hos ego libros cùm in publicum proferre vellem, & propter eas, quas ſuprà retuli cauſas, haud mediocriter animo viderer mihi eſſe ſolicitus. Virtutum memor tuarum ſingulariſque doctrinæ, Iuriſconſultorum decus Petre d'Auſerre, fœlicioribus iam auſpiciis clariſſimi rui nominis titulo condecoratos in ſtudioſorum hominum gratiam euulgare illos conſtitui: vt vna eádémque opera bonarum artium cupidi ſe tibi plurimum de munere hoc debere fáterentur: ſimul & amoris erga te mei ſingulare aliquod apud poſteros pignus extaret: quo, humanitatis, modeſtiæ, probitatiſque tuæ memoria ad gentes etiam nobis incognitas permanare latius, fuſiúſque aliquanto queat extendi: & in magiſtratu incorrupte ſanctéque gerendo vigilantia tui animi, ſummáque etiam fides ab omnibus poſſit intelligi. Haud igitur eſt mirandum, cùm tot indies maximarum virtutum publicè documenta præbeas, Iuriſprudentiæq; inſuper gloria vnus tantum excellas, vt celebratiſſima in vrbe Iuſtitię ſignum aliquod ſuſtuliſſe videare, ſi Chriſtianiſſimus, Inuictiſſimuſq; Rex Gallorum CAROLVS te vnum delegerit, cui ſplendidiſſimi magiſtratus curam iniungeret & Regiis cauſis præficeret. Decebat enim præſtátiſſimę omniū virtutis alumnū inſigni aliquo dignitatis prędmio affici: idq; ab eo principe potiſſimùm, cui Deus optimus maximus imperij ſceptra inclyti, & Iuſtitiæ gubernacula, florentiſſima in orbis terrę regione vtenda conceſſiſſet. Noſtra igitur hac editione, vir præſtantiſſime, lubens fruere: quam tibi, Chriſtianæq; reipublicæ fœlicem, fauſtámque eſſe, Largitorem omnium bonorum & verę ſalutis authorem ſupplici mente precamur.

Summa vniuerſi operis in corpora quatuor, eo fuit à nobis conſilio diſtincta, vt qui ad magnitudinem penè immenſam liber excreuerat: ab eiuſcemodi epularum auido, candidatóque doctrinæ tractari commodius poſſet, quoties ipſum de re dubia, veri inſtar magiſtri conſulere decreuiſſet. Affixa eſt etiam limine primo Adriani Cardinalis doctiſſimi viri, de Latinæ Linguæ temporibus & præſtantia ſanéque elegans cultáque epiſtola: vt quaſi digito ad fontes oſtenſo, quos quiſque authores ſedulo fugere, quos contrà ſtudioſe conueniat imitari, facilè poſſit addiſcere. Planè enim eloquentiæ originem, in verborum delectu, quod diſertiſſimo viro Caio Cæſari placere videmus, ſitam eſſe arbitramur. Quæ verò reliquis, de eiuſdem Latinæ Linguæ ſententiis, Theſauríque huius authoribus, corporibus ſunt appenſa: quę in calce operis addita præfatio eſt, Deo auſpice declarabit:

Viue diúque vale: meritos Deus addat honores.

TYPOGRAPHVS LATINAE
LINGVAE STVDIOSIS S.

VVM primùm huic Thesauro, eruto ex duitum latinitatis aurisodinarum venis, in lucem producendo manus admouere vellem, non paucæ occurrerunt cogitationes, quæ me à tam difficili instituto penitus abstraherent. Præclarus enim Roberti Stephani, viri de re literaria & literatis quàm optimè meriti hac in parte conatus, amplissimas latinæ linguæ facultates harum cupidis porrigere videbatur. Ab eo igitur amo quo secundam euulgauit huiusce operis editionem, purior loquendi scribendiq; modus vbique caput exeruit. Probè etiam mihi cognitum erat os vorax præli typographici: & sumptus immodicos faciendos, denique Thesaurum Thesauro hauriendo exhauriendum, iam satis videbam. Oblatæ tamen quum mihi essent in secundum hunc Stephani laborem doctissimorum quorundam nostræ ætatis hominum vigiliæ, animaduersiones videlicet, expolitiones & sententiæ ex Latinis melioris q; notæ scriptoribus, ad ornatum operis & studiorum vestrorum subsidium excerptæ: tunc dubius hærere, & permultos dies mecum variis agitari sententijs, quid humeri ferre vellent & possent explorans, tandem obstaculis omnibus neglectis, vento (quod aiunt) vela commisi, latisque auspicijs, quod Deus bene vertat, Oceanum literarum sum ingressus. Inconstantiæ verò nequis me arguat, en meæ mutati consilij rationes paulò fusius explicatæ. Ex votis, postulationibus & querelis multorũ sæpius audiui omnino necessariam esse huius laboris renouationẽ, qui graues etiã suæ importunitatis causas in medium producebant. Verum esse qui ignorat, inquiunt, quod Terentianus ille Demea secum queritur, his verbis? Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit, quin res, ætas, vsus semper aliquid adportet noui, aliquid moneat: vt illa quæ te scire credas nescias: & quæ tibi putaris prima, in experiundo repudies. Sic, quanuis posteriori huius Thesauri fœturæ maximo studioso commodo in lucem emissa sit, multa tamen addi possunt non inutilia: quod vt propius aspicerem tradita sunt eruditorum, vt iam dictum est, variæ annotationes ex ipso latinitatis penu depromptæ, quas ceteris diuinis vt adiungerem, literis & sermone studiosi homines flagitarunt. Præterea satis noueram inexhaustos Latinæ linguæ Thesauros non modò Stephani, verumetiam ipsorum musarum manus requirere. Ingenuarum item artium, politiorisque literaturæ studia, his mediis mirè fulciri & adiuuari, nemo fuit qui non animaduerteret. Romana lingua ore demisso à typographia illud vnum petebat, vt ex vasta illa dispertione tandem in vnum corpus, ceterarum (Græca nominatim) exemplo, colligeretur. Vicit fateor, & lingua & eius studiosorum amor importunus, qui ad cursum mihi omnia parenti, calcar animumq; addens, non sine puluere & æstu integrum stadij cursum fœliciter peregit. De latini sermonis præstantia coram vobis disserere supernacaneum iudicaui, tum quòd ab multis nostra hac tempestate fœliciter id præstitum est: tum quòd hic labor satis superq; nostro nomine spondeat. Mihi etiam typographicis negotiis inuoluto parum conueniret ad literarum studia literatos adhortari. Ne etiam præco priuati commodi videar laudes linguæ Romanæ decantando, has partes vnicuique vestrũm malui dimittere. Quis autem huius operis sit vsus, ex frequenti authorum Latinorum lectione, in dies percipietis. Quot iaceant scrupuli, quot saltus, anfractus, voragines pateant in tam spatiosa latinitatis regione, nemo est paulo humanior qui nesciat. Hæc autem omnia vt tuto pertegrediamini, securum patet vobis iter. Siue historici, seu oratores, poetæ aut classici authores sunt consulendi, præit nunc fidus comes, omnium ænigmatum Oedipus. Audaciter incedite per variorum scriptorum semitas quantumuis salebrosas: faustum indicabit vius vestris exitum fidus hic monitor, tantum ad monstrandam viam, deuijs adstans. Nam qui Dictionaria tanquam authores ipsos ambit, fœdè hallucinatur: sunt enim instar stataurum Mercurialium nouorum viatorum gratia in syluarum triuijs & locis parum cognitis collocatarum: quas non quærit viator, vbi crebris profectionibus iter contriuit. Sic, index iste manu ducet studiosum inexercitatum & quascunque Latini eloquij vias callere docebit. Altera studiorum pars in exercitatione styli versatur, qua in re maximo vobis adiumento futurum hoc opus habeo mihi persuasum. Siue enim historia condenda, seu poema scribendum siue epistolæ mittendæ, aut scholia & commentaria in varios authores conficienda sunt: si denique ex peregrinis linguis in Latinum aliquid conuertere studiosi statuerint, paratum instrumentum

mentum præstantiss. hæc officina exemplo submunistrabit. Denique, vt paucis omnia comprehendam, in pelago latinitatis versantibus offero naue, quæ ad optatum portum vehat saluos & incolumes. Quod si laude donati sunt qui iam olim Musis vestras adiuuarunt, nemo mihi vitio vertet, quòd summam manum vtilissimo labori apponere conatus sum: & quemadmodum qui hoc stadium prius sunt ingressi, facem tradentes, nos ad eundem cursum vocatos pertraxisse videtur: nemini etiã inuidebimus qui in posterum diligentiæ nostræ superaddens, meliora præstabit, modò priuilegij, impensarumq; nostrarum habeat rationem. Si quod propositum fuit (promouere videlicet bonarum literarum studia) sumus assequuti, laboris & impensæ non pœnitebit. & gratias Deo Opt. Max. agemus, qui calamitoso hoc seculo tantũ otij & facultatum largitus est, vt multorũ vtilitati consulere potuerimus. Sin verò operis moles & operarum incuria nos aliquoties dormitasse clamitat, rectu tamen fuisse scopum, necnon liberali manu necessaria omnia nos suppeditasse, studiosi, spero, intelligent. Aliquid de ordine huius opificij superest vt adiiciamus. Quæ à Stephano edita erant, omnia damus integriora & emendatiora: quæ desiderari videbantur, docti expleuerunt: Primarijs dictionibus Latinis Græcæ adiunctæ sunt in eorum gratiam qui has coniungere cupiunt. Scriptorum authoritates natiuo nitori restitutas & à mendis repurgatas habetis. Nomina propria, & nobiliora ex historicis poetisque collecta ad horum intelligentiam: Contraria, ex scriptis Ciceronis omnia ferè excerpta: Forensia, Opposita, Antiqua & inusitata vocabula adiecimus: & cũ nonnullis aliis ad finem iterum per classes digessimus, quò nihil ad Latini sermonis notitiam acquirendam deesset. Vt comodius etiam à vobis in museo tractaretur, in quatuor Tomos totum opus diuisum est. Primo huic Tomo Adriani Cordinalis viri doctissimi de Latinæ linguæ temporibus & præstantia aduniximus epistolam. Tertius Tomus ab initio continet Doctorum quorundam de eadem lingua sententias. Quarti Tomi caput præcipuorum authorum ex quibus Thesaurus hic erutus est, continet Catalogum. nonnulla item, quæ ad calcem addita præfatio declarabit. Hæc adiumenta qui pro nihilo ducet, insania sua fruatur. At meliora de vobis mihi polliceor. Plura igitur non addam, nam se satis merx ipsa probabit, & vino vendibili non adeo opus esse suspensa hedera, vel ipsis pueris notum est. Valete.

EPISTOLA ADRIANI CARDINALIS de sermone Latino.

CVM Bononiæ viri me aliquot eruditi, officij causâ conuenissent, commentaremúrque inter nos, vt sit inter literarum studiosos, de Latini sermonis elegantia, auditémque eorum ple-rósque Apuleij, Sidonij, Capellæ, Fulgentij, non tam verbis, quàm scetoribus scaturire, verbáque de industria promere aliorum etiam auctorum, quæ aut absoleta nimis, aut noua, & omnino barbara viderentur, multáque ego libere (vt soleo) contra eorum sermonis insolentiam, non sine stomacho, prorupissem, idque eo animosius essem aggressus, quòd viderem non tam paucorum ipsorum, qui mecum ita essent congressi, quàm cæterorum ferè nostri temporis hominum vnum atque eundem esse errorem: foræque breui, vt relicta vetere, verâque Latinitate, in aliam omnino linguam, & quasi barbariem commigremus. Ea omnia longiusculo tractata sermone & altiore repetita principia, perpetuáque oratione, idcirco colligere, ac literis mandare volui: vt qui hæc legerint, malorum autorum imitatione omissa, perfectos illos Latini candoris parentes agnoscant, studeant, æmulentur. Sed iam quid cum illis egerimus, exponamus:

Quatuor propemodum post Romam conditam videntur Latinorum doctorum fuisse tempora: Antiquissimum, Antiquum, Perfectum, Imperfectum.

Antiquissimum reperimus ab vrbe condita peruenisse vsque ad Liuium Andronicum: interuallúmque illud quatuordecim & quingentorum annorum fuisse, Marcus Tullius in Bruto commemorat. Et Horatius primum hunc scriptorum fuisse significat, cùm dicit,

Ilabet hos numeratque poetas
Ad nostrum tempus Liuo scriptore ab auo.

In quo quidem temporis interuallo fuisse permultos doctos suspicari magis (vt inquit Cicero) quàm intelligere possumus, cùm nulla penitus eorum extent in literis monumenta: præter orationem Appij Cæci, & quasdam nonnullorum laudationes, sicut in Originibus scriptum reliquit Cato.

Antiquum vero tempus id dicemus, quod ab ipso Liuio vsque ad ætatem Ciceronis interfuit: quod quidem vix centum annos, vt ex ipso Ciceronc colligitur, excessit. In hoc autem temporis spatio, etsi quàm plurimi doctissimi viri floruerunt, eos tamen horridioribus verbis vsos, & sine cultu & verborum delectu locutos fuisse, Ciceronis sequens ætas notauit: vt verum id esse appareat, quod dicitur, Nihil esse simul inuentum & perfectum. Repertores enim fuerant, & quasi architecti Latinitatis, vt præclare dicit Horatius,

Cum lingua Catonis & Enni,
Sermonem patrium ditauerit, & nona verum
Vocabula protulerit.

Nam Liuium anno ipso ante Ennium docuisse fabulam, & Catonem Ennij fuisse æqualem scribit Cicero in Bruto, qui Liuium inepte scripsisse testatur, dicens eum docuisse fabulam non satis dignam, quæ iterum legeretur. Et de Ennio Ouidius de Tristibus,

Ennius ingenio maximus, arte rudis.

Testificatur hoc ipsum Suetonius in libello de claris grammaticis his verbis: Grammatica Romæ ne in vsu quidem olim nedum in honore fuit, nullo liberalibus disciplinis vacante. Initium quoque eius mediocre extitisse quidem antiquissimi doctorum, quidam & poetæ, & semigræci erant. Liuium & Ennium dico, quos vtraque lingua doni, forsitan docuisse adnotatum est. Catonis verò orationes vt illis temporibus, valde Cicero in Bruto laudat, addit tamen, significare illas formam quandam ingenij, sed, admodum impolitam, & planè rudem. Et paulo post: Antiquior, inquit, est Catonis sermo, & quædam horridiora verba: ita enim tunc loquebantur. Et eundem iam desitum legi testatur, cum ait: Catonem verò quis nostrûm oratorum, qui quidem nunc sunt legit? aut quis nouit omnino? Et subdit, non ignorare se nondum satis esse politum hunc, & quærendum esse aliquid perfectius. Quo tempore etiam fuit Cornelius Cethegus, quem Cicero primum fuisse eloquentem affirmat. Ennij testimonio, qui in Annalibus suis sic de eo scripsit.

Additur orator Cornelius suauiloquente
Ore Cethegus

Paulò verò post, fuerunt Neuius, Plautus, Cæcilius, Pacuuius, Accius, C. Lælius, P. Scipio, Gracchi fratres, Scæuola, L. Crassus, M. Antonius, Philippus, C. Cotta, & innumeri alij, quos ætas Ciceronis mo ò prisco s, modò veteres, modò patres, interdum antiquos, aliquando superiores appellat. Quos quidem veteres, nimis antiquè, & plerasque dure loquutos notauit Horatius, cùm dixit:

Si veteres ita miratur laudátque poetas,
Vt nihil anteferat, nihil illis comparet, errat.
Si quædam nimis antiquè, si pleraque dure
Dicere credat eos, ignaua multa fatetur,
Et sapit, & mecum facit, & Ioue iudicat æquo.

Cicero quoque veterum illum sermonem se quoque improbare ostendit, cum in Bruto dicit: Illius autem ætatis qui fermo fuerit, ex Neuianis scriptis colligi potest, & subdit: Cæcilium & Pacuuium male locutos videmus. Hinc Quintil. Accio, inquit, & Pacuuio nitor, & summa in excolendis operibus manus, magis videri potest temporibus quàm ipsis defuisse. Idem etiam dixit Lucretium non facere phrasim, id est, corpus eloquentiæ. Martialis etiam de his ait,

Accius & quicquid Pacuuiusque vomunt.

Et Cicero in Bruto: Carbonis & Gracchi habemus orationes, nondum satis splendidas verbis, sed acutas: & subdit: C. Gracchum de superioribus solum lego, manus tamen extrema non accesisse operibus eius, præclarè inchoata multa, perfecta non plane. Et iterum: L. Cotta cùm verbis, tum etiam sono quasi subrustico persequebatur atque imitabatur antiquitatem. Et in eodem: Curiosis loci sanè inanes, verumetiam nondum tritis nostrorum hominum auribus, nec erudita ciuitate tolerabiles. Et Quintil. pueros monet, ne veterum admiratores sint, dum sic præcipit: Ne quis pueros antiquitatis nimius admirator in Gracchorum Catonisque, & aliorum similium lectione durescere velit: sient enim horridi & ieiuni. Tum autem quod quasi per gradus eloquentia ad perfectionem ascenderit, testatur Cicero in eodem Bruto, cum dicit: Quæ fuerit ascensio, & quàm in omni-

in omnibus rebus difficilis optimi perfectio atque absolutio, ex eo quod dicam, existimari potest. Et paulo post connumeratis aliquot oratoribus, qui seni iam Ennio successerant, subiungit: Iam enim erat quædam vinctior & splendidior consuetudo loquendi. Et subdit: Sergius deinde Galba princeps ex Latinis, contulit oratioui propria ornamenta. Videre licet alios deinde gradus, cùm idem Cicero subdit: L. Furius Pilus perbene loqui Latinè putabatur, literatiúsque quàm exteri. L. Sæuola paulò etiam copiosior. & addit: Etiam Philippus in primis, vt temporibus illis, Græcis literis institutus. Et in eodem Bruto, ad Gracchorum ætatem laus eloquentiæ perfecta nondum fuit. Eloquentiæ autem veluti gradus, vt dixi, factos esse docet idem Cicero in Tuscul. dicens: At contrà, oratorem celeriter complexi sumus, nec eum prius eruditum, aptum tamen ad dicendum, post autem eruditum. Nam Galbam, Africanum, Lælium doctos fuisse memoriæ tradirum est. Studiosùm autem eum, qui iis anteibat Catonem, post verò Lepidum, Catonem, Gracchos, deinde ita magnos nostram ad ætatem, vt non multum, aut nihil omnino Græcis cederetur. Et alibi: P. Scipio Latinè loquendo omnes superabat. Et iterum: Quinti Catuli non antiquo illo more, sed penè hoc nostro. Et Cicero in eodem Bruto notat ætatem ætati suæ proximam nondum perfectè locutam, dicens, inferioris autem ætatis erat proximus L. Sisenna doctus vir, studiis optimis deditus, benè Latinè loquens. Huius omnis facultas ex historia ipsius perspici potest. Qui cùm facile omnes vincat superiores, indicat tamen quantum absit à summo. nam vsus est aliquando veteribus verbis, & ab vsu perfecto, & auribus eruditis remotis. Rectè enim loqui putabat, esse inusitate loqui. De iis gradibus Quintilianus ita meminit: Fuerunt quædam genera dicendi, conditione temporum horridiora, alioquin magnam vim ingenij præ se ferentia. Hinc sunt Lælij, Africani, Catones. Gracchi, medium illam formam tenent L. Crassus, Qu. Hortensius, tum deinde efflorescit non multùm inter se distantium huiusmodi oratorum ingens prouentus. Sed Cornelius Tacitus de claris oratoribus, hanc distinctam veterum imperfectionem notat iis verbis: Quod ad Ser. Galbam, & C. Lælium attinet, & si quos alios antiquorum agitare non desistis, non exigit defensionem, cum fatear quædam eloquentiæ eorum, vt nascenti adhuc, nec satis adultæ defuisse. Sed hanc nimiam vetustatem Cicero omnino explodendam in Bruto monet. Sed nimia, inquit, vetustas nec habet eam, quam quærimus, summitatem, nec est sanè tolerabilis.

Hactenus de tempore antiquo, deinceps de perfecto dicemus. Cæsar vt idem Cicero refert, rationem adhibens, consuetudinem prisci sermonis vitiosam & corruptam, pura & incorrupta consuetudine emendabat, splendidam quandam, miximéque veteratoriam rationem dicendi tenens scripsitque ad Ciceronem de ratione Latinè loquendi, ac primo in libro dixit: Verborum delectum originem esse eloquentiæ, eiusque copiæ principem, inuentorémque Ciceronem esse. Quod affirmare videtur & ipse Cicero, dum in Bruto sic loquitur: Certe & nos boni aliquid attulimus inuentuti, magnificentius quàm fuerit illud genus dicendi, & ornatius: & nocuimus fortasse, quòd veteres orationes post nostras, non à me quidem, meis enim illas antepono, sed à plerisque legi sunt desitæ. Et subdit, Cùm autem ex Sicilia me recepissem, iam videbatur in me quicquid esset, esse perfectum, & habere maturitatem quandam suam. Fuisse autem eandem perfectionem in plerisque Ciceronis æqualibus, testatur idem in eodem libro, vbi connumeratis compluribus sui temporis oratoribus, Nec vlla, inquit, ætate vberior oratorum fœtus fuit. Et in eodem: Triginta annis mihi Crassus ætate præstabat. Quod idcirco posui, vt diceudi prima maturitas, in qua ætate extitisset, posset notari, & intelligeretur iam ad summum penè esse perductam, vt eo nihil ferme quisquam addere posset. Et idem in Tusculanis, non solum perfectionem ætatis suæ testatur, sed, interituram breui eloquentiam prædicit. Oratorum, inquit, laus ita ducta ab humili venit, ad summum vt iam quod natura fert in omnibus rebus, fere senescat, breuique tempore ad nihilum ventura videatur. De cuius ætatis perfectione, Cicero in quadam epistola ad Atticum de Tulliola filia loquens, Ergo, inquit, iis temporibus tam eruditis, quantum fieri poterit, illam consecrabo omni genere monumentorum, Et Horatius,

Vemmius ad summum fortunæ pinguuis atque
Pallionus, & lætlamior Achiuis doctius vmtlie.

Et Solinus de Augusto loquens, Quod tempus, inquit, ferme solum reperrum est, quo plurimum & arma cessarunt, & ingenia floruerunt. Et Plinius de Natura histor. de M. Varrone loquens: In illa, inquit, ingeniorum quæ tunc fuit, multitudine. Et Horatius veterem ætatem carpens, & suam perfectam affirmans, de Lucilio sic scribit:

Si foret hoc nostrum fato delapsum in ævum.
Deterreret sibi multa recideret omne quod vltra
Perfectum traheretur, & in versu faciendo
Sæpe caput scaberet, vnos & vellere tongues.

Et Quintilianus postquam vt potuit, defendit Lucilium à nota Horatij, qui eum fluere lutulentum dixerat perfectiorem eo Horatium fatetur, cum dicit: Multo est tersior ac purus magis Horatius Hanc perfectionem idem Quintil. dat Tibullo, dicens: Tersus atque elegans videtur esse Tibullus, sunt qui Propertium malint. Et inde de Vergilio loquens: Vtilli naturæ cœlesti atque immortali cesserimus, ita euræ & diligentiæ. & subdit: Cæteri longè sequentur. Et de Ciceroue: Nec verò quod in quoque optimum fuit, studio consectus est tantùm, sed vel plurimas, aut potius omnes, ex seipso virtutes extulit immortalis illa ingenij & beatissima vberras, & subdit: Vt non hominis nomen, sed eloquenti e videatur. Et de Cæsare, quòd perfectè loqueretur, Cicero in Bruto: Cæsar Latinè loquebatur elegantissimè, nec id solùm domestica consuetudine, tamen vt esset perfecta illa bene loquendi laus, multis literis, & iis quidem reconditis & exquisitis, summo studio & diligentia est consecutus. Erat præterea Hortensius (vt inquit Cicero) verborum splendore elegans. Erat in L. Torquato pluriuæ literæ, non hæ vulgares, sed interiores & reconditæ, & summa verborum grauitas, & elegantia. L. Domitius nulla quidem arte, sed Latinè, dicebat. Erat Pisoni verborum delectus elegans. In M. Claudio autem verbum nullum, aut durum, aut insolens, aut humile, aut in longius ductum, Marcellus lectis verbis vrebatur. Quid plures ætatis huius coner præterea conquirere? quorum nomina vt dodissimorum virorum multis in locis commemorata comperire poterimus: scripta autem, cùm sint vetustate deleta, nusquam reperiemus, quin potius eius temporis ea proferamus, quorum monumenta quotidie in manibus versantur. Legemultorum epistolas, quæ inter Ciceronis epistolas leguntur, vt Seruij Sulpitij, M. Marcelli, Q. Metellii Celeris, Q. item Merelli Nepotis, P. Vatinij, L. Lucceij, M. Bithynij Curionis, M. Cælij, Dolabellæ, Gn. Planci, Galbæ, C. Afinij, Pollionis, M. Lepidi, Au. Cæcinnæ, Decij Bruti, Matem Bruti, C. Cassij, C. Marij, P. Lentuli, Trebonij, M. Catonis, C. Cæsaris, Gn. Pompeij, Q. Ciceronis filij, Cor. Balbi, Oppij, Hirtij, quos, & peue infinitos alios eruditissimos viros florentissima hæc Ciceronis ætas effudit. dicas in hac sola ineffe fuccum illum, & quasi sanguinem incorruptæ Latinitatis: ac non fucatum, sed naturalem quandam eloquentiæ nitere candorem, pari propemodum ingenij felicitate, & verborum elegantia: vt si titulos dempseris, illas non facile à Ciceronis epistolis internoscas. Quod præclarè Cornelius Tacitus de claris oratoribus, comprobat, cùm dicit: Sicut apud nos Cicero quidem cæteros eorundem temporum disertos antecessit, sic Caluus & Asinius, & Cæsar & Brutus, iure prioribus & sequentibus an-

tepon ntur. Nec refert quòd inter se specie differant, quum genere cõsentiant. at astrictior Caluus, numerosior Asinius, splendidior Cæsar, amarior Cælius, grauior Brutus, vehementior & plenior & valentior Cicero. Omnes tamen eandem sanctitatem eloquentiæ ferunt, vt si omnium pariter libros in manum sumpseris, fatearis, quamuis in diuersis ingeniis, esse quandam iudicij ac voluminis similitudinem & cognationem.

Sed iam de imperfecto, & corrupto potius, ac vitioso tempore vt proposuimus, aliquid afferamus. Secuta post ætatem Ciceronis alia doctorum ætas, satis vel eorum proprio testimonio indicauit, non solùm quantum à cacumine & fastigio præcedentis ætatis abfuerit: verumetiam mutato dicendi genere, & eloquentia omni propè in barbariem versa, ad inum celerius quidem quàm ascenderat, properauit. Quod vt luce clarius videatur, pauca quæ ex multis breuitatis causa collegi, labenti stylo veluti quodam inducto fræno subnectam. Seneca in prologo primæ declamationis: Vt posititi, inquit, æstimare quantum quotidie ingenia decrescant: & nescio qua iniquitate & ad malum pronitate naturæ eloquentia se retro tulerit. Quicquid habet Romana facundia, quod insolenti Græciæ aut opponat, aut præferat, circa Ciceronem effloruit. Omnia ingenia quæ lucem nostris studiis attulerunt, tunc nata sunt. In deteriùs quotidie data res est, vt ad summum perducta, rursus ad infimum velocius quidem quàm ascenderat, relabatur. Quod etiam affirmat Statius in epistola Syluarum suarum, dicens: Manlius certè Vopiscus vir eruditissimus, qui vitudicat à situ literas iã penè fugientes. Et Quintil. Dicẽdi, inquit, mutauimus genus, & vltrà nobis quàm oportebat, indulsimus. Et alibi: Quid multà? totus propè mutatus est sermo. Et Diomedes Grammaticus hanc literarum bonarum quasi ruinam testatur, cùm dicit: Inierit postera ætas manum & veluti disciplinam pristini seculi, ita sermonem fastidire cœpit, & noua veluti parturire verba. Et alibi quasi ante oculos ponit non solùm imperfectionem sui seculi, sed etiam nostri, dum ait: Quid quòd nihil iam proprium placet, dum parum creditur disertum quod alius dixerit? A corruptissimo quoque poëtarum figuras seu translationes mutuamur, tum demum ingeniosi, si ad intelligendos nos opus sit demum ingenio. Et Aulus Gellius: Animaduertere est pleraque verborum Latinorum ex ea significatione, in qua nata sunt, decessisse, vel in aliam longè, vel in proximam, eámque decessionem factam esse confuetudine & inscitia temerè dicentium, quæ cuiusmodi sint, non didicerunt. Cornelius verò Tacitus in eo libello, quem de Claris oratoribus scripsit, hæc omnia latius persequitur, cùm in dialogo Maternum quærentem inducit: Exprime, inquit, Materne causas, cur tantum ab eloquentia eorum recesserimus, cùm præsertim centum viginti annos ab interitu Ciceronis in hunc diem effluxerit ratio temporum collegerit. Et subdit: Quis enim ignorat eloquentiam, ac cæteras artes desciuisse ab ista vetere gloria? non inopia hominum, sed desidia iuuentutis, & negligentia parentum, & inscitia præcipientium, & obliuione moris antiqui. Quæ mala primùm in vrbe nata, mox per Italiam fusa, iam in prouincias manant. Quod adeo negligitur ab horum temporum disertis, vt in actionibus eorum, in quoque verbo quotidiani sermonis fœda ac pudenda vitia deprehendantur. Et subdit: Vt in paucissimos sensus, & angustas sententias detrudant eloquentiam, velut expulsam regno suo: vt quæ olim omnium artium, vt dicunt pulcherrimo comitatu pectora implebat, nunc circuncisa & ampurata, sine apparatu, sine honore pene dixerim, sine ingenuitate, quasi vna ex sordidissimis artibus discatur. Ergo hanc primãm & præipuam causam arbitramur, cur tantum ab eloquentia recesserimus. Imperfectionem etiam sui temporis testatur Plinius in epistola naturalis historiæ, cùm libros suos reserens se esse affirmat plurimarum rerum aut rusticis vocabibus, aut externis, imò barbaris, non sine honoris præfatione ponendis. Et vt per gradus ad summum ascenderat eloquentia, sic eam per gradus ad inum descendisse videamus. Macrobius etiam tempora sua hac imperfectione infecta significat, cùm dicit: Petitum, impetratúmque volumus, vt æqui bonique consulant, si in nostro sermone natiua Romani oris elegantia desideretur. Apuleius autem, quem nostri temporis magis curiosi, quàm eruditi sequi & æmulari student, in principio operis sui, Latinas literas ignorare se fatetur. In vrbe, inquit, Latia aduena studiorum Quiritium indigenum sermonem æmumali labore, nullo magistro præeunte, aggressus excolui. En ecce precamur veniam, si quid exotici ac forensis sermonis rudis locutor effudero, iam hæc quidem ipsa vocis imitatio desultoriæ scientiæ stylo, quem accesimus, respondet. Quis rogo te ferat non tam A puleium, qui vt mali ædificij dominus se architectum non adhibuisse, ita literas sine præceptore coluisse gloriatur: quàm aliquos esse, qui malint fœtores & quisquilias eiùs colligere, quàm verborum floribus perfectissimè Ciceronis ætatis, quam signauimus, inhærere? Sed quid alij Apuleio similes infequentium ætatum authores de se ipsis & temporum suorum inscitia balbutiant, videamus. Sidonius de suis nugis: Talis est ordo, inquit, vt sine plurimis, nouisque verbis, quæ præsata pace plurimorum eloquentium spectatiter tibi & complationicis ruis nora sunt, nug e ipsæ non valuerint expediri. Et alio in loco de liberalibus artibus agens, ita loquitur: Virtutes artium istarum seculi potius priscis seculorum rectoribus genuit, quæ per ætatem mundi iam senescentis, lassatis veluti seminibus, emeduliatæ, parum aliquid hoc tempore, atque id in paucis mirandum, ac memorabile ostentant. Et alibi: Increbruit, inquit, multitudo desidiosiorum, vt nisi vel paucissimi meram Latialis linguæ proprietatem, de triualium barbarismorum rubigine vindicauerittis, cam breui abolitam desleamus. Et Fulgentius: Nostri, inquit, temporis erumnosa miseria non discendi erit studium, fed vitiendi fit erga illum. Nec fam æ assistendum poëtæ, sed famæ confulendum domestiæ. Mãrtianus verò Capella, Martianum filium nugas suas non ferentem introducit, dum in principio operis sui sic orditur: Dum crebriusistos Hymenei verficulos, deesdo quid inopinum intactúmque moliens, respersum capillis albicantibus vertiem, inseremensque lustralibus decuriatum, nugulas ineptas non perferens Martianus, interuenit. Quid de aliis aliarum ætatum hominibus dicam? quorum nonnulli etiam nostri temporis scriptores, cùm quid scribere sunt aggressi, non solùm bonorum verborum delectum neglexerunt: sed illud maximè studuerunt, vt vel veteratorum rubiginẽ, vel nouorum authorum asperitatem suis scriptis admiscuisse, & simillitudinem pessimi cuiusque & corruptissimi vltro appetisse videantur. Quo factum est, vt non solùm proprietatem Romani sermonis, verum omnem penè illam fuauitatem, & quasi salubritatem Latinæ dictionis amisserint: oblitiones esse legendi fructum, æmulari meliora, & quæ in aliis maxime probes quæque inter optimi cuiusque & elegantissimi dicta mireris, in aliquem vsum non sine venustate atque luce ac munditia verborum concinna deriuatione conuertere, sicuti Cicero & eius ætatis eruditissimi authores fecerunt: quamuis ad illud fastigium, illam summitatem, & propè diuinitatem aspirare nemo possit. Illa enim sublimitas, quanquam imitabilis illa quidem videtur cupienti, nihil tamen est experienti minus, audendum tamen, & ita annitendum, vt quod assequi non possimus, imitari saltem voluisse videamur. Sed quoniam nihil nos præcipiendi causa dicere, neque magistri, fed æstimatores videri volumus: nec sermonem nunc tam informamus bonum, quàm deterremus malum: quantum Cicero, & ea ætate Latinitatis principes noua verba vitauerint, unde omnis Latinæ linguæ pernicies comparata est, breuiter ostendamus. Cicero in Oratore, oratorem instruens ita præcipit: Ergo illæ tenuis orator, modò sit elegans, nec in faciendis verbis erit audax, & in transferendis vereeundus & parcus, & in prisci reliquisque ornamentis & verborum & sententiarum remissior. Quintil. verò, Vsitatis, inquit, verbis tutius vtimur: noua non sine quodam periculo fingimus. Nam si recepta sunt, modicam laudem afferunt: repudiata, etiam in iocos exeunt. Audendum tamen, neque, vt ait Cicero, etiam quæ primò dura visa sunt, vsu molliuntur.

molliuntur. sed nobis non est concessa fictio nominum. Si quis autem dixerit, ideo nouanda esse nobis verba, quòd eorum penuria laboremus, audiat Ciceronem, qui de Natura deorum ita loquitur: Quòd illa quæ à Græcis accepissent, Latinè dici posse diffiderent. In quo genere tantum profecisse videmur, vt à Græcis ne verborum quidem copia vinceremur. Et in Tusculanis: O verborum inops interdùm, quibus abundare te semper putas, Græcia. Et de Finibus bonorum & malorum: Sed ita sentio, & sæpe dixi, Latinam linguam non modò non inopem, vt vulgò putatur, sed locupletiorem esse quàm Græcam. Sed dicet aliquis, parienda esse necessariò noua verba, cùm quid ex Græco vertendum sit, & minus occurrat verbum Latium vsitatum. Sunt enim (vt inquit Cicero de Finibus bonorum & malorum) imponenda noua nouis rebus nomina. Sed ad hoc quasi respondere videtur Aulus Gellius, cùm dicit: Cùm quid ex Græco, quod non placeret, transferre voluissem, hoc ego supersedi vertere: quia nouis & incognitis vocibus vtendum esset, quas pati aures per insolentiam vix possent. Sed ipse idem Cicero, qui dixit verba noua parienda esse, imponendáque noua nouis rebus nomina, vsque mollienda, quæ dura præ nouitate videremur: quàm abstinens illorum fuerit, quámve nouitatem verborum vitauerit, infrà ponemus. Cùm in Bruto, Declamo, verbum sui temporis nouum dicere vellet: Commentabar, inquit, declamitansfic enim nunc loquuntur. & idem in libello de mundo: Vt in singulis inquit, esset bina media, vix enim audeo dicere medietates: sed quasi ita dixerim, ita intelligatur. Et in Philippicis, M. Antonium notans, quòd verbum nouum protulisset, ita dicit: Tu porrò ne pios quidem, sed piissimos queris: & quod verbum omnino nullum in lingua Latina est, id propter tuam diuinam pietatem nouum inducis. Varro autem de lingua Latina docet, antiquos etiam vitasse verba nimium noua: Extremum, inquit, nouissimum quoque dici cœptum. vulgòque quòd mea memoria vt Aelius Gallus, sic senes aliquando nimium nouum quod esset, vitabant. Et Aulus Gellius: Quod à M. Varrone Proloquium, à M. Cicerone pronunciatum dictum est. Quæ Cicero tamen vocabulo tantisper vtisse attestatus est, quoad melius, inquit, inuenero. Quintilianus autem: Verò loquium, inquit, ipse Cicero qui finxit, reformidat. Et Cicero de Finibus bonorum & malorum, quasi cum dolore dixit, vt ita dicam, Indolentia. Varrò verò de analogia verborum repertores verborum nouorum damnat, ostendens ipsas aures nouitates has quodammodo respuere, cùm dicit: Tantum inter duos sensus interesse volunt, vt oculis semper aliquas figuras supellectilis nouas conquirant: contrà, aures expertas esse velint. Quotescunque iam seruos habet priscis nominibus? quæ mulier suum instrumentum vestis atque auri, veteribus vocabulis appellat? sed inductis non tam illis irascendum, quàm huiusce pruritasis patronis. Et idem Aeditimum dici oportere censet, magis, quàm Aedituum: quòd alterum sit recenti nouitate fictum, alterû antiqua origine incorruptum. Sed pro eo à plerisque Aedituus dicitur noua & commentitia vsurpatione. Quæ omnia cùm ita sint, Aulus Gellius quasi de iis sententiam ferens, libro decimo ita scriptum reliquit: Verbis vti aut nimis obsoletis exculcatisque, aut insolentibus nouatisque durè & illepidè, par esse delictû videtur. Sed molestius equidem culpatiúsque esse arbitror, verba noua, incognita, inaudita dicere quàm inusitata & fordêtia. Noua autem videri dico, etiam ea quæ sunt inusitata & defita, tametsi sint vetusta. Ceterùm Cæsar de analogia, monuit, infrequens atque insolens verbum, tanquam scopulum fugiendum esse. Suetonius quoque de Augusto scribens: Genus eloquentiæ, inquit, fecutus est elegans, & temperatum, vitatis sententiarum ineptiis, atque inconcinnitate, & reconditorum verborum (vt ipse dicit) fœtoribus: præcipuámque curam dixit sensum animi quàm apertissimè exprimere. Cacozelos autem & antiquarios, vt diuerso genere vitiosos, pari fastidio spreuit. Sed nec Tiberio parcit, exoletas interdum & reconditas voces aucupanti. Marcum quidem Antonium vt insanum increpat, quasi ea scribentem, quæ mirentur potius homines, quàm intelligant. Sed opus est, inquit, dare operam, ne molestè scribas aut loquaris. Quin Augustû Aul. Gellius ab eloquentia & Latinitate laudat, dum dicit: Diuus etiam Augustus memoriarum veterum exequentissimus, linguæ Latinæ non nescius, munditiarum patris fuit in sermonibus sectator. Et Cicero de Oratore, præclarè monet vitanda esse verba prisca, & à consuetudine fui temporis quo perfectio sermonis vigebat, remota, cùm dicit: Quanquam sunt illi veteres, qui ornatè nondum poterant, ea quæ dicebant, omnes propè pererlarè locuti. Quorum sermone assuefacti, qui erunt, ne cupientes quidem, poterunt loqui nisi Latinè. Neque tamen erit vtendum verbis iis, quibus iam consuetudo nostra non vtitur, nisi quando ornandi causa parcè. Sed vsitatis poterit vti lectissimis. & vt tur iis, qui in veteribus erit scriptis studiosè & multum volutatus. Et sic Latinè loquamur, vt verba efferamus ea, quæ nemo iure reprehendat. Hæc Cicero. Sed quanquam in omni re difficilimum est, formam optimi exponere, quòd aliud aliis videtur optimum (varia enim sunt iudicia, nec facilis explicatio, quæ forma excellat) dubitari tamen à rectè considerantibus nequaquam poterit, quin illa multorum nostri temporis insolitas & insolentia, ac quædam (vt ita dicam) orationis insania, siccitas, inopia, à malorum authorum lectione & imitatione nascatur. Quare cùm sit eloquêtiæ, sicut reliquarum rerum, fundamentum sapientiæ vnde in Poëtica testatur Horatius,

Scribendi rectè, sapere est & principium & fons.

Aceui præteritum ab aceſco. Vlpianus 18. Digest. titulo de Periculo & commodo res venditæ, Si vinum venditum acuerit, vel quid aliud vitij fuſtinuerit: id eſt, si factum fuerit acidum, acorem contraxerit.

Aceſcens (ἀκέων.) Plin.lib.11.cap.26, Quarum iniurium celerrimè sentiunt mella, vel minimo tactu roris aceſcentia.

Acor, acoris, masculgener. penult. prod. (ἄκρον) Verbale ab aceo, sapor acidus, vt in vino potiquam aceuit: item in malo punico, & aliis rebus acidum sucum habentibus. Colum.lib.3.cap.21, Ve aut ferum fructum cum præcoce viuet: quæ res mox acorem facit.

Iucundus acor in cibis. Quintil.lib.9.cap.3.

Periculum acoris præstare. Id eſt, vino venditio, acoris periculum in se recipere. l. si quis vina. D. de per. & com. rei. ven.

Acidus, Acidulus, Vide suo loco.

Acephali dicti sunt quidam pertersi dogmatis sectatores, qui hæreses sux propriam authorem non habebant: vnde id nomen fortiti, quasi sine capite. Alexatus ex Suida.

Acephali Acerdotes. qui sub nullius episcopi disciplina vel prouidentia gubernantur, velut sine capite. Cælius lib.3.Antiq.lect.cap.12.

Acephali versus, à breui syllaba incipientes, quasi sine capite. Cælius lib.2.cap.35. & Hermolaus in Plinium.

Acephaia fabula, Imperfectus sermo, vel fabula nondum absoluta, apud Platonem.

Acer, aceris, neut. gener. prima & pen. corr. (ἄκαρνα) Arbor de qua Plinius lib.16.cap.25, Acer vitæ fere amplitudinis, optimum elegantia ac subtilitate cedro secundum, &c. Ouid.lib.1. Amorum, Elegi. 11, Subscribam. Veneri fidas tibi Naso tabellas

Dedicat: at nuper vle fuistis acer.

Acernus, acerna, acernum (ἀκέρνινος) Quod eſt ex acere arbore: vt trabes acernæ. Virg. 2. Æneid.

Præcipuè cùm sit hic trabibus contextus acernis

Stater equum.

Acerna mensa. Martialis lib.14.

Acer, hæc acris, hoc acre (ἀκμὴς, ἀκὺς, πικρὸς) Pro forti ac vehementi sæpius accipitur, vt acre acetum. Columel. lib.3. & 12. cap.5, Radice tenus vitem præcidito, plagam acri acero patiter ac lono permissa terra limito, eademque radices irrigato.

Acer & acidus succus. Virruuius lib.8 cap.3.

Lectum est hic & hæc acris: vt Acris somnus, apud Ennium teste Prisciano.

Acer & sublimis. Horat.lib.1.epist.24.

Acer bello accendendo, Hoc eſt ad accendendum. Tacit.lib.14.

Ad somniandum acer. Cic. lib.1. de Diuinat. Tum euenet, vt illa tertia pars rationis & mentis eluceat, & se vegetam ad somniandum acrémque præbeat.

Armis acer. Virgil.9. Æneid.

Cursu equus. Virgil.3.Georg.

Acer militiæ Vespasianus. Tacit.lib.18. Militiæ putat Rhenanus genitiuum esse.

In rebus gerendis acer. Cælius ad Cicer. lib.8.15, Ecquem autem Cæsare nostro actiorem in rebus gerendis aut legisti, aut vidisti?

In rebus inuestigandis & iudicandis. Cic.in Orat. Quis in rebus vel inueniendis vel iudicandis acrior Aristotele fuit?

Acetum acre. Horat.a Serm.3,

-acre Portæ acetum.

Acerrimum acetum. Gallicè, *Bien fort*. Celsus lib.4.cap.4, Asclepiades acetum ait quam acerrimum esse sorbendum.

Acies ingenii acris. Cic.3. de Orat. Nam neque tam est acris acies in naturis hominum & ingeniis vt res tantas quisquam, nisi monstras possit videre: neque tanta tamen in rebus obscuritas, vt eas non penitus acri vir ingenio eernat, si modò aspexerit.

Aduersarius acerrimus. Cic.ad Att.lib.10.

Ætas acris. Ouid.3. Metam.

Amator acer, qui amat vehementius. Cic. Att. lib.1, Bibliotheca tuam cauc cuiquam despondeas, quanuis acrem amatorem inueneris.

Ambitus acrior. Tacit.lib.14.

Amor acer. Cic. pro Archia. Et de meo quodam amore gloriæ nimis acri fortasse, verumtamen honesto. Tibul.lib.2. Eleg.3.

Animaduersor acer & diligens vitiorum. Cic.1. Offic. Sic nos si acres ac diligentes esse volumus animaduersores vitiorum: magna sæpe ex paruis intelligemus.

Animus acer. Cic. pro Mulone, Quum autem hic de theda reiecta penula dessiluisset, seque acri animo defenderet, &c. Id eſt, fortí.

Animus acer & præsens. Cic.ad Att. Animus acer & præsens, & acutus idem atque versutus inuictos viros efficit.

Apri. Ouid.10. Meram.

Dulmen habent acres in aduncis dentibus apri.

Arcus. Virg.7. Æneid.

Aut acreis tendunt arcus. Id eſt, fortes. Seruius.

Ardor. Claudian. Panegyr.4.

Astus. Valer. Flac. Argon.2.

Bellum acre & magnum. Cic pro Cornel. Balbo.

Bella acriora. Pompon.Læ.6. Populo. D. de origin. iur.

Cædes. Ouid.11. Meram.

Canis. Horat. Epod.12.

Canis naribus. Ouid.7. Meram.

Cibi. Qui acrimoniam & vehementiorem vim habent, & quasi mordaces sunt: vt sinapi, allia, cæpe. Plin.lib.11.cap.15, Difficulter perficiuntur omnia in cibis acria.

Cogitatio acerrima atque attentissima. Cic.3. de Orat. Omne illud tempus meditationum, Crassum in acerrima atque attentissima cogitatione posuisse.

Consilia acriora. Tacit.lib.11.

Cor acre. Lucret.lib.3.

Cupiditas acerrima & fortissima. Cic.12. Philip. An vos acerrimâ illam & fortissimam populi Romani libertatis recuperandæ cupiditatem non immutatam ac debilitatam putaris legatione paciis audita?

Cura acris. Cic.3. de Orat.

Curæ acres. Acerbæ. Varro apud Nonium. Lucret.lib.5.

Cursus. Stat.4. Syl.3.

Custodia. Tacit.lib.1. Annalium.

Defensor acerrimus. Cic.ad Lent.1.1.

Dolor acer. Virg.11. Æneid.

Dominus. Lucret.lib.5.

Egestas. Lucret.lib.3.

Equus acer non modò velocem equum significat, vt Nonius accipiæ sed etiam ardentem & concitatum ad ipsum cursum. Virgilius 4. Æneid.

Ar puer Ascanius mediis in vallibus acri Gaudet equo.

Fauor plebis acrior in Domitiom, loco præfagij acceptus est. Tacitus libro 11.

Fax acerrima. Tacitus lib.18.

Fetæ acres. Seneca in Octauia.7.

Flagnator assiduus & acer. Cic.in Bruto, Hunc video flagitatorem, non illum quidem tibi molestum, sed assiduum tamen & acrem fore.

Flamma. Lucret.lib.5.

Fremitus. Lucret.lib.4.

Frigus. Lucret.lib.4.

Fœta. Virgil.3 Georg.

Fugitor. Plaut. Trin.10.

Genus leonum. Ouid.4. Fastor.

Genus virûm. Virg.3. Georg.

Homo, Diligens. Virgil.a. Georg.

Homo acer, pro aspero, cuius contrarium est lenis. Terentius Phormione a.1.

Homo acer, pro forti, Nonio interprete. Virg.9. Æneid.

Haud acrem dubites in prælia poscere Turnum.

Hostis. Horat. Epod.6.

Hyems, pro aspera & vehementi. Plaut. Trin.7. Horat.in Carm.

Solusitur acris hyems.

Iactator acer. Claudian.in Eutrop.lib.2.

Ignis. Ouid.13. Metam.

Vror enim, lassisque exæstuat acrior ignis.

Imagines. Cic.lib.2. de Orat. Imaginibus autem est vtendum agentibus, acribus, insignius: de memoria loquitur.

Impetus. Lucret.lib.6.

Incitatio acris & vehemens. Cic.2. de Orat.

Ingenium, quasi ardens & concitatum: vt plus sit acre ingenium, quàm acutum. Cic.1. Acad.

Inimicus acerrimus, Acerbissimus. Cic.in Lælio.

Instigatrix acerrima. Tacit.lib.17.

Intentio acris. Plin.lib.18.cap.26.
Inuestigator acer & diligens. Cic. de Vniuerf.
Inuidia. Horat.1.Serm.3.
Ira. Lucanus lib.3.
Actior ira fubit. Lueret.lib.3.
Iudex. Cic.1. Offic. Suum igitur quifque noſcat ingenium, acrémque ſe & bonorum & malorum ſuorum iudicem præbeat. Id eſt, vt Naoius exponit, ſeuerum.
Iudicium. Cic.4. Acad. Quæſtion.
Iurgium acre inter Heluidium & Eprium. Tacit.lib.10.
Labor. Silius Ital.lib.3.
Libertas. Tacit.lib.13.
Lupos. Horatius. Epod.12. Maieſtas. Claudian. Panteg.5.
Malum. Lucret.lib.3.
Mel, auſterum, acerbum, aſperum, Nonio. Cic. in Horenſio. Quòd alterius ingenium, ſicut acetum Ægyptium, alterius ſic acre, vt oleí Hy metticum dicimus.
Memoria. Cic.2. de Orat.
Metus. Virg.3 Æneid.
Militia. Horat.1 Carm.ad Iecium.
Miniſterium. Tacit.lib.3.
Acerrimum miniſterium. Tacitus, Annal.lib.12.
Moloſſus acer. Virg.3. Georg. Id eſt, vehemens, ſæuus, Nonio.
Morbus acer & diutinus. Plaut. Menæch.1.7.
Morſus. Catullus.3.epigram.
Natura. Horat.2. Sermon.7.
Nox acerrima atque acerbiſſima. Cicer. pro Sylla, Quæ nox omoium temporum coniorationis acerrima fuit atque acerbiſſima.
Oculus acer & acutus. Cic. pro Planeo.
Oculis acribus gallinæ. Plin. Iun. in Epiſt. Gallinas vt à te miſſas libéter accepi, quas ſatis acribus oculis, quanquam adhuc lippis, pinguiſſimas vidi.
Odor acer apud Plinium ſæpe legitur, pro odore vehementiore, vt lib. 12.cap.17.
Odor acerrimus. Plin.lib.15.cap.28. & lib.21.cap.7.
Potentia ſolis acrior. Virgil.2. Georg. Vbi Seruius, Acrior, validior.
Potor acer. Horat.2. Serm.8.
Prælium acre. Tacit.lib.12.
Præſium acerrimum. Quid.ad Piſon.
Pruina acris. Lucr.lib.3.
Remex acer. Virg.5. Æneid.
Ret. Catul.78.epigram.
Rubor, Id eſt, (vt volgò dicunt) viuus, aut ardens. Senec. Natural. quæſtion.3.
Rumor. Tacit.lib.5.
Ruſticus, Id eſt, Prouidus, diligens, authore Nonio. Virg.2. Georg. Iam tum acer eurus venientem extendit in annum Ruſticus.
Senſus videndi acerrimus. Cic.2. de Orat.
Seruitium actius. Tacit.lib.5.
Si entium acre & intentum. Plin.Iunior lib.2.epiſt.10.
Solacer. Plin.lib.4.cap.8. Vnæ pau ùm ante mauiuratem deceſſit, ſicciantur 2.ri ſole, ter die verſare per triduum. Lucret.lib.6. Plin.17. cap.24.
Sonipes. Stat.5. Thebaid.
Sonitus. Virgil.4. Georg. Spiritus. Horat.1. Serm.4.
Stimuli, vrgentes, vehementes, excitantes, impellentes. Horat.2. Serm.ſatyr.7.
Stomachus. Id eſt, acidus. Horat.1. Serm.4.
Studium. Cic.lib.1.de Orat. Non deſpero fore aliquem aliquando, qui & ſtudio acriore, quàm nos ſumus atque fumus, & oto, & c. exiſtat talis orator.
Suauitate ſumma & acerrima condita voguenta. Cicero 3. de Orat.
Teſtes acerrimi. Plaut. Menæch.4.
Tibia acris. Horat. lib.1. Carm.12. Sic dicta, teſte Turnebo, nempe quòd cùm lyræ ſonus dulciſſimus ſit, tibiæ vehementior eſt, & acutior, & vlulantior, magiſque tinnulus. Huius epitheti proprietatem & Fabius in Flacco obſeruauit.
Tuba prædonum. Horat.1. Sctm.2.
Venenum. Lucret.lib.5.
Violentia leonum. Lucret.lib.3.
Vir. Cic. Attic.lib.4.7.a.
Virtus. Lucret.lib.1. Vis. Horat. Epod.7.
Viſus. Plin.lib.8.cap.25.
Vox. Lucret.lib.2.
Vultus. Lucret.lib.6. Ouid.10. Metam.
Acer, cum infinitiuo. Sill. Ital.lib.3.
Herdus agit, iuga Pyrenes venatibus acer
Mettus, aculóve extendere pzelia Mauro.
Acre, pro acriter. Perſius Sa.4.
Et propter te ignoous cubito qui tangar, & acre
Deſpuat in mores. Id eſt, expendo, mores acriter & acerbè exercetur.
Acra. Plaut. Bacchid.
Peri, multa maſa mihi nunc
In pectore acra atque acerba eoeniunt. Aut acria legendum, aut vetuſte dictum eſt ab acer, acra, acrum.
Acriter, penult. corr. (παρὰ τὸν ἀκρίτην) acrius, acerrimè, aduerbium qualitatis, Vehementer. Plaut. Pſeud.5. Quid agitur Callidore? c. amatur, atque egetur acriter.
Acriter & ardenter eaofas agere. Plin. Iunior lib.1.epiſt.16.
Acriter aliquid coutre. Horat.2. Serm.3.
Acriter elatrare. Id eſt, vociferari. Horat.lib.1.epiſt.19.
Acriter aliquid expectare. Vide EXPECTO.
Acriter intelligere. Cic.in Diſſenſ. Lubrieum genus orationis, adoleſcenti non acriter intelligenti ſæpe præcepi.

Acriter animum intendere. Liu.1. ab Vrbe. Acriter cogitare, Cic. 5. de ſinib. Acriter videre. Id eſt, acutiſſimè, Cic.4. Acad. Acutios atque acrius videre. Cic.2. de Orat.
Acriter inſeſtus, Lucret.lib.6.
Acriter oculis ſolem intueri. Cic.1. Tuſcul.
Acriter offerre ſe morti. Cic. pro Milone.
Acriter ſpeculari. Tacit.lib.19.
Acriter & vehementer diterat accuſator. Cic. pro Flacco.
Acrios, comparatiuum ab acriter, poſitiuo iunctum, pro multo magis, aut vehementius. Horat.2. Serm.
-quanto conſtantior idem
In viriis, tanto leuius miſer: acrius ille
Qui iam contento, iam lato fune laborat.
In editione Aldina legitur, ac prior ille, & multo rectius. Plau. Merc. 18, multò inſaniunt acrius.
Amare acrius. Martial.lib.8. epig.in Gelliam,
Hos nauis amat acrius duobus.
Ardet acrius. Tacit.lib.4.
Acrius doloia populus. Tacit.lib.2. Annal.
Acrius exaſit. Ouid.de arte Amandi,lib.2.
Experti acrius. Tacit.lib.4.
Graniam Cæſaris acrius fouere. Tacit.lib.5.
Acrius incumbere. Virg.4. Georg.
Incurrere & vrgere. Sil.Ital.lib.14.
Iudicare. Plin.Iunior, epiſt.
Acutius atque acrius vitia iudicare. Cicer.1.de Orat. Adeſt ferè nemo, qoin acutius atque acrius vitia iodicet, quàm ea laudet quæ recta videat.
Actior micare. Locret.lib.3.
Acrius quàm conſideranius iniicium tumultus excitaoit. Tacit.lib.17.
Actios vrget. Ouid. Amorum lib.1.2.
Vrit. Ouid.lib.2. Amorum, Elegia 19.
Acerrimè emendare: Id eſt, diligentiſſimè. Plin. Ionior in epiſt. Acerrimè deerrare. Cic.2. Tuſcul.
Acerrimè aliquid agere. Cic.2. de Orat.
Aliquem virgis cædere. Cic.7 Verr.
Acerrimè aliquid oculis quammaximè intentis contemplari. Cicer. pro Flacco.
Aliquid vituperare. Cic.ad Attic.lib.7.
Acrimonia, acrimonię, denominatiuum (ἀφ᾽οὗ ὄνομα, ἀδιμώνιον) Frequentius dicitur in ſaporibus nimia quædam vis ac vehementia, quæ vel acri odore, vel guſtu mordaci nares aut linguam, palatumve torquere ſolet, ſæpe etiam vſque ad lacrymas, vt in ſinapi, cæpis, allis, naſturtio & pipere: quæ ob id quoque acria dicuntur. Cato de re ruſt. cap.157. Et ſi vicus acrimoniam eius ferre non poterit, fanuam hordeacam miſceto. Plin.lib.12 cap.19. Ipſum cinnamomi lignum in faſtidio eſt, propter ongani acrimoniam. Colum.lib.10.
Acrimonia in oratione, dicitur orationis maxima vis & vehementia. Cicer.2. de Inuent. Id eo quod, ſi id quo nitur aduerſariorum equs ſubduxeris, omnè illà eius vim & acrimoniam leniueris & diuerte.
Acrimonia, Animi vi aetias. Næuius Lycurgo, Ne ille mea fers ingenij atque animi acrem acrimoniam. Nonius.
Acrimonia in vultu. Author ad Heren. li.3, Conoenit igitur in vultu pudorem & acrimoniam eſſe.
Habere nimium acrimoniæ. Author ad Heren.lib.4.
Acrimoniam capere, Vide capio.
Acritas, penult. corr. acritatis, penul. prod. denominatiuum (ἀφ᾽οὗ ὄνομα) Vehementia. Actius Neoptolemo, Vis veritatis atque acritas. de quo eodem loco ſic ſcribit Gellius lib.13.cap.2. Sitne autem nihil quicquà intereſt ſtanimodo dicam an ſumma acerbitudo, an acerbitas: acrimodo, an quid Actius in Neoptolemo ſcripſit, acritatisa nihil rationis dici poteſt, qui neceſſitudo & neceſſitas ſeparentur.
Acredo, acredinis, pen. prod. (ἀφ᾽οὗ ὄνομα) Pro ea amaritudine quæ eſt in fructibus non maturis ponitur à Calepino, ſed nullo authore probat.
Acriudo, pen. prod. acritudinis, pen. corr. (ἀπὸ τοῦ) denominatiuum, pro acore. Virtuuius lib.8. cap.3. Fieri autem naturaliter hoc ideo videtur, quòd acer & acidus ſuccus ſubeſt in ea terra, per quam egredientes venæ intinguntur acritudine. Ibidem, Acritudinem ut ſidem rationibus ex acidis propter acritudinem fucci, etiam calculoſis in natura rerum ſimiliter pi ſe curare.
Acroatus. Acroſus, Acrare, Vide acvs, acris.
Acerbus, ba, bum (ἀπὸ τοῦ) Immaturum, atque ita guſtato aſperum. Ee proprie de fructib. dicitur. Cic. de Senect. Vua primo eſt peracerba guſtatu, deinde matura ad dulcedin.
Acerbum dicitur per tranſlationem, durum, moleſtum, triſte, auſterum. Cic.2. de Orat. Nihil mihi ad exiſtimationem turpius, nihil ad dolorem acerbius accidere poſſe.
Homo acerbus, cui Lenis opportuit, ſive manſuetus. Cic. 2. de Orat. Eáque omnia quæ proborum, firmiorum, non acrium, non pertinacium, non ingratoſorum, non acerborum ſunt, valde benevolentiam conciliant. Horat.1. Serm.3.
Quod niſi concedas, habeare inſuauis, acerbus. Cic.ad Lent.lib.1.epiſt.4. Eo die acerbum habe mus Cutionem: ibi bulo multò ioſtiorem, penè etiam amicum. Acerbum, id eſt, acrem aduerſarium.
Miſerum, acerbum, calamitoſum, funeſtum, indignum, luctuoſum, horribile. Cic. pro Quinctio, Miſerum eſt exturbari fortunis omnibus: miſerius eſt iniuria. Acerbum eſt, ab aliquo circumueniri: acerbius, à propinquo, &c.
Acerba anuatio. Plaut. Pœnul.16.
Eorum hic alterà eſt ſi cibi perit,
Neque eam ineſtauit vnquam. ꝓ acerba
Amatio eſt. Hoc eſt, dora & toleratu difficilis.
Animis acerbis ſanire. Virg.5. Æneid.
Tum pater Æneas, procedere longius iras,
Et frauire animus Entellum haud paſſus acerbis.

Caſu

Casu acerbo concuti. Virgil. 5. Æneid.
At pater Æneas casu concussus acerbo,
Nunc huc ingentes, nunc illuc pectore curas Mutabat.
Cinis virtutum omnium acerba. Catul. ad Mallium, 63,
Tot ea virûm, & virtutum omnium acerba cinis.
Corpus Neptuni. Senec. in Agam. 6.
Frigus acerbum. Horat. 1. epist. 18.
Acerbum funus, & acerbus interitus, pro morte immaturatide6q; graviore, atque amariore. Virg. 6. Æn. Cic. 4. Tusc. Angor, est aggrudo prementis luctus, aegritudo ex eius qui charus fuerit, interitu acerbo.
Potest hic eiam pro crudeli interitu accipi.
Horror ferræ acerbus. Id est, durus & inamœnus ferræ ftridor. Lucretius libro 2.
Idus. Ouid. lib. 1. de Ponto 4.
Inimicitiæ. Propertius lib. 2. eleg. 9.
Acerbissimus inimicus, apud Ciceronem. Id est, maximè infensus aut crudelis.
Acerbissimus Consulum interitus. Plancus Cic. lib. 10. 17.
Iræ acerbæ. Lucret. lib. 3.
Libitina. Horat. 2. Serm. 6.
Luor. Claud. de rapt. Pros.
Luctus. Tibul. lib. 2. eleg. 7.
Lux. Id est, dies. Senecain Hercule OEth. 1.
Mater in suos partus. Ouid. 2. Fast.
Mors acerba. Quid. 14. Meram.
Odium. Virg. 10. Æneid. ad finem. Cic. Att. lib. 10.
Pectus. Ouid. lib. 3. Amorum, eleg. 5.
Pestis. Virgil. 3. Georg.
Pestis acerba bouum, pecorisque aspergere virtus.
Recitator. Horat. in arte poet. ad finem, Indoctum doctúmque fugat recitator acerbus.
Res. Lucret. lib. 3. -multóque in rebus acerbis
Acrius aduentum animos ad religionem.
Impolitæ res & acerbæ. Id est, imperfectæ. Cicero de prouinc. Conf. Im politæ verò res, & acerbæ fi erunt rebus (quanquam funt absciffæ) tamen efferent se aliquando, & ad renouandum bellum reuirescent.
Rumor. Tibul. lib. 4. eleg. 13.
Quid miserum torque? rumor acerbe tace.
Sors. Seneca in Hip. 10. O fors acerba & dura fimulatus grauis. Id est, O condito, &c. Idem in Hercule OEth. 7. O fortem acerbam!
Acerbum spectaculum, durum, crudele, & visu horrendum. Cic. 7. Verr. Idem ad Quint. frat. lib. 12. epist. 12. in fine.
Vita. Cic. Lentulo, lib. 1. 1.
Vulnus. Virg. 11. Æneid.
Hactenus Acca fomor potui. nunc vulnus acerbum
Conficit, & tenebris nigrescunt omnia circum.
Vultus. Ouid. lib. 3. Trist. eleg. 9.
Sed modò læta manet, vultus modò fumit acerbos.
Acerba, pro Acerbe aduerbio. Lucret. lib. 4.
Asper acerba tuens, immani corpore serpens. Ouid. epist. 8. 22.
Nox vbi me thalamis vlulantem, & acerba gementem
Condidit, in mœsto procubuit que ioro.
Acerbum, acerbi, substantiuum, gen. n. Ouid. lib. 5. Trist. eleg. 2.
Detrahat vt multum, multum restabit acerbi.
Parfque meæ pœnæ totius inflar erit. Cic. amtequam iret in exilium 13. Nihil dari, nihil acerbi mihi tristi, quod & mpub. turbabur.
Acerbitas, fenult. con ept. acerbitatis (ἐτυμότητα) denominatiuum: proprie dicitur asperitas illa fuæ auftoritati in fructibus immaturis.
Acerbitas, Triftitia, dolor, aduerfitas, cruciatus. Cic. ad Q. frat. libr. 1. 1. Nam fimplicabiles trarundæ funt, fumma eft acerbitas, fin autem exorabiles, fum as lenitatem tamen (et in malis) acerbitati antepo nenda eft. ¶ Acerbitates in plurali, pro periculis & rebus aduerfis. Cicer.
Habere aliquid acerbitatis. Cicer. lib. 2. Offic. Atque eriam illud ipfum quod acerbitatis habet obiurgatio, fignificandum eft ipfius id causa qui obiurgetur, fufcepsum effe. Pro Planeio, Nunc timeo ne nihil tibi præter lacrymas queam reddere, quas ex in meis acerbitatibus plurimas effudifti.
Acerbitas, dolor, cruciatus. Cic. in Catil. Vt omnes acerbitates, omnes dolores, cruciatúfque perferrem.
Acerbitas, pro nimia asperitate ac duritie. Cic. 4. de finib. Nec acerbitatem fententiarum, nec differendi fpinas probauit.
Acerbitas, pro grauiore & nimio animi dolore. Cicer. in Lælio, Apud quem euomat virus acerbitatis fuæ.
Acerbitates conquisitæ. Taeitus lib. 5.
Acerbitatibus dilacerari. Taeit. Annal. lib. 2.
Acerbitas profenptionis. Cic. pro Cluentio.
Temporis acerbitas. Cic. Q. Valerio, lib. 13. 4.
Acerbiuudo, Idem quod acerbitas. Gell. lib. 13. cap. 3, Sicut autem nihil quicquam timetefi, fuauitudo dicas an fuauitas, fanctitudo an fanctitas, ita acerbitudo an acerbitas, &c.
Acerbo, acerbat (ἐπιτείνω, πρᾠνω) acerbare, Asperare. acerbum facere: vt, Acerbare erimè, quafi exaggerare, amplificare, facere atrocius. Virgil. 11. Æneid.
Vel cùm fe paudum contra mea iurgia fingit,
Artificis fcelus, & fotmidine crimen acerbat.
Claudianus lib. 3.
Ingeminar crimen, commori pectoris ignem
Nutrit, & exiguum ftimulando vulnus acerbat.

Inde fit exacerbare.
Acerbè, acerbius, acerbiffimè, qualitatis aduerbium (ποιότητος) Durè, fe-uerè, afperè. Cicer. 3. de Nat. deor. Nec tamen poffumus dicere non plures captiuos acerbè, quàm prædones necatos. Idem 1. Tufcul. Acerbius exigere dixit.
Acertus, Vide ACER pro arbore.
Acero, aceras (ἀκήρατος) acerare, Paleas inficere. Sipontinus.
Acerofus, Vide ACVS, aceris.
Acerra, acerræ (ὀστρακοφόρος) Ara quæ ante mortuum poni folebat, in qua odores mendebant. Alij dicunt areulam effe thuriarum, vbi thus reponebant. Feftus. Martialis lib. 10. -feptimámque
Veftris addimus hanc focis acerram.
Plin. lib. 35. cap. 10. Item facerdotem aftante puero cum acerra & corona. Cornutus ferbit effe paterum in qua libabatur. Virg. 7. Æneid. -& plena fuppler veneranæ acerra.
Acron in Horatium, thuribulum vocat. Cic. 3. de legib. Ne fumptuofa refperfio, ne longæ coronæ, nec acerræ præterea tum. Ouid. 8. Metamorph. Idem 4. Fafto.
Cúmque men patera, thuris acerra fuit.
ACERRÆ, acerrarum (τόπος) Vbi Campaniæ Italicæ. Virg. 2. Georg.
Talem dites arat Capuas, & vicina Veiuio
Ora iugo, & vacuis Clanius non æquus Acerris.
Acerræ (inquit Seruius) ciuitas eft Campaniæ, haud longè à Neapoli: quam Clanius præterfluit fluuius: cuius frequens inundatio eam exhaurit. Vnde ait vacuis. Id eft, infrequentibus. Sill. Italicus 8.
Illic Parthenopeæ Pceno non perua Nola,
Alliphæ, & Clanio contempræ femper Acerræ. ¶ Fuit item eiufdé nominis oppidum in Vmbria. Plin. lib. 3. cap. 14.
Acerfecomes, acerfecomæ, penult. corrept. masc. gen (ἀκαιρεπιμώμων) Latinè inconfitus dicitur, quales erant Romanis in delicijs pueri. Iuuenal. fa. 8.
Si tibi fancta cohors comitum, fi nemo tribunal
Vendit acerfecomes, fi nullum in conjuge crimen.
Acertuus, acertui, mascul. gener. (σκεῦος εὐθυντικὸν, ὄργανον.) Valla lib. 4. Acertuus, minutarum propriè rerum congeries eft, vi frumenti & legaminis, vt filis. Interdum etiam aliquanto maiorum rerum, acervus fcuiorum, apud Virg. & Æne. Et fere generale eft ad omnia. Plaut. Pfeud. 4. Acerui frumenti funt dumi. Cicer. contra Rullum, Vix iam videtur locus effe, qui tantos acervos pecuniæ capiat. Idem in Catil. Acertus corporum redundauit. Horat. in epift. -æris acervus & auri.
Altus acervus. Lucret. lib. 3.
Vt ab fummo tibi diffluat altus acervus.
Cæcus. Ouid. 1. Metam. Quæ poftquam euoluit, cæcóque exemit acervo, D. flociata locis concordi pace ligauit. Per acervum cæcum, chaos elementorum intelligit.
Graudis. Ouid. lib. 1. Amor. eleg. 8.
Ingens. Virgil. 1. Georg.
-populáque ingentem farris acervum Curgulio.
Magnus & parvus. Horat. 2. Serm. 1.
-at fuaue eft ex magno tollere acervo.
Dum ex paruo nobis tantundem hauriet relinquas,
Cur tua plus laudes cameris granaria noftris?
Modicus, Horat. 2. epift. 2.
Ruens. Id eft, deerefcens. Horat. 2. epift. 1.
¶ Acervus, transfatæ ad res incorporeas. Cic. pro Sylla. Quantos acervos farinorum repetitis?
Acervatim, gen. prod. aduerbium quantitatis (ποσότητος) Per acervos. Varro lib. 1. de Re ruftica, cap. 38, De pecore acervatim poni.
Acervatim accumulare. Lucret. lib. 6.
Dicere, quafi promifcue & nullo feruato ordine. Cic. pro Cluentio. Acer vatim iam reliqua ludices dicam.
Multa frequentare. Id eft, conungere, & accumulare. Cic. in Orat.
Pictique acervatim fe de vallo præcipitaeurunt. Cæfar.
Apes acervatim fub fauis enectæ reperiuntur. Colum. lib. 9. cap. 13.
Aceruo, aceruas (συμβάλλω) aceruare, Accumulare. Plin. lib. 6. cap. 4. Plura vnidque acerua bamus. Idem libr. 31. cap. 17. Octogintà fimul acervatos ferre bulbos. Quintil. lib. 9. cap. 3. Nec verba modò, fed fenfus quoque idem facientes aceruantur.
Acerualis & hoc aceruale, penul. prod. Argumenti genus, quo vtebatur Chryfippus. Cic. in 2. de Diuin. Aut quèadmodum Sorite refpódeas? quem fi neceffe fit, Latino verbo liceat acerualem appellare: fcd nihil opus, vt enim ipfa philofophia, & multa verba Græcorum, fic σωρίτου fatis Latino fermone tritus eft.
Acernatio, verbale ab acernando (σωρίσμὸς) Ipfe actus acernandi, fue accumulatio. Plin. lib. 18. c. 43. Homini cibus vtiliffimus fimplex: acernatio faporum peffifera, & condimenta pernicioiora.
Acernus Mercurii. Prouerb. 36.
ACERONTES. Thraciæ vrbs, poftea Calatis dicta. Plin. lib. 4. cap. 11.
ACES, ἄκης) Fluuius eft in Afia, Chorasmiorum, Parthorum, Hyrcanorum, Sarangæorum, & Thomaniorum regiones irrigans. Herod. Thalia, 1. lib. 3.
ACESAE, pen. corr. (Ἄκεσαι) Oppidum eft Macedoniæ, cuius ciues dicuntur Aceſæi. Vide Stephan.
ACESAMENAE. (ἀκεσαμήνη) Oppidum eft Macedoniæ, condítum ab Acefamene, vno eorum qui in Pieria regnauerant. Vide Steph. Gentile eft Acefamenius.
Acesco, acefcis. Vide ACEO.
ACESES & Helicona opera, quæ fingulari artificio confecta videruntur, fic antiquitus appellabantur. Locũ prouerbio feeerunt duo quidam celebratæ artis artifices, Aceſeus natione Parianenfis, & Helicon Caryftius: qui primi contexuiffe dicuntur peplum Palladis Poliadis. Id enim cognomen Minerux quæ in arce Athenienfium colebatur.
Aceſias medicatus eft. Dicitur de re quæ femper vergit in deterius, & quæ quo magis accuratur, hoc peius habet. Occafionem adagio dedit Aceſias quidam medicus imperitus & ſtupidus, qui dũ curaſcen

pedum dolore laboranti medeti studeret, auxit dolorem. Author Diogenianus.

ACESINVS, fluuius gemmas ferens. Plinius libro 37. cap. 13. Gemmiferi amnes sunt Acesines & Ganges. Quem li. 6. ca. 20, tradit influere in Indum fluuium.

Acesis, (Ἄκεσις) Genus est Chrysocollæ, diuersæ ab Orobitide. Vide Plin. lib. 33. cap. 5.

ACESIVM Apollinem apud Eleos eundem Pausanias putat, quem Aleticacon vocant Athenienses. Callus Aniq. lect. lib. 9. cap. 19.

ACESIVS (Ἀκέσιος) Nouum nomen Episcopus fuit sub Constantino Imperatore: De quo vide Sudam.

ACESSARE luna. Dictum in comperendinatores, qui nouo subinde causam commiscuntur, quò negotium differant: à nauta cuiusdam moribus ortum, cui Acessæo fuit nomen. Is quum esset ignauus, ita prorogare consueuit nauigationem, vt se diceret lunâ magis opportunam expectare. Author Diogenianus.

ACESTA (Ἄκεστα) Siciliæ vrbs, ab Aceste dicta. Aceste Virg. Æneid. 5. Vrbem appellabant permisso nomine Acestam.

ACESTES, huius Acestæ (Ἀκέστου) filius fuit Crimnisi fluuinis ex Segesta Troiana, vt lib. 5. Æneid. testatur Virgil.

Famâque finitimos, & dam nomen Acestæ
Excierant. Vide Seruium in illud 1. Æneid. Troianôque à sanguine clarus Acestes.

Dardanius Acestes. Virg. 5. Æneid.

Est tibi Dardanius duûmæ stirpis Acestes.

Fidus. Ouid. 14. Metamorph.

Ad sedes Erycis, fidumque relatus Acestes, Sacrificat.

Graius. Virgil. 1. Æneid.

Hic grauis Entellum dictis castigat Acestes. Grauis ætate, vel obsurgatione. Seruius.

Senior. Virgil. 5. Æneid.

Cætera Troiadeæ pubes senioris Acestæ Ferrut equis.

Troianus, Propter originem. Sil. Italicus 14.

Mæsuerunt Phrygiam prolem Troianus Acestes,
Troianúque Helymus.

ACESTODES (Ἀκεστώδης) Fomaces sunt ferreæ, prægrádesque, in quibus sit cadmia. Dioscorid. lib. 5. in cap. De cadmia.

ACESTES, Acestis, fluuius Indiæ nauigabilis, iuxta quem Alexander Macedo Bucephalam vrbem condidit.

ACESTVM, Acestij gen. fæ. Nomen mulieris proprium, de qua Pausanias in Atticis. Acestium Xenocles, qui ex Sophocle Leonnis filio progenitus est, filia fuit. Huic ad Leonteum vsque ætatis, omnes gentiles Cereris minsitros quæstiones facere, dum viuerent, videre contigit. Nam primùm in eo vidit Sophoclem fratrem, dein Themistoclem coniugem, atque eo mortuo Theophrastum filium: atque hæc illius fortuna commemoratur.

A cete dilium, acetabulum, ce. ceteris, (Ἀκέτιον) ab accipiendo dicitur, vi testis est Hermolaus: etiamsi Græci oxybaphon appellant, quasi ab aceto. Et est genus mensuræ, capiens fere quicyathum. Plin. lib. 21. cap. 34. Cum acetabuli mensura dicitur, significat heminæ quartam partem. Id est, drachmas xx. Idem lib. 18. cap. 7. Cotiandri seliberas, fallique acetabulo. Celsus lib. 5. cap. 24. Infultari vrbe fubinde quàm optimi mellis acetabulum.

Acetabula in corpotibus dicuntur pro pyxidibus, vt anatomici vocât, quibus coxendices infiguntur, circáque ea veruntur osta coxarum. Plin. 28. cap. 11. Item oila ex acetabulis pernarum, circa quæ coxendices veruntur.

Acetabula vocant & veluti quidam calículi in iis piscibus, qui molles appellantur, vt in polypo. Plin. lib. 9. cap. 30. de polypo loquens: Præterea negat esse vllum acrocius animal ad conficiendum hominem in aqua: luctatur enim complexu, & forbet acetabulis, ac numeroso fuctu detrahit, cùm in naufragos vtinam esset emptum caput. Et paulò post, Offendit Lucullo captus ostia, dolij magnitudine, amphoram yr. capax: atque (vt ipsius Trebij verbis vtar) barbas, quas vix vtroque brachio complecti esset, clauarum modo torosas, logas pedum trigintà, acetabulis, sine calículis vrnalibus, peluium modo, dentes magnitudini respondentes.

Acetabula sunt etiam, quæ vinariorum vascula, siue calículi, quibus astantium oculos fallendo præstringunt. Senec. lib. 6. epist. 1. Ita sine nocu decipiunt, quomodo præstigiatorum acetabula & calículi: in quibus me fallacia ipsa delectat.

Acetabulum abusiue dei potest de rebus aliis quæ similitudinem quâdam referant: acetabula, quod in corporibus esse supra dictum est. Vnde Quintil. lib. 8. cap. 6. Eo magis necessaria (inquit) ἐμφάσεως quam tectè dicimus abusionem: quæ non habentibus nomen suum, accommodat quod in proximo est. Et paulò pòst, Mille sunt hæc: & acetabula, quicquid habet: & pyxides, cuiusmodi matertæ sunt: & parricida, marsi quoque aut Isaris interfector.

Acet are diebant veteres, quod nunc dicimus Agitare. Festus.

Acetaria, acetariorum, plu. num. (Ἀκέταρια) Nomen ab aceto dictum: & sunt herbæ seu cibaria quæ ex aceto sumuntur ad excitandam appetentiam: quales sunt herbæ virentes, quas aceto oleóque gustatim instillato concinnamus. Fiunt & ex herbarum radicibus acetaria. Plin. lib. 20. cap. 20. Stomachum in acetariis sumpta corroborant. De portulacæ loquitur. Idem lib 19. cap. 4. Horti maximè placebant, quia non egerent igni, parcerentque ligno, expediaretes & parata semper: vnde & acetaria appellabantur, facilia concoqui, nec oneratura fensum cibo. Quem locum sic ex Nonio Hermolaus: Porro hic acetarium non ab aceto, vt credi coepum est, sed ab accipiendo & gustur. Idco enim, inquit Plin. acetaria appellabantur horti. Hoc est, hortensia: quoniá expedita res & parata semper esset. Nam & acetabuli ab accipiendo dicituretiamsi Græci oxybaphon appellant, quasi ab aceto. Acetaria (vt nonnulli volunt) dici quoque possunt carnes fruftillatim concisæ, quæ ex aceto fumantur.

Acetium, aceti, penult. prod. (Ἄκετι) nomen omnibus notissimum. Martialis lib. 13.

Amphinæ Niliaci non sit tib. vilis aceti,
Esset quum vinum, vilior illa fuit.

Acetum acre. Horat. 2. Serm. 3.

Durum. Id est, acidissimum & acerrimum. Sammonicus,

Furfuribusque nouis durum misc ebis acetum.

Frigoriticum. Celsus lib. 17. cap. 8.

Mordax. Perf. satyra 5.

Moriens. Perf. satyra 4.

Acetum mulsum. Gal.

Pharium. Id est, Ægyptiacum. à Pharo Ægypti insula. Iuuenalis satyr. 15.

Piperatum. Colum. lib. 12. cap. 47. Deinde exiguum aceti piperati, & plusculum mellis adiicunt.

Rubens. Martial. lib. 11. in Cherremontem.

Acetum scillinum scillitiçum, & scillites. Vide scillitæ.

Acetum exacuere. Plinius lib. 19. ca. 4. Verum nobilissima est scilla, quanquam medicamini nata, acetoque exacuendo.

Aceto quempiam perfondere, Amara mordacitate reprehédere. Horat. 1. Serm. 7.

Acetum ad animum transtulit Plautus. Sic enim ait in Pseud. 1. Et quid habeis hinc domo aceti in pectore? Videur acerbitatem significare hoc est dolorem. vtverò mea acerbissimum. Idem Bacchid. 3. 1. Nunc experiar, si ne aceto tibi cor acre in pectore: Id est, acrimonia & indignatio. Erasmus aliutiam intelligit.

Acetum, Neutrum. Adiect. vt Mercium mel. Plin. lib. 11. cap. 15. In omni melle quod per se fluit, vi multum oleúmque apellatur, acetum maxime laudabile est. Sic enim ex mano scripsit vetustus Turnebus, contra fidem exemplarium. De hoc positea in ACOETVS.

ACHAEAE PETRAE (Ἀχαιαὶ πέτραι) Sunt ropes abscissæ eius mõtis ex quo Iardanus effluit, super quibus Samos ciuitas condita est. Vide Strab. lib. 8.

ACHAEVM (Ἀχαιὸν) ciuitas est ad vicinorem Tenediorum regioem pertinens. Strab. lib. 13.

ACHAEMENES, penultima abbreuiata (Ἀχαιμένης) fuit primus rex Persarum, à quo postea reges omnes quique ad Darium vocati sunt Achæmenidæ. Ex Herodoto lib. 4. Horat. 2. Carm. 13.

ACHAEMENIA, pars Persidis, ab Achæmene Ægei filio. Authur Steph.

Achæmenius (Ἀχαιμένιος) Id est, Persicus, vel Parthicus, author Lucan.

Passus Achæmenis longè decurrere campis.

Stat. 5. Sylu. 3.

Alter Achæmenium seeludit zeugmate Persen.

Sagittæ Achæmenidæ Propert. lib. 2. eleg. 14.

ACHAEMENIDES, pen. cor. (Ἀχαιμενίδαι) Vnus è socijs Vlyssis, qui apud Virg. narratur de Polyphemo 3. Æneid.

Achæmenidon (Ἀχαιμενίδην) herba est, quæ colore electri sine folio nascitur in Iardinidis Indiæ, cuiusque radicè in pastillos digesta, in decoque pota in vino, nocuij, per cruciatus, nocte constitentur omnia per varias numiuum imaginationes. Author Plin. lib. 24. cap. 17.

ACHAEI (Ἀχαιοὶ) Ponti accolæ, Orchomenioru colonia.

ACHAEVS (Ἀχαιὸς) Exercitus poeta tragicus, paulò iuoior Sophocle, tragedias trigintaquatuor docuisse narrat Suidas. Iuit & alter tuiomen tragicus, qui & voam ipse reliquit. Author Suidas.

ACHAIA, penult. correp. (Ἀχαΐα) Ampla regio Græciæ, & penè insula. Nam Ægeo & Ionio mari cingitur, præter ea quam partem. Eius caput Corinthus, vrbs olim diuissima, cui ab Achæo Xuthi filio hoc nomen indutum esse dr Strabo lib. 8. Ægialos (vel vt alij, Ægialea) aute vocabatur, propter vrbes in latore dispositas. Author Plin. lib. 4. cap. 5. Sanè Ægialus, m. g. (Αἰγιαλὸς) Græcis litus significat. At Pausanias ab Ægialo dictam ait primo rege è Thessalia veniente, & patre Achæi qui regioni nomen dede. Dicta & Ionia, quòd Ionis habuerit colonos ab Athenensibus missos. Sed & Peloponnesus quæ Peloponnesi insula. Nunc vulgò Morea vocatur. Ouid. 8. Metam 54. Idem epist. 15. 38.

Achæus (Ἀχαιὸς) aliquis de Achaia, vel Græcus. Ouid. 4. de Ponto,

Nec pores infestis conferre Charybdin Achæis.

Achæus, a, um. adiectiuum. Idem quod Achaicus. Strat. 2. Achil. de Paride Heleium rapiente,

Iam-ásque freto delatus Achæat.

Achæus, huius Achæiados (Ἀχαιάδος) Ouid. epist. 3.

Inter Achæiadas longè pulcherrima matres.

Alij scribunt, Achaiadas.

ACHAEORVM PORTVS (Ἀχαιῶν λιμήν) Portus est in Troade, sub promontorio eiusdem nominis. itz dictus quòd ibi Græci classis suæ stationem habuerint, quo tempore Troianis bellum inferebant. Plin. lib. 4. cap. 12.

Achaicus, adiectiuum, pe. corr. (Ἀχαϊκὸς) id est, Græcus. Virg. 2. Æneid.

Et Danaûm solùm naues, & Achaica castra.

Horat. 1. Carm. 15.

Post certas hyemes vtet Achaicus

Ignis Iliacas domos.

Achaicus, penult. prod. huius Achaidis & Achaidos, penul. corr. gen. fœm. (Ἀχαΐς.) Ouid. 6. Metam.

Perque tot Iaxuonas, & per tot Achaidas vrbes

Huc venit.

Alij scribunt Achæidas. Patronymicum est, pro possessiuo, quod frequens est, pro simplici positum.

ACHAICARVS (Ἀχαϊκάρυος) Varis quidam apud Bosphoranos erat, qui peteqnibus respondi dabat, quemadmodum Tiresias, Trophonius, Amphiaraus, & alij plures, de quo vide apud Strab. lib. 16.

ACHANA, fluuij nomen in Arabia, non procul ab Euphrate, de quo Plin. lib. 6. cap. 28.

Achanæ (Ἀχάναι) Genus erat menfuræ frumentariæ apud Persas, capiens mediumnos Atticos 45. Celsius. 8. cap. 9. dnees esse vasis genus, in quo conmeatus eorum includebatur qui ad Theoria mittebantur. Quas Athenienses vocarunt Theoras, vide bris intrà fuo loco.

ACHANI

ACHANI (ἀχανοί) populi sunt Scythiæ, qui & Achæni dicẽtur à Theopompo. Author Stephan.

ACHAR, nomen eiuatatis, quæ nunc Nizibis appellatur.

ACHARACA (ἀχαράκα) oppidi nomen. Strab. lib. 14.

ACHARDIVS (ἀχάρδιος) fluuius, est, prope quem Siraci populi habitant, qui ex monte Caucaso fluens, in Mœotim decurrit. Author Strabo libro 11.

ACHARITANYM (ἀχαρίτανον) oppidum liberum est in Aphrice, ab ea parte qua spectat tractum Cyrenaicum. Author Plin. lib. 5. cap. 4.

ACHARNAE (ἀχαρναὶ) ciuitas est Græciæ in Attica regione, totius eius tractus potentissima. Thucid. lib. 2.

ACHAT, Achates, pen. prod. (ἀχάτ) nomen proprium comitis Æneæ, qui tefte Seruio, à folicitudine dictus eft. Dicimus (inquit) quæri eur Achates Æneæ fit comes: melius tamen hoc fingitur virtutum nomen fit à Græca etymologia. ἄχος enim dicitur folicitudo, quæ regum femper eft comes. Hæc ille, illud Virgilij enarrans, libro Æneid. 1.

-ipſe vno graditur comitatus Achate.

Achates, achate, pen. prod. m. g. (ἀχάτης) Gemma. Plin. lib. 37. cap. 10, Achates magna fuit authoritate, nunc in nulla eſt: Reperta primùm in Sicilia, iuxta flumen eiuſdem nominis: poſtea plurimis locis, excedens amplitudine numeroſa, varietatibus diuerſis mutatibus cognomina eius. Vbi videtur eſſe generis feminini. Sed hæc adiectiua feminina referuntur ad hoc nomen gemma ſubauditum.

Achates, annulus dicitur, qui minimo digito geſtatur: quo verò Index ornatur, coriannos. Latini autem ieuis nitentæ annulum, qui minimo geſtatur, ætlium nuncupant. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. vlt.

ACHEDRVS, Vide ACHADRVS.

ACHELOVS, pen. prod. (ἀχελῳὸς) Epiri fluuius, à Pindo monte fluens, qui Acarnaniam ab Ætolis diuidit: Thoas prius vocatus à celeritate: nomen ſub Acheloo rege mutauit, qui cum Alemeone è Theſſalia profectus, apud eum conſedit. Achelοi autem ipſius Ætolię, ſiue Epiri flumuis fabulam, Diodorus lib. 5. refert. Strabo quoque lib. 10. & Ouid. 9. Metam. Nunc vulgò dicitur *Pachtelam, Pachtelamus.*

Acheloum Oceani & Tethyos fuiſſe filium tradit in Theogonia Heſiodus.

Ætolus Achelous. Propertius libro 1. Elcg. 36. ad Lyneeum poëtam.

Nam ruſtu s licet Ætoli referas Acheloi
Fluxerit vt magno fractus amore liquor.

Calydonius. Ouid. 8. Metam.

-nixus cubito Calydonius amnis
Talibus alloquitur.

Deformis cornu. Stat. 7. Theb. id.

-Acheloon vtroque
Deformem cornu vagus infamat Acarnan.

Naupactæus. Id eſt, Ætolus, à Naupacto vrbe Ætolix. Ouid. 2. Faſt.

Amphiaraides Naupactæo Acheloo.

Turbidus. Stat. 2. Theb. id.

Turbidus obtectas Achelous Echinadas exit.

Achelous, apud veteres generaliter aquam ſignificabat. Vnde eſt illud Virgil. 1. Georg.

Poculáque inuenris Acheloia miſcuit vuis.

Id eſt, aquam miſcuit vino. Author Scriuus ex Orpheo. Macrobius quoque lib. 5. Saturn. cap. 18. docet hunc morem ſequendi veteribus fuiſſe, vt Achelοum pro quauis aqua dicerent, cùiatque multorum teſtimonia.

Acheloius, adiectiuum poſſeſſiuum (ἀχῳὸιος) Ouid. 15. epiſt.

Vt ferus Alcides Acheloi cornua fregit.

Acheloides, pen. corr. (ἀχελωΐδες) Id eſt, Sirenes Acheloi filiæ. Ouidius 5. Metam.

-vobis Acheloides vnde
Pluma, pedeſque auium, cùm virginis ora geratis?

Acheloades, pen. corr. (ἀχελωάδες) eædem quæ & Acheloides. Ouidius 14. Metam.

Soluit, & Hippotadæ regnum, terráſque calenti
Sulfure ſumantes, Acheloadúmque relinquit
Sirenum ſcopulos.

ACHELVS, li, penult. prod. (ἄχελος) nomen proprium viri. Valer. Flacc. Argonaut. 3.

Ambroſium Peleus, ingentem Anezus Achelum
Sternit.

ACHEMON, ſiue ACHMON (ἀχέμων, ὁ ἄχμων) vnus fuit Cereopum, qui vnà cum fratre Paſſalo nullo non imunari genere in obuium quenque debacchabatur. Hiſce erat mater nomine Sẽnonis, mulier fatidica, quæ Bioy cauere iuſſit, ſequendo in Melampygo insidieren. &c. Reliquum fabulæ vide apud Eraſmum in prouerbio, Ne in Melampygum incidas.

ACHERINI, populi Siciliæ. Cic. 5. Verr.

ACHERIVS ORATOR, tempore Auguſti Cæſaris, qui iſta oratinnis eclcriſtas fuit, vt & vitium fieret, & bractcæa Cæſaris Auguſti ſententia ad id cenſuerearis, Acherius noſter fuiſſe manifeſtandus eſt. In eum libertinum reum defenderer, cui obuiebatur, quòd patroni coneubinus fuiſſet, dixit, Impudicitia in ingenuo crimen eſt, in ſeruo neceſſitas, in liberto officium. Ex C. el. lib. Antiq. lect. 15. cap. 11.

ACHEROS, pen. prod. huius acherondis & acheroides, pen. entr. ferm. gener. (ἀχερώς) Epiſcopus populi albæ. Terebantſani Parthaſiuus in Claud.) ſibi Bacchæ coronas ex alba populo, quòd ea arbor infernæ credebatur, & (vt ait Harpocration) iuxta ripas Acherontis enata, eòque ab Homero Acheroida appellati putant.

ACHARON, penul. corr. huius Acherontis, maſc. gen. (ἀχέρων) dicitur à poëtis huius inferorum. Seruius autem apud Virgil. lib. Æneid. 6. ſcribit locum eſſe in Campania, mœribus ſeptum, adeò vt nec orientem, nec occidentem ſolem poſſit aſpicere, ſed tantum medium diẽ, non procul à Bauis, vbi necromantia exercebatur: cui victima loca omnia ealidis & ſulphuratis aquis ſcatent. Eſt item Acheron, fluuius Epiri & etiam Lucaniæ, teſte Plinio.

¶ Acheron à Seruio in 6. Æneid. diei putatur, quaſi ſine gaudio. Siquidem à, particula eſt priuatiua; χαίρων lætitiam ſignificat. Sunt qui malint κὴν τὸ ἀχαρὲς κὴ ἀπλῶς, quaſi doloris triſtitiæque fluuius. Virg. 2. Georg.

Felix qui potuit rerum cognoſcere cauſas:
Atque metus omneis, & inexorabile fatum
Subiecit pedibus, ſtrepitumque Acherontis auari. Id eſt, omnem mundum in mortem trahentes. Seruius.

¶ Acheron (ἀχέρων) teſte Strab. lib. 6. fluuius eſt in agro Brutio, vbi Alexander Moloſſorum rex trucidatus eſt, Dodonæo deeepius oraculo, Acherontem atque Pandoſiam cauere iubente. Vide plura apud eundem.

¶ Acheron, (ait Parthaſius in Claud.) ad Heraeleam Ponti fluuius eſt, à Acheronte Mariandynorum rege dictus, vt Telus Andro refert. Is poſtea Soonautes à Megarenſibus quibuſdam nauis vorans eſt, qui tempeſtatem marti illue euaſerunt, re cantá Apollonius. Euiſdem no minis alter apud inferoſ eſſe fingitur, ad exprimendum mœrorem quo charisimos quoſque vna ſunctos teſtemur. Alter Academeiæ: Nam quicquid fecuſſe dixiſſeve vſque ad triſtitiam, humanæ varietatis more nos ponitentia, in Acherontę ſignifieari putauerunt. Hæc Parthaſ. Meminit & Hermolaus in Plinio, lib. 6. cap. 1.

Adulus Acheron. Lucanus lib. 3.

Preparat innumeras puppes Acheronti adulti
Portitor. Aquas enim flammeas habere dicitur.

Duras. Stat. 2. Syl. 6.

-iam littora duri
Sæua Pilete ſenis, durúmque Acheronta videbas.

Fumeus. Valer. Flacc. lib. 4. Argonaut. de Acheronte Pontico,

Illic peſtiferas fubter ſuga cornua torquer
Alter aquas Acheron, vallóque exundat hiatu
Fumens, & ſæua ſequitur caligine campos.

Mœſtus. Senec. in Thyeſte 1. Mœſtus, ab effectu, mœſtiriam inducens.

Neſaſtus. Stat. 4. Theb. id.

Profundus. Lucret. lib. 3.

Tartareus. Virg. 6. Æneid.

Hiue via Tartarei quæ fert Acherontis ad vndas.

Triſtis. Sil. Ital. lib. 13.

ACHERONS, Acherontis (ἀχέρων) ſiue ACHERVNS, Acheruntis, Idem quod Acheron. Plaut. Amphit. 4.

Verberon, etiam quis ego ſim me rogitasti vlmnrum Acherons.

Quem loeum ſic Pylades exponit, Vlmorum Acherûs, vorago & diſſipatio virgarum, non alter quàm Acherons, ſiue Acheron fluuius infernus. qui eſt vorago & aſſumptio animarum. Dicitur vtroque modo Acherôs & Acheron. Ex vlmis autem virge ſiebant ad pœnas ſuis malis inferendas. Vnde alibi verberonem feruum, appellat vlmiribam. Idem Cap. 5.

Vidi ego multa ſæpe pœta, quæ ſub Acheronte fierent
Cruciamentaverum enimuero nullus adzquè eſt Acherons,
Atque vbi ego fui in lapicidinis. Nonius ſeminino genere Plaurum in hoc exemplo proculiſſe teſtatur. Verum enimuero nullus adzquè eſt Acherons, Atque vbi ego fui in lapicidinis.

Dicit Tyndarus ſe multa viciſſe picta cruciamenta quæ fierent apud inferos, vt Tityi, Siſyphi, Ixionis, & aliorum: verùm nullum Acheronem inuenisi poſſe adeò cruciumnem, vt ſunt illæ lapicidinæ, in quibus aliquoi diei ſuetas exercipent.

Apud veteres Latinos inferos plerunque ſignifieat: vt apud Plautum, In noſtro agro oſtrum eſt Acherunius. Id eſt, inferorum.

Er apud Virgilium,

-qui ſolus honos Acheronte ſub imo eſt.

Acherunrem, aduerbium ad locum. Plaut. Caſin. Hunc Acherunrem pæmiratim prius. Acherunti verò, aduerbium in loco. Plaut. Capt. Quæ Acherunti fierent.

Acherontieus, adiectiuum: vt Acherontica regio (ἀχερόντιος) Plautus Barch. 4. Regiones colere maudlem ego Acherontieas.

ACHERONTIA (ἀχέροντια) ciuitas eſt Apuliæ, ſcitermina Lucaniæ, qui ob hoc nidum appellauit Horatius, quia ſparſa eſt, & in monti confricta ſummitate, ſicut nidi auiū in ſummis arboribus. Hæc Aeron. Horat. lib. 3. Carm. 4.

ACHERONTINI (ἀχερόντινοι) populi ſunt in agro Brutio, iuxta Acheronrem fluuium habitantes. Plin. lib. 3. cap. 5.

ACHERVSIA (ἀχερουσία) palus eſt inter Cumam & Auerſam iuxta Cumanoſ ex Acheronte. Eſt item lacus Theſprotiæ, in Epiro, ex quo lacu profluit amnis Acheron, qui in Ambraciam ſinum defertur. aut thores Pomponius & Strabo lib. 5. Plin. quoque lib. 4. cap. 2.

Acheruſia quoque, ſpeeus eſt in Ponto iuxta Heraeleam, ad manes (vt aiunt) perues. Illac extractum ab Hercule Cerberum exiſtimant. Vide Plin. lib. 6. cap. 4. & lib. 27. cap. 2. Pomponium Melam lib. 1. & 2. Solinum cap. 45. Diodorum Siculum lib. 2. Ouid. Metam. 7.

ACHERVSIS, pen. prod. huius Acheruſidis & Acheruſides, pen. corr. fœm. gen. (ἀχερουσὶς) Idem quod Acheruſia. Valer. Flacc. lib. 5. Argon.

Inde premente Noto trifles Acheruſidos oras. Præterea

Acheruſius, adiectiuum (ἀχερούσιος) Lucret. lib. 3. Ac contrà nuſquam apparent Acheruſia rempla. Id eſt, Infernæ regiones.

Acheruſius humor. Sil. Ital. lib. 13.

Acheruſia vita. Id eſt, anxia, ſolliciraſ, rerum noſa, omnibus denique pœnis & cruciatibus referta, quibus Tantalus, & alij aſſici apud inferos putantur. Metaphora eſt. Lucret. lib. 3. Hinc Acheruſia ſit ſtultorum denique vita.

Achetæ, pen. corr. achetarum (ἀχῆται) Cicadæ ſunt arguæ & canoræ. Plin. lib. 11. cap. 26. Quæ canunt, vocauiur Acheiæ: & quæ minores ex eis ſunt, Tettigonizæ: ſed illæ magis canoræ. Mares canunt in vtroque genere: fœminæ ſilent.

ACHILEON, oppidum Troadis, ad Achillis tumulum à Mityleniis condium, authure Plinio capite 30. libro quinto. Meminit & Strabo libro 13.

ACHILLAS, ę, ſiue æ Plutarcho, ferui Ægyptij nomen eſt, cuius manu interfectus fuit Pompeius. Lucan. lib. 8. Pharſalię,

-fecleri dedecus Achillas. Plutarch. in vita Pompeij.

ACHILLEA (ἀχίλλεια) Insula est exigua, Borysthenis ostio obiecta: ab Achille in ea sepulto nomen habens, vt refert Pompon. lib. 2.

Achilleis, siue Achilleas, ἀχιλλὶς Theophrasto, ἀχιλλὶς Hippocrati, hordei genus, cui spica folio proxima est, amplitudinis & crassitudinis maioris: videque aruginis magis obnoxium. Vide Ruell. lib. 2. capite 15.

Achilleos (ἀχίλλειος) Myriophyllum herba appellata, quòd eam Achilles inuenisse traditur in curando vulnere Telephi. Plin. lib. 25. cap. 5. Marbolius tamen in Dioscoridem non eandem esse cum Millefolio author est, quam & Achillean vocat.

ACHILLES, huius Achillis & Achilli: vel Achilleus, huius Achillei & Achilleos: nisi malis Achilli, ab Achillei, per contractionem fieri, vt volunt plerique (ἀχιλλεὺς) Græcorum omnium fortissimus, filius fuit Pelei & Thetidis: quem infantem (vt fabulantur poetæ) mater Stygijs aquis tenum immersit: vnde inuulnerabilis toto corpore factus est, præterquam ea parte pedis qua comprehensus à matre fuerat dum ablueretur. Demum Chironi Thessalo homini iustissimo, deinde Phœnici datus est educandus, vt sub eis bellicis artibus insueferet à primis statim annis, in disciplina quoque musica proficeret, atque etiam bonis moribus enutriretur. Hinc autem eum mater à Proteo vate audisset in expeditione Troiana periturum, fe eò cum ceteris Græcis proficiscerentur: iam adulum inter filias Lycomedis in Scyro Ægæi maris insula regnantis puellari habitu furtim occuluit. vbi quum aliquandiu latuisse, Deidamiam Lycomedis filiam vitiauit, ex eáque Pyrrhum fecepit. Audiuerant autem Græci Troiam expugnari nò posse, nisi Achilles ipse adesset. Itaque Vlysses id quod erat, suspicatus: mercibus quibus fœminæ capiuntur, gladium, scutúmq; ac galeam immiscens, ad Lycomedem se contulit, vbi mercibus expositis, & Achilles gladium ac scutum, alia negligens, tractare cœpit. Vnde cognitus, ad bellum Troianum deductus est. Vbi tandem eum Agamemnone propter ereptam sibi quam amabat Briseidem, simultates exercuit, adeò vt aliquandiu bello abstinuerit. Neque vllis preeibus adduci potuit vt cõligeret, donec Patroclum sibi charissimum interfectum ab Hectore intellexerit. Cuius mortem occisa Hectore ad posteriorem vltus est. Tandem Polyxenæ Priami filiæ connubium sperans, à Paride in Apollinis Tymbræi templo sagitta occisus est, & in Sigæo promontorio à Græcis inhumatus. Hæc ex variis.

Achillem heptapechyu vocat Lycophron, quali septem cubitos altum. Testis Hermolaus in Plin. lib. 8. cap. 29.

Achillem scribit Euphorion videri nunc equarum, quòd non chilo, id est, cerealibus cibis primùm sit connutritus: verùm ex infantia medullis animalium, mox & carnibus venatu comparatis, cùm illis forter pædagogus Chiron. Chili enim item Xenophonte est, vbi ex ea litis absitle milites scribit (ὁι χιλοὶ, veluti frumentarium dicas. Sunt qui Eustathio vrdentur, dici Achillem quòd enutritus, quòd bello victis tristriam immiterer. Alij quòd Ilienses mœrore confecerit. Quo etymi argumento, i simplici scribendum arbitrantur, fuceincente vel analogiæ ratione: nam Oleus dicitur, & Basileus. Illud obiter scien-dum, Achillis patrum dici Phibam, quz nùc Pharsala, à Phthia mulierc, vel à Phthio Neptuni filio. Cæl. Antip lect. libi. cap. 7. Non defunt qui ab ἀχος id est dolor, & νὺν, soluo, à soluendo scilicet dolore, nuncupatum Achillem contendant. Medicus enim fuit, à Chirone medicinam doctus. Plin. lib. 25. cap. 5. Inuenit & Achilles discipulus Chironis, herbam qua vulneribus mederetur, quæ ob id Achillea vocatur. Hæ sanasse Telephum dicuntur. Alij primum eugenem inuenisse, vtiliffimam emplastris. Ideóque pinguior ex cuspide decutiens eam gladio in vulnus Telephi. Alij vtroque vsum medicamento volunt. Achillem Galli vocant Millefolium, teste Ruellio.

Achilles & templum habet, & tumulum iuxta Sigum promontorium: Patroclus autem & Antiochus tumulos quibus omnibus, & Aiaci, Ilienses sacrificant. Hæc Strabo lib. 13.

Achillis asylum in Sigæo erat, sicut in Rhæteo littore, Aiacis. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 20.

Achillis mater Thetidi prædixerat Proteus, ipsam patiturum esse filium patre maiorem. Fabulam elegantissimè describit Ouid. Metam. 11.

Achillem ita infensum habuerunt Tenedij, quòd Tenedum deuastasset, vt supplicio afficererur qui reiltituto templo Achillem nominasset. Alexand. ab Alex. lib. 3. cap. 14.

Adorare euram priſcorum. Plin. lib. 17. cap. 1. Quanique maior copia herbarum dicenda eſſet, tanto magis adorare priſcorum in inueniendo euram, in tradendo beniguitatem ſubit: pro quo idem alibi veneratꝰ dixit.

Adoraturi ſedeant. Hoc prouerbium Plutarchus adſcribit Numæ: ſignificat autem, Vota certa conciepere oportere, & in quæ ſint optima perſeuerare. Quidam arburantur alium ſubeſſe ſenſum, quòd oportet eos qui ſacris operantur, non obnet ac velut aliud agentes hoc facere, ſed vacuos à cogitationibus & orationi intentos. Vnde, vt Plutarchus idem tradit, quoties pontifex facra aggrediebatur, præcones clamabant, Hoc age. Ea vox horrabatur, vt qui ſacra adorent, reuerenter & attentè id iacerent.

Adorati imbres, ſparſiones quæ ab Imperatoribus ſiebant in populum à Seneca vocantur, quòd illat populus adoret imbrem ſimulantes. De his Statius. In Sencæ tamẽ loco, adoratos, edidi eſt, ſi mendoſe, vt exiſtimat Turneb. qui adoratos reponit, id eſt, optatos populo.

Adoratio, onis, verbale (προσκύνησις) Plin. lib. 28. cap. 2. Cur & ſafemationibus adoratione peculiari occurrimus? Adoratuorem hic pro eulagione poſuit vel potius precatione.

ADOVACRISI (ἀδόκητος) ex Herulorum ſuit. qui anno noſtræ ſalutis 475. tanta cum manu in Italiam irrupit, vt terrore peculſus Auguſtulus ſponte purpuram ponerec. Quo tempore finem accepit Occidentis imperium anno ab Vbe condita 1229. Vide Paulum Diacon. libro 16.

Adoxia, adoxiæ (ἀδοξία) Ignominia, infamia, obſcuritas nominis, incredulitas. Adoxon, Quintil. lib. 4. cap. 1. vertit Humile.

Adoxus, adiectiuum (ἄδοξος) Inglorius, infamis, abſurdus, inopinatus, præter opinionem. Et Phauorinus apud Gellium, differens de materiis infamibus, ſiue inopinabilibus, Quas Grzei (inquit) ἀδόξους καὶ ἀπίστους appellant.

A D O P

Adpereo (προσπαίσομαι) Apud Plaut. Adperire aliquem amore, Idem quod peture.

Adpeto, Vide APPETO.

Adplumbo, Vide APPLVMBO.

Adporrigo, Vide APPORRIGO.

Adpoſco, adpoſcis (προσαιτῶ) Idem quod ſimplex Poſco. Horat. lib. 2. epiſt. 2.

- ſi plus adpoſcere vitus.

Adprecor, pen. corr. adprecaris (προσεύχομαι) Idem quod precor. Horat. 4. Carm. 6.

Rite deos prius adpreeati. Id eſt, Innocantes. Aeron.

Adprime, Adprobus, Adpromitto, Adpromiſſor, Adpropero, Vide A ante P.

Adpugno, adpugnas, adpugnaui, adpugnare, Contra pugnare, ſeu oppugnare. Tacit. lib. 2. Interim Poſo ciuitatem haud procul opperientem adpugnare fruſtra tentauit. Idem libro 4. Alij caſtra Romana adpugnarent.

Adpuliſus, in APPELLO 2. fi.

A D Q

Adquo (ἴσω) pro Inquantum. Afranius Pronio,

Vt ſeire poſſis adquo te expediat loqui. Idem Priuigno,

Nitantum amarem talem tam meritò parem,

Miratus eſſem adquo licere.

A D R

ADRA (ἄδρα) trium oppidorum nomen eſt Ptolemæo, quorum vnum in Arabia petroſa collocat, alterum in Cœa Syria, tertium in Liburniæ mediterraneis ad radicem Beboyrum montium, non procul à Tiro fluuio.

Adrachne (ἀδράχνη) arbor eſt bifera, arbuto ſimilis, in montibus naſcens, eaeumine ſemper virens, quæ detracto in ob bem corticenon offendit ur.

Andrachne autem (ne quis nominis vicinitate fallatur) herba eſt, quam Latini Portulacam vocant. Vide Plin. lib. 13. cap. 32.

Adrado, adradis, adradi, adraſum, pen. prod. (ξυρῶ) adradere, Idem quod rado ſiue abrado. Columel. de Arborib. cap. 8. Ira ne medul'am lædas, adradito. Et paulo poſt, Et paratos ſure ulos in ſiſſurã demittito, eatenus qua adraſi ſunt. Plin. lib. 17. cap. 15.

ADRAEMON (ἀδαίμων) fuit, teſte Hom. lib. Iliad. 2. Thoantis patre.

ADRAMELECH, idolum Aſſyriorum, quod etiam Samaritani coluere.

ADRAMVS deus in tota ecclebratur Sicilia: inſula, cui Adranum ciuitas ſacra fuit, vt in parallelis author eſt Plutarchus.

ADRAMYTTIVM, vel Adramittium, pen. prod. (ἀδραμύττιον) fiue, vt apud Plinium legitur, Adramyteos, ciuitas eſt litoralis in maiore Myſia, fiue Æolide: ita dicta ab Adramyto conditore, Alyatæ filio, & Creũ fratre, vt tradidit Ariſtot. in Politic. Alij à Mercurio nomen acceptiſſe ferunt, quem Lydi Phrygia lingua Adramyn vocant. Thucyd. lib. 5. (προμήθειον vocat: quam ſcripturam etiam Steph. agnoſcit.

ADRAMYTENVS (ἀδραμυττηνός) Stephan. ciuis ex Adramytteo vrbe Myſiæ. Cic. pro Flacco 23.

ADRANA (ἄδρανα) Huuius eſt Chattorum in Germania, vt tradit Tacit. Annal. lib. 1. Eſt etiam Adrana (ἄδρανα) teſte Stephano, oppidum Thraciæ, quod & (ἄδρα) à Theopompo appellatur. Vide Andrena.

ADRANOS (ἄδρανος) Siciliæ oppidum in Ætnæ montis radicibus, ſtatuum habens cuiuſdem nominis. Steph.

ADRAPSA, orum, n. gen. (ἄδραψα) vrbs Bactrianorum. Strabo lib. 15.

ADRASTIA, Regio, & ciuitas eiuſdem nominis non longè à Troade, quæ eſt in Myſia, vbi Alexander pugnauit cum numeroſiſſimo Perſarum exercitu iuxta Granicum flumen. Meminit Iuſtin. lib. 11. Plin. lib. 5. cap. vlt. 4. Strab. lib. 13. Regio hæc confuetudine quadam Adraſtia vocatur, & Adraſtiæ campus. Calliſthenes dicit ab Adraſto rege, qui primus Nemeſis templum ædificauit, Adraſtum vocitatam. Hæc ciuitas inter Priapum eſt, atque Parium: & ſubiectum campum eodẽ nomine habet, in quo Apollinis Actæi & Dianæ oraculum fuit.

ADRASTIA, Iouis ac Neceſſitatis filia, ſeuerũ vindex acerrimæ: quam remo fugitiuos neque magnus, neque paruus, vi aut elam effugere poteſt.

Adraſtia (ἀδραστεία) Nemeſis. Subaudiendum, Adeſt, aut aderit, aut eiuſmodi quippiam. Liebbit vi vel in eos, quibus ob inſolẽtiam arrogantiæ, immanemque fortunæ commutationẽ vel qui à rebus florẽtibus, ad calamitoſam fortunã ſunt redacti. Hanc Nemeſim ſæpe putant, inſolentiæ & arroganziæ vindicẽ, quæ quæ ſpes immoderatas & vetes & punit. Adraſtia autẽ pen. prod. dicta eſt, quòd nemo nocens meritæ penã vſquam effugeritvitam ſiquando ſcrius aſſequitur. Plutarch. de Sera numinis vindicta. Strab. lib. 13. Adraſtiam dicta tradit, non ab ea fugiẽdo, ſed ab Adraſto rege, qui primus huic reſtitum ædificauit. Animacchi poetæ verſibus cõfirmat. Ammian. lib. 14. Hæc & huiuſmodi innumerabilia, vltra facinorum impiorum, bonorumq; prætmatrix, aliquando operatur Adraſtia, atque vtiuſ ſemper: quã vocabulo duplici, eram Nemeſim appellamus. Hanc aiunt ex opinione veterũ theologorum. Lunæ ſuperpoſitam, generali poteſtia præſidere ſanis, omnia terrena deſpectanẽs, vt reginam & arbitram omnium: quæ pręcipuè faſtui infenſa, nũc erectas mentui eerueres opprimit, & eleuat, iuuie bonos ab ſmo ſuſcitans ad bene viuendũ excolit. Huic antiquitas addidit penhas, eclenpatia ſymbolũ. Dedit gubernaculum

& eorum, ſignificans illam per omnia diſcurrentem ſingula moderari. Zenodotus originē adagionis ad huiuſmodi fabulam refert. Eadē appellatur Rhamnuſia à Rhamnute Atticæ loco, vbi huic deæ ſtatua eſt, ſolido lapide, decem cubitorum magnitudine, Phidiæ opus.

ADRASTVS (Ἄδραστος) Talaonis & Eriphyones filius, rex Argiuorum, de quo proximè dictum. Fuit & alius Adraſtus teſte Homero libro Iliad. 2. Perconſi filius, vt infrà videbimus in dictione PERCONSVS. ¶ Fuit & alius Adraſtus, Mydæ Phrygiæ regis filius, qui quum impendens fratrem ſuum interfeciſſet, à patre exiliens, ad Creſum Lydorum regem Sardis adiuenit: à quo receptus, & à deæde fraterna qua pollutus erat, expiatus, filium regis, patri longè chariſſimum, ſibi commendatum tuicē, imprudens iuidem peremit: quamobrem præ nimio dolore ſe ſuper interfecti buſtum transfodit. Vide Herodot. Clio, lib. 1.

Adraſtus Talaonides, Hoc eſt, Talaonis filius. Stat. lib. 5. Theb. 4.

Inachius, Hoc eſt, Argiuus, ab Inacho Argiuorum rege. Stat. libro 2. Theb. 2.

Adraſtus in honore eſt apud Megarenſes. Author Pauſanias in Attica.

Adraſtus longæuus. Stat. lib. 4. Thebaid.

Adraſti pallentis imago. Virg. 6. Æneid.

Adraſtus Perſeus, Hoc eſt, oriundus à Perſeo Iouis ex Danae filio, & Argiuorum rege. Stat. lib. 3. Thebaid.

Adraſtus, perpatheticus clariſſimus, qui Categorias Ariſtotelis præponebat Topicis, & appellabat ὁ ἀπὸ τοῦ τόπου.

Adraſteus, adiectiuum, pen. prod. Ἀδράστειος. Stat. lib. 1. Syl. 1.

Hunc & Adraſtium eximiuſſet Arion.

Adrepo, adrepis, pen. prod. adrepſi, adrepтum (ἐπερχόμαι) adrepere, Rependo accedere. Varro 3. de Re ruſt. cap. 7. Ne mus aut laeerta quā adrepere ad columbaria poſſit.

Adrepere ad amicitiam alicuius. Ce. 5. Verr.

Animo alicuius. Tacit. Annal. 3.

Ad mores nouitiorum mammæ impetus infans. Plin. lib. 36. cap. 10.

In ſpem hæreditatis. Horat. 2. Serm. Satyra 2,

-leniter in ſpem

Adrepe officioſus, &c. Id eſt, Senſim ad ſpem hæreditatis accede: officiis tuis paulatim aſſequere, vt iam ſperare audeas fore, vt ſecundus hæres ſcribaris. Lambinus.

ADRIA, Adriæ, m. g. ſiue (vt nonulli malunt) Hadria (Ἀδρίας) Sinus maris, ſiue mare Adriaticum quod & ſuperum dicitur, vulgò mare Venetum. Ibi enim ſitæ ſunt Venetiæ.

Adria, Adriæ (Ἀδρία) duarum rerum nomen eſt: quarum altera à Thuſcis ædificata eſt, eius quædam adhuc apparent veſtigia. Altera in Picēno iuxta Vomanum fluuium ſita. Ex Volaterr. lib. 4. & 6. Geographiæ. Plin. lib. 3. cap. 13.

Adria (inquit Iuſtinus lib. 20.) Illyrico mari proxima, quæ & Adriatico mari nomen fecit. Liu. 1. Dec. lib. 5. Mari ſupero inferóque, quibus Italia inſulæ modo cingitur, quātum potuerint Thuſci, nomina ſunt argumento: quòd alterum Thuſcum cōmuni vocabulo gentis, alterum Adriaticum mare ab Adria Thuſcorum Colonia vocauere Italiæ gentes. Greci eadē Tyrrhenum atque Adriaticum vocant. Plin. lib. 3. cap. 16. Nobili porta oppidi Thuſcorum Atriæ, à quo Atriatici lib. 3. cap. 16. Nobili porta oppidi Thuſcorum Atriæ, à quo Atriatici mare antè appellabatur, quod nunc Adriaticum. Strabo lib. 5. in Italiæ deſcriptione, Atriam quidem incly ram ciuitatem fuiſſe, memoriæ prodium eſt: à cuius nomine, modica tranſpoſitione ſumpta, & finis appellatus eſt Adriaticus. Tranſpoſitionem intelligit harum literarū

-nec timuit præcipitem Africum

Decernantem Aquilonibus,

Nec triſtes Hyadas, nec rabiem Noti,

Quo non arbiter Adriæ

Maior, tollere, ſeu ponere vult freta. Hoc eſt, Quo Noto non eſt maior dominus Adriæ: non eſt ventus vllus qui magis ex arbitrio regat Adriaticum mare, vel fluctus tollendo, quum ſæuit: vel placando, quum ſtare dr ſuit.

Sinus Adriæ. Horat. 3. Carm. 27.

-ego quid ſit ater

Adriæ noui ſinus.

Curuus Calabros inter ſinus Adriæ. Calabriam enim alluit. Horatius 1. Carm. 33.

Improbus, Propter fœuitiam & tempeſtates plurimas: æſtuoſum quippe eſt mare Adriaticum. Horat. 3. Carm. 9.

& improbo Iracundior Adria.

Inquietus. Horat. 3. Carm. 3.

Humectata Vomano Adria. Sil. Ital. lib. 8. Hic pro vrbe quæ in Picæno eſt, ſumitur: vt teſtatur Volaterr. lib. 6. Geographiæ.

Raucus. Horat. 2. Carm. 14.

Præceps. Stat. lib. 3. Syl. 2.

Vagus. Locan. lib. 3.

Ventoſus. Senec. in Thyeſte 4.

Adriaeus, penul. cor. adiectiuum (ἀδριακός) Id eſt, Adriaticus. Propert. lib. 3. Eleg. 21,

Ergo ego nunc rudis Adriaci vehar æquoris hoſpes.

Adriatum pontus. Lucan. lib. 4.

Adriacum late patens. Ouid. 4. Faſt.

Adriacæ vndæ. Lucan. lib. 2.

Adrianus, pen. prod. adiectiuum (Ἀδριανός) Horat. lib. 1. Carm. 16. Cic. in Philip. Brunduſii nunc vrbium, & vltimas Adriani maris oras petiuit. Plin. lib. 3. cap. 13. Picentes tenuere ab Aterno amne, vbi nunc auger Adrianus, & Adria colonia, à mari ſeptem millibus paſſuum, ſlumen Vomanum.

ADRIANVS ager limitibus maritimis & Gallicis quos nos D. & Kappellamus, finitus, per rationem arcarum, riparum, canalium, vel nouccrarum, quod regulis cōſtruitur, aliis terdi loci muris, macerijs, ſoroſonibus, congeriis, carbunculis, terminis Auguſteis, ſtumnum curſibus. Ex libro de Limitibus agrorum.

Adriaticus, pen. cor. adiectiuum (Ἀδριατικός) Vide ADRIA.

Minax Adriaticum. Subaudi, mare. Catul. 4. Epigr. 2.

ADRIANVS oomen ciois R. qui cum Africam obtineret Proprætor, & ciues Rom. qui ibi negotiabantur, vexaret, Vrbe domi ſuæ exuſtus eſt. Cic. Verr. 6. & 7. Valer. Max. lib. 9 cap. 10.

ADRIANVS (Ἀδριανός) Decimus quintus Rom. Imperator fuit, & ſucceſſor Traiani, qui Hiſtoſolymæ à Tito Veſpaſiano ſolo æquata, muro cinxit, & à prænomine ſuo Ælium appellauit.

ADRIANOPOLIS (Ἀδριανόπολις) ciuitas eſt Thraciæ ad Hebrum fluuiū, primum Oreſta dicta, à nomine Oreſtis conduoris: poſtea ab Adriano Cæſare, inſtaurata fuit, cùm ei ſurore agitato reſponſum eſſet, vt ſe in furioſi domum reciperet. Cælius Rhodig. lib. 17. cap. 2.

ADRVS (Ἄδρυς) mons eſt Dalmatiam per medium ſecans. Strabo libro ſeptimo.

ADROBICVM (Ἀδρόβικον) oppidum eſt in Artabris Hiſpaniæ populis, in tractu Celtico, cuius meminit Pomponius Mela, lib. 3.

ADROBOLON, Vide HADROBOLVM.

Adrodo, Vide ARRODO.

Adrogo, Vide ARROGO.

ADRONTA, orum (Ἀδρόντα) m. Stephano, locus eſt in Lydia, mari adiacens, eiusque incolæ dicuntur Adrotteni.

Adrudus. Feſtus, Quemadmodum omnis ferè materia non deformata, rudis appellatur: ſic veſtimentum rude, non perpolitum, ſic ætas rudis, non roboſa, tum, apud eadem Apollinas ex conſtantium iacuit: id adrudus appellabant.

ADRVMA (Ἄδρυμα) ciuitas eſt, non longè à Melite inſula, in qua erant naualia. Strab. lib. 17.

ADRVMETVM, ſiue Adrumetium, ciuitas eſt Myſiæ, authore Stephano. Eſt & Adramyttis inſula Lyciæ: & Adrumeti, Adrumetes, ciuitas Aphricæ. Hieronymus ait Adrumetum eſſe ciuitatem in Byzacio regione Aphricæ. Plinius Adrumetum vocat neutro genere. Stephanus ab Adramytio oppido deformat Adramyttenum. Eraſmus in 27. cap. Actorum Apoſt.

Adrumo, as, are, pen. prod. Antiquum & obſoletum verbum. Feſtus. Adrumant, rumorem feciſt, ſiue conſummurmurans eſt, quod verbum quidam à rumine, Id eſt parte guttoris putant deduci.

ADRYX (Ἄδρυξ) ciuitas eſt in agro Syracuſano, cuius meminit Steph. Hinc Adrycinus gentile, ſicut ab Enx, Enycinus.

A D S

Adſcire, ſiue Adſciſcere (προσποιεῖσθαι) Idem quod Adiungere. Columella in præfat. Quoniam & hanc adſciuimus quaſi agricolturæ partem, quum ſeparata ſit ab agricolatione paſtoralis ſeientia. Vide ASCISCO.

Adſcribo, Vide ASCRIBO.

Adſector, Vide ASSECTOR.

Adſectio, & Adſentior, Vide ASSENTIO & ASSENTIOR.

Adſequor, Vide ASSEQVOR.

Adſero, Vide ASSERO.

Adſeruo, Vide ASSERVO.

Adſeuero, Vide ASSEVERO.

Adſeſtrix, adſeſtricis, pen. prod. (προπομπός) quaſi vocatrix. Fœminiſmum eſt ab eo quod eſt aſſeſſor. Afranius Fratribus, Dimittit adſeſtrices, me ad ſeſe vocat. Nonius.

Adſicco, Vide ASSICCO.

Adſideo, Vide ASSIDEO.

Adſignifico, adſignificas, adſignificare (συσσημαίνειν) Idem quod ſignificare. Varro 2. de Re ruſt. cap. 11. Olim toſſores non fuiſſe, adſignificant antiquorum ſtatuæ.

Adſigno, Vide ASSIGNO.

Adſilio, Vide ASSILIO.

Adſimilis, Vide ASSIMILIS.

Adſimulo, Vide ASSIMVLO.

Adſipere, & Præſipere (συνηδύνομαι) dicebant antiqui à ſapiendo: licet nos quoque modo dicimus ab æquo iniquū, à quareudo inquirere. Hæc Feſtus.

Adſiſto, Vide ASSISTO.

Adſitus, pen. cor. participium ab Adſero, Iuxta ſatus. Varro, Vt vitis adſita ad olus facere ſolet. Budæus.

Adſolet, Vide ASSOLET.

Adſpuo, is, adſpui, adſputum, pen. prod. Plin. lib. 28. cap. 4. Aut ſi dormiens ſpecteur infans, à nutrice terna adſpui.

Adſtipulor, Vide ASTIPVLOR.

Adſtrepo, Vide ASTREPO.

Adſtringo, Vide ASTRINGO.

Adſtruo, Vide ASTRVO.

Adſtupeo, Vide ASTVPEO.

Adſum, ades, adfui, adeſſe, adfuturus (πάρειμι, παραγίνομαι, παρεστὼς) Præſens ſum. Antiquos autem duplici ſi, allum ſcripſiſſe, manifeſto argumento eſt hoc ex Plautino. Si enim at illeni P. en. 4. Heus Milphio, vbi enim aſſum apud te eram. AG. At ego eiusmodi volo. Itaque minus laborandum eſſet, virum per d ſcribas adfui, & adfuturus, an geminato ſ, aſſui, & aſſuturus.

Adeſſe, propriè ſignificat Prope eſſe, vel præſentem eſſe. Plaut. Rud. 2. 4. Quoniam ego adſum, facit nemo iniuriam. Sic Adeſſe res dicnor, quæ præſens eſt, vt bonum, malum, commodum. Plaut. Amphit. 2.

Adeſſe pugnæ, pro intereſſe. Cic. Philipp. 2. Omnibus his pugnis Dolabella aſſuit.

In re aliqua, pro Intereſſe. Terent. And. 4. 4. In pariundo aliquot aſſuerunt liberæ.

In aliquo loco, pro Eſſe. Terentius Eunucho 2. 3. Adeſtt vna in vnis ædibus.

In conſilio. Cic. pro Quinctio, Qui à teſtis in conſilio, quæſo, vt diligenter attendaus.

Adeſſe

Adesse ad, variè declaratur. Plaut. Amphit. 6, Vbi sumus imperator non adest ad exercitium. Pro, non est in exercitu. Cic. 1. de Diuin. Petere vt mane ad portam adesset. Id est, ad portam esset: sient quum dicimus, Ad vrbem esse, Hoc est, prope vrbem. Cato de Re rust. cap. 83, Mulier ad eam rem diuinani ne adsit. Pro, Non interfit illi rei diuinæ, seu sacrificio.

Adesse ad iudicium, idem quod Præsto esse: Hoc est, comparere in iudicio, quod & Iudicio adesse, & Adesse absoluté dicitur. Cic. 3. Verr. Atque hanc opinionem populi Romani fuisse, C. Verrem aliera actione respondurum non fuisse, neque ad iudicium affuturum.

Apud aliquem, pro Esse. Plaut. Amphit. 7, Et apud te adsum Susia idem. Pro eo quod est, Sum apud te.

Vná cum aliquo. Terent. And. 1, -ibi tum filius
Cum illis qui amabant Chrysidē, vná aderat frequens. Id est, erat.

Adesse cum aduerbiis in loco. Idem quod esse. Terent. Heaut. 3. 1, Adero hic continuo. Plaut. Epid. 5, Ilic ut sum hic adero, eredo hercle, aut iam adsit. Sic adesse dum. Terent. Eun. 3. 2.

Adesse, eum datiuo superuacaneo. Terentius Heaut. 2. 2. Eeem Dromonem eum Syro vnà adsumi tibi. Hic datiuus, tanquam festiuitatis & elegantiæ gratia est additus.

Adesse senatui consulto scribendo. Cic. ad Cornificium, lib. 12. 28, Quanquam erat nobis dictum, te exstitisse alicui senatusconsulto quod contra dignitatem tuam fieret, scribendo iamiam affuisse.

Decreto scribendo. Idem pro Flacco, Decreto scribendo primum video adfuisse Lysaniam.

Iudici, pro Assidere: & Adesse iudici in consilio, dicuntur assessores. Cic. pro Quinctio, Quæ quò plura sint C. Aquili, eò te & hos qui tibi in consilio adsunt, meliore mente nostra verba audire oportebit.

Adesse præsens, pro Præsens esse. Plaut. Mostel. 1, 5. Adsum præsens præsenti tibi. Cic. pro domo sua ad Pontif. Adest præsens vir singulari virtute, figura est Piconasmos, vt apud Terent. in Adel. 3. 3.

In prouinciam. Vlpian. in l. Quid tamen. D. de arbitr. Si arbiter insserit in prouinciam adesse litigatures, quum Romæ esset in eum competitionem ei impune non paruus, quæritur. Haloander & Pandect. Florent. habent, in prouincia.

Alio loco. Vlp. in l. Quid tamen, D. de arbit. Impunè igitur ei non parebitur, si alio loco adesse iussetis. Sic Haloander. Pandectæ verò Florent. alio loci.

Eò loci. Vlpian. in l. Quid tamen. D. de arb. Quid tamen, si eò loci, qui sit circa vrbem, adesse iusseritis he Haloand. At Pandectæ Florent. si in eo loco qui, &c.

Coràm adesse, eodem modo & ratione dicitur, qua Præsentem adesse. Nam si simpliciter accipimus, tantum per se valet Adsum, quantum Coràm adsum. Cicero Cassio, libro 15, 16, Fit enim nescio quomodo, vt quasi coràm adesse videare quum scribo aliquid ad te. Virgilius t. Æneidos, Coràm quem quæritis adsum.

Coràm aderit præsens tibi ipse, & ille quem insimulas pugio respondebit. Cicero in Antonium. Duplex (vt ita loquar) pleonasmos: nisi hoc & similia ad loquendi affectum referamus.

Adesse, pro Accedere, præsertim in fœcunda persona imperatiui. Terent. And. 1, Adefdū paucis te volo. Quasi accede ad me. Nam hic NVMESSE Donato, parelcon est. Id est, producto & adiecto syllabæ. Virg. in Bucol. Hue ades ô formose puer.

Adesse, pro Aduenire. Virg. 2. Æneid.
Tanque adeste multa Priami de sanguine Pyrrhus.

Aduenire & prope adesse. Cic. ad Att. lib. 4.

Adesse ex Aphrica, pro Aduenire. Cic. ad Att. lib. 11.

Adesse & impendere, Vide IMPENDEO.

Adest dies, vel tempus, pro Aduenit, fere enim aduerbio. Virg. 9. Æneid.
Ergo aderat promissa dies. Idem in Buc. Aggredere ô magnos (adest enim tempus) honores.

Propè ad esse, significat idem quod vulgò dicitur Pro fotibus esse. Propè adest, cum alieno more vxuendum est mihi. Sub. tempus. Sic, Adest partus, pro Instat. Terent. Adel. 4. 4.

Ad tempus. Cicero Att. lib. 3, Quoniam nunc abes quum id nō ageres, aderis autem ad tempus, vt mihi scripsisti.

In tempore. Liu. 8. ab vrbe. Aderant in tēpore, Manlius Inquis, & cum illis aderit Iuppiter ipse.

Adesse, pro Consistere. Plaut. Aulul. 4,
Itsne adesto. si hercle nu ex isto loco
Digium transuorsum, aut vnguem latum exceſseris, &c. Id est, consiste, & mane vbi tu es.

Adesse, pro Ineſſe. Plautus Amphit. 8, Omnia adsunt bona, quæ penes est virtus. Sub. ei.

Adſit modus amori. Virg. 2. Eclog.

Adest morbus. Cicero 3. de Finibus, Tanti autem morbi aderant vesanæ & torminum, vt nihil eorum magnitudinem posſit accedere.

Aderant in corpore. Propert. lib. 3. eleg. 15.

Adesse, In promptu esse. Plaut. Capt. 7,
-ætgo quum optimè ſceciſti, nunc adest occaſio
Benefacta cumulare.

Adesse, pro Esse in conſpectu, siue ante oculos. Cic. 1. Offic. Ad id ſolùm quod adeſt, quódque præſens eſt, ſe accommodat. Quaſi dixerit, ad id quod videt.

Adest mihi ante oculos. Virg. 2. Æneid.
In somnis ecce ante oculos mœſtiſſimus Hector
Viſus adeſſe mihi.

Adesse, Parasum esse. Terent. Phorm. 2. 1, Hic in noxia eſtille ad defendendam eaſdam adeſt.

Adesse, interdum demonſtrandi ſignificationem habet, in his duntaxat verbis, adſum, adeſt, adſumus, adſunt. Terentius Eunucho, 3. 2, Dona adſunt tibi à Phædria, Quaſi dixerit, En tibi dona, ecce tibi dona.

Adeſſe animo, vel animis. Eſt fauere illi rei cui interſis. Cicero pro P. Sylla. Adeſſe omnes animis, qui adeſſis corporibus, quorum ego frequentia magnopere lætor: erigite mentes, aureſque veſtras. Hoc modo attentionem exprimit auditorum, quaſi dicat, Attenti eſtote eam fauore & ſilentio.

Æquo animo. Terent. in prolog. Andriæ, & in Phorm.

Cum ſilentio. Plaut. Trinum. 2, Valere, adeſſe cum ſilentio.

Adeſſe animo in alio ſignificatu dicitur, pro eo quod eſt, Præſenti eſſe & forti animo. Cic. pro Milone, 2. Idem in Somnio, 5, Sed ille, Adeo, inquit, animo: & omitte timorem.

Adeſſe animo, pro Intentum eſſe rebus agendis. Cic. 8. Philip. Sed etiam nuper ſumma laus Cōſularium, vigilare, cogitare, adeſſe animo, ſemper aliquid pro repub. aut facere, aut dicere.

Adeſt ei animus, quaſi Præſens & forti eſt animo: vt plus ſit, quàm eſt ei animus. Plaut. Caſin. 3,
Rogitare oportet prius & percontarier
Adſitne ei animus, nécne adſit.

Adeſſe alicui, pro Fauere, vel auxilio eſſe: cui contrarium eſt Deeſſe. Virgilius 4. Æneid. Adſis ô placidúſque iuues. Liu. 2. bell. Pun. Sed puer fœminæ (ne ſuper animi, corpriſque vires, adſunt pugnantibus, tela miniſtrant. Sic in iudicio, Adeſſe alicui, eſt Eū defendere, vt ſolent aduocati adeſſe reo. Cic. de Senect. Adſum amicis, venio in ſenatum frequens.

Adſunt huic opinioni meæ leges. Hoc eſt, fauent meæ opinioni. Plin. Iunior, lib. 1. epiſt. 20. ad Cornel. Taeitum.

Adeſſe alicui ad rem aliquam. Cic. ad Quint. frat. lib. 3. 20, Pontino ad triumphum ad 111. No. Nouemb. rolebam adeſſe.

Alicui in conſilio. Cic. 4. Verr.

Alicui contra alium. Plin. Iunior, epiſt. 5.

Cauſæ ſuæ. Paulus in l. Paulus. D. de proentat. Paulus reſpondit, etiam eum qui ad litem ſuſcipiendam procuratorem dedit, cauſæ ſuæ adeſſe non prohibiem.

Rebus alicuius. Cic. Ligario, lib. 6. 14.

Precibus alicuius. Ouid. 6. epiſt.

Ad ſummam, ὅλως τὸ παρεῖναι.

Ad tempus, πρὸς τὴν παροῦσαν χρείαν.

D T A

Adtexo, adtexi, adtexui, adtextum, adtexere (συνυφαίνω) Adiungere: quaſi texendo connectere. Varro 2. de Re ruſtica, capite 5, Nos interea feeundum actum de maioribus adtexamus. Scribitur etiam duplici et adtexo.

Adtiberalis, penul. ptod. (πάροικος) Habitator continuæ taberna, quod genus domitilij antiquiſſimū Romanis fuiſſe, teſtimonio ſunt exteræ gentes, quæ adhuc tabulatis habitant adſitiis. Vnde etiam tecta caſtrenſia quanuis pellibus contegantur, tabernacula tamen dicuntur. Hæc Feſtus. Alij ſcribunt Attiberalis: alij Adtubernalis.

Adtondeo, adtondes, adtondi, adtonſum (συνουρίζω) Adtōdere. Plautus, Is me ſectus auro vſque adtondit dolis doctus. Budæus.

A D V

ADVBANVS, penult. ptod. (ἔδαφος) Hunins, qui & Iſter, & Danubius dicitur. Caeſar.

ADVALIAS, Mons ex quo in Septentrionem Rhenus excurrit. Et diuerſa ex parte Aduas, in lacum Lamum iuxta Comum intrans. Strabo lib 5. Hunc tamen lib. 4. vocat Adulam.

Aduchio, aduchis, aduxi, aductū (ἀνασπάω) aduehere. Eſt ad locum vehere, ſeu vehiculo, ſeu quouis alio modo. Liu. 3. bell. Pun. Imposſoque, ſyum ſecum aduexerat, milite, Romam naugat.

Aduehere ex alto. Plin. lib. 31. cap. 6, Ex alto, & ad hunc vſum aduehunt ex India.

In hoſpitium, aut in fanum. Cic. Att. lib. 14. & 1. Tuſc.

Per mare. Plaut. Trinum.

Trans mare. Plin. lib. 35. cap. 17.

Frumenti magnum numerum. Cic. 3. Offic. Siquis profectus Rhodum magnum frumenti numerum aduexerit.

Aduehere naue. Plinius lib. 35. cap. 17. Et Seruius Ciceroni lib. 4. epiſt. 12, Quum ab Epidauro Piræum nau aduectus eſſem.

Equo. Cic. 1. de Diuin.

Aduehere aliquem oras alias, pro Vehere ad vel in oras alias. Virgil. t. Æneidos.

Aduehi aliquem, pro Vehi ad aliquē. Taeit. lib. 2, Vt quoſque aduectus erat. Sil. Ital. 4,
Nunc Itali in tergum verſis referuntur habenis,
Nunc rurſus Tyrias retrò ponor paſſus aduehit alas.

Aduehit imbres Auſter, Senec. in Medea, 8.

Aduehi vndatates. Ouid. 5. epiſt.

Aduectus, huius aduectus, Verbale. Tacit. lib. 20, Hæc de origine & aduectu dei celebernma.

Aduectio, Verbale (ἀναγωγή) Plin. lib. 9. cap. 14, Nuper exeogitarum, ſamem longæ aduectionis à Brundusio. compaſeere in Lucrino.

Aduectio, aduectis, aduectum (ἀναγωγεύς) aduectares, frequentatium ab aduehto. Tacit. lib. 5, Addidique quibus è prouneciis & quanto maiorem quàm Augustus rei frumentariæ cognitam aduectaret.

Aduellitatio, Iactatio quzdam verborum, figuratè ab haſtis veliataribus. Velites dicuntur expediti milites, quaſi volites, Id eſt, volantes. Feſtus.

Aduelo, aduelas, penult. prod. (ἀναγελάω) Idem quod Velo. Virg. 5. Æneid. Victorem magna præconis voce Cloanthum Declarat, viridique aduelat tempora lauro.

Aduena, aduenæ, penultima correpta, com. gen. (πάροικος, ἐπήλυτος, ἐπακτός) Verbale ab aduenio: dicitur qui vel quæ aliunde venit eò vbi habitat.

Aduenæ, Seruius: Omnes terræ habitatores, aut indigenæ ſunt, aut aduenæ, aut conuenæ. Indigenæ, ſunt inde geniti. Aduenæ, de vno loco venientes. Conuenæ, de diuerſis.

Aduena anus. Terent. Heaut. 1. 1.

Dij. Cic. 2. de Legib.

Veluetes. Varro 3. de Re ruſt. cap. 5.

Aduenæ, Græcè ἐπήλυτοι dicitur. Feſtus apud Iunianum.

Aduena, teſte Priſc. interdum neutris adiungitur, vt Aduena mancipiū,

Aduena hyemis, & Aduena æstatis. Plinius lib. 10. cap. 23. de ciconiis & grubus.

Aduena belli. Stat. 8. Thebaid.

Amor aduena. Ouid. 1. de Arte amandi.

Exercitus aduena. Virgil. 7. Æneid. -aduena classem
Quum primùm Ausonius exercitus appulit oris.

Grus. Horat. Epod. 2. Vbi acron: Quia grues transmarinæ sunt.

Pellex. Ouid. 9. epist.

Peregrinus & aduena. Cic. 2. de Orat. Ne in nostra patria peregrini atque aduenæ esse videamur.

Aduenticus, i. penult. corr. aduenerariæ vel aduenetare, aduenetatus sum, aduenerari (ἀφικνέομαι) Valde & ex animo venerari. Var. lib. 1. de Re rust. cap. 1. Item aduenetor Mineruam & Venerem quarum vnius procurauio oliueti, alterius horrorum. Sil. Ital. lib. 13.
Prosequitur quæ oculis pater aduenetatus enutrex.

Aduentio, aduentis, pen. corr. aduentus, penul. prod. aduentum (ἄφιξις, ἐπιφοίτησις) aduenire, Ad locum venire significat: quod vernaculo sermone dicimus Arriuer. Vnde & aduentus dicitur. Terentius Hecyra. 3. 5.
Aduenis modo?

Aduenire optato. Vide OPTATO.

Aduenire, cum aduerbiis. Terent. Eunuch. 3. 2. Si forte huc aduenerit. Idem And. 2. 2. Cum illò aduenio, solitudo ante oftiũ. Plaut. Asin. 16. Aduenit domum nocte.

Ab aliquo loco. Plaut. Stich. 3. 3. à porta aduenerit.

Ex aliquo loco. Cic. 3. de Nat. deor. Quem ex Hyperboreis Delphos ferunt aduenisse.

Ad forum. Plaut. Capt. 3. 3.

Ad vrbem. Ouid. 1. Trist. 9.
A quibus aduentat Miletida fospes ad vrbem.

Vrbem. Virgil. 1. Æneid.
-Tytiam qui adueneris vrbem.

In prouinciam. Cic. 11. Philipp. Quancunque in prouinciam eius belli gerendi causa aduenerit.

Alicui, ipso & aliquæ. Tacit. lib. 1. Annal. Properantibus Blæsus aduênit.

Aduenire, cum priore supino. Terent. Phorm. 2. 3. Etiam me vltrò accersatum aduenit. Ibidem. 2. 3. Tentatum aduenis. In his & similibus nihil aliud quàm Venire significat.

Aduenio pace. Plaut. Amphit. 3. Properetea pace aduenio, & pacem ad vos affero. Sub. (cum)

Aduenire, & Venire, pro eodem sæpe indifferenter accipiuntur. Sed Aduenio interdum cum datiuo ponitur: interdum & sine ipso.

Aduenire in tempore. Plaut. Capt. 3. Optimè mihi in tempore aduenis.

In tempore ipso. Terent. And. 5. 6.
Tempore. Plaut. Merc. 2. 2.
Per tempus. Terent. And. 4. 4.
Opportunè. Terent. Heaut. 1. 2.

Aduenire, pro Accidere. Cic. 11. Philip. Est enim sapientis, quicquid homini accidere posse, id præmeditatè & ferè dixerim, ita aduenire, esse.

Aduenire, de tempore dicitur. Idem quod Venire. Cic. 4. Verr. Interea dies aduenit, quo die sese ex iustituto ac lege Rupilia dicas foruturũ Syracusis sibi edixerat.

Annus aduenies. Tibul. lib. 4. eleg. 6.

Hora profuisse dendi aduenit. Tacit. lib. 20.

Aduenerunt literæ, quo Aliaze fuit. Suet. in Vespas. Aug. cap. 7.

Luces optatæ aduenere. Catul. in Argonaut.

Aduenire morbus dicitur, quando incipit. Cicero 2. de Diuinat. Nam medici ex quibusdam rebus & aduenientes & crescentes morbos intelligunt.

Aduenire senectus dicitur, quum quis ad eã peruẽnit. Aduenire autem, quũ accedit, siue appropinquat. Plaut. Menæch. 1. 7. -confirus sum senectute. Et paulo post. -vt ætas, mala ei mera: mala est ergo, Nam tes plutimas pessimas quum aduenit, affert.

Aduenire ad aures. Lucret. lib. 6.
-quia semper ad aures
Tardius adueniunt, quàm visum quæ mouearit, res.

Aduenit, in præsenti, penult. corr. Id est, appropinquat.

Aduenit, in præterito, penultima producta. Id est, iam accessit. Horat. 1. Serm. sat. 5.
-colli vtra lippus
Illinere. Interea Mæcenas aduenit, atque
Cocciusq; &c. Virg. 7. Æneid.
Hos super aduênit Volsca de gente Camilla.

Aduenienis, p. participium (ἀφικνούμενος) Terent. Eunuch. 2. 2. Cicer. ad Attic. lib. 6. Est enim quiddam, aduenientem non esse peregrinum atque hospitem.

Liquor aduenieus. Lucret. lib. 4.

Mare. Plin. lib. 13. cap. 9.

Aduentitius, (ἐπιφοιτητικὸς) Vbidè dicitur quicquid aliunde nobis accedit, & à nobis aut nostris facultatibus non proficiscitur. Cicero 3. Verr. In re aduentitia atque hæreditaria.

Aduentitius & externis adiumentis vti. Cic. 5 de Finib.

Aduentitium auxilium requirere. Cic. 6. Verr.

Aduentitius regnum & nationum copias iuuari. Cic. pro lege Manilia.

Quæ humor aduentitius transire possit. Varro de Re rust. cap. 8.

Aduentitia pecunia. Cic. Attic. lib. 14.

Aduentitia pecunia, cui respondet exaduersõ Pecunia sua & propria. Cicero pro Rabirio Pollum. Quod, iudices, non faciatis oro obtestorque vos, atque eo magis si aduentitia pecunia petitur ab eo cui sua non redditur.

Aduentitio, opponitur Innatum & inseum. Cicero Topicis, Specie autem comparantur, vt anteponantur quę propter se expetenda sunt, iis quæ propter aliud: & vt innata aiqi insita, assumptis & aduentitiis.

Transitarius atque aduentitia doctrina. Cic. 3. de Orat.

Aduentitia dos, Profectitiæ opponitur. Est autem profectitia dos Vlpiano, in l. profectitia. D. de iure dotium, quæ à patre, vel parente profecta est de bonis vel facto eius. Aduentitia verò, quam nemo ex paternis bonis, sed quispiam extraneus alicunde dedit vt ex Iuliani vet bis colligitur.

Aduentitius fructus. Liu.

Aduentitiæ personæ in fabulis risus gratia introducuntur extra argumentum.

Aduentitium donũ appellat Budæus, quod olim Cunsulibus in prouincias aduenientibus honoris loco dabaturquod & Honoratiũ dicitur.

Aduentitia necessitas intelligitur, vbicunque repente aduenit aliquid peragendum, quod ad publicam vtilitatem spectet. Vide Alciatum enarrantem l. placet. C. de factosanct. eccl.

Aduentitium peculium est, quod ab extraneis & cognatis nobis obuenit: quo in numero sunt maternæ maternive generis hæreditates: amicorum item & legata & hæreditates: item lucra nuptialia: omnia denique quæ extra laborem militiæ & nostram industriam aliunde quàm ex paternis bonis nobis acquisita sunt.

Extetnus & aduentitius repet. Cic. 2. de Nat. deor.

Externa & aduentitia vi sione pulsari. Cic. 2. de Diuinat.

Aduentus, huius aduentus, Verbale (ἔφοδος, ἔλευσις, ἔφοδος.) Terent. in Eunuch. 2. 3. Salutant, ad eorum vocant, aduentum gratulantur. Vbi Donatus, Aduentus proprie expectatorum, necessariorũmque dicitur. Idem Phorm. 1. 3. Vbi in mentem eius aduentu venit. Vbi Donatus, Aduentus, ſic veteres genitiuo casu proferebant.

Aduentus & Discessus contraria. Cic. ad Attic. lib. 13. Vt me leuarat tuus aduentus, ſic discessus affligit.

Aduentus malorum. Cic. 3. Tuscul. Hæc igitur præmeditatio futurorum malorum lenit eorum aduentum.

Aduentũ immicorũ ſuis corporibus intercludere, vide INTERCLVDO.

Aduentus in vrbem, & ad vrbem. Cic. pro lege Manilia, Vt etiã ſi ab hoſte defendatur, tamen ipſorum aduentus in vrbes ſuorum non multum ab hoſtili expugnatione differant. Idem pro Milone, Vt illi nocturnus ad vrbem aduentus.

Aduentio (ἐπιφοίτησις, ἐπιστάσις) aduentas, aduentare, antiquè pro primitiuo ponebatur, ſicut Aduito pro aduuo: Nunc ferè ſignificat appropinquare. De priore ſignificatu Plaut. Aululæ, Te id admonuium aduento.

Aduentare, pro Apptopinquare, nunc de tempore dicitur, nunc de perſonis, nunc de re alia. Cic. 1. de Orat. Quod ferè iam tempus aduẽtat. Idem ad Curionem, lib. 2. 5. Nondum erat audtum te ad Italiam aduentare. Idem Att. lib. 4. 3. Aduentare & propè iam eſſe debet.

Aduentant diſcrimina. Lucan. lib. 7. 49.
-diſcrimina poſtquam
Aduentare ducum, ſaptemque prælia vidit.

Reipublicæ res dium. Tacit. lib. 20.

Rates. Ouid. 12. Metamorph. 13.

Aduentabat accipiendo Armeniæ regno Tyridates. Tacit. lib. 16. Hoc eſt, ad accipiendum, ſiue vt acciperet.

Aduentate alicui, pro Ad aliquem. Tacit. lib. 5.

Portis, Hoc eſt, appropinquare. Stat. lib. 11. Theb.

Locum aliquem, pro Ad locum. Tacit. lib. 5.

Aduentare ab vrna. Stat. 8. Thebaid.

Aduentare ſub finem. Virgil. 5. Æneid.

Aduentans, participium. Cic. 5. Tuſc. Tum morti iam ipſi aduentanti paulum proderat obuiam.

Aduentantes Ilam. Virgil. 4. Georg. de Apibus.

Aduentans ſenectus. Cic. de Senect.

Aduentor, Verbale (ἐπιστάτης, ἐπιστάτις) Plaut. Trucul. 4. 3.
Ad fores auſcultato, atque adſeruas has ædes,
Nequis aduentor gratiuor abeat, quàm aduenit.

Videntur nomen à Plauto fictum præter vſum latinitatis, pro quolibet homine externo: Id eſt, qui non ſit nobis domeſticus.

Aduentorius, adiectiuum (ἐπιστατικὸς) Quod aduenienti cuipiam offertur. Vnde Aduentoria epiſtola apud Martialem in præfatione lib. 11. Cal. Antiq. lect. lib. 28. cap. 3.

Aduerbero, aduerberas, penult. corr. aduerberaui (ἐπιπλήττω) aduerberare, Vehementer verberare. Stat. 9. Thebaid.
-& aurats aduerberat vnguibus armos.

Aduerblum (ἐπίῤῥημα) eſt vox ſine numero quæ alij voci adiungitur: vt, velde conſtans, diſſerti acute, bene manè. Hinc ſecta a grammatici vocabula, Aduerbialis, Aduerbialiter, Aduerbiare, Aduerbiari.

Aduerſarius, Aduerſaria, Aduerſator, Aduerſitas, Aduerſitor, Aduerſor, Vide ADVERSVS.

Aduerſus (ἀντικείμενος, ἐναντίος) ab Aduertor. Oppoſitus, ſiue obiectus: quæ eſt eius propria ſignificatio. Salluſt. in Iugurth. Haud procul ab hac late calleli quod aduerſum præclaudebat erat.

Aduerſus aut contrarium ſignificat, aut idem quod erga. Feſtus.

Aduerſus & auerſus. Colum. lib. 1. cap. 5. Cauendum tamen eſt, vt à tergo potius quàm præ ſe ſtumen habeat: vt adiicij frons auerſa ſit ab inſeſtis eius regionis ventis, & amiciſſimis aduerſa.

Aduerſa cicatrices. Cic. 2. de Orat. Qui in cauſa petoranda non dubitauit exterare reum Conſularem, & eius dilorierare tunicam, & iudicibus cicatrices aduerſas ſeuis Imperatoris oſtendere.

Aduerſo eorpore cicatrices excepit. Cic. 7. Verr. Aduerſo pectore cicatrices oſtendere.

Aduerſi dentes. Id eſt amteriores. Cic. 2. de Nat. deor.

Aduerſa inter ſe folia. Plin. lib. 27. cap. 13.

Fronte aduerſa obuius. Sil. Ital. lib. 4.

Aduerſis frontibus concurrunt dum æ. Martial. lib. 1.

Haſtis aduerſis incurrere. Virgil. 1. Æneid.

Manum aduerſam oſtendere. Cic. 4. Acad.

Pectore aduerſo ferrum excipere. Hoc eſt, obiecto. Seneca in Agam. 4.

Spatia aduerſa. Virg. 5. Æneid.

Solem aduerſum intueri nequitis, ciuſque radiis acies veſtra ſenſuſque vincitur. Cic. in ſomn. Scip.

Aduerſa vehigia. Cicero 4. Academ. Nónne etiam dicitis eſſe è regione nobis, & contraria parte terræ, qua aduerſis veſtigiis ſtent contra noſtra

nostra reſtigia, quod Antipodas vocant?

Aduerſa via, oppoſita. Plaut. Bacch. 2. 5. Quò nùc capeſſis tu te hinc aduerſa via?

Vulnera. Liu. 2. ab Vrbe. Aduerſis vulneribus occiſi.

Aduerſus & inſelius. Cic. pro Mdone.

Aduerſa aruma. Terent. Phorm. 2. 1. Abundat (aduerſa) teſte Donato. Nam omnis aruma, aduerſis eſt nobis.

Amor aduerſus & ſecundus. Lucret. lib. 4.

Animis aduerſis aliquid accipere. Vide ACCIPIO. Tacit. li. 3. Vtque lize ſecundo rumore, ita aduerſis animis acceptum, &c.

Animo aduerſo aliquid aufcultare. Id eſt, inuito, ac repugnante. Plaut. Pſeud. 1.

Aqua aduerſa per flumen aduerſi fumus. Quod vulgò dicitur, contra aquam Plaut. Trinum. 1. 3. Sic vehi aduerſo fluuio.

Aduerſo flumine nauigare, aut nauem ducere. Virg. 1. Georg.

Non aliter quàm qui aduerſo vix flumine lembum
Remigijs fubigit.

His contraria ſunt Secundo flumine, & ſecunda aqua.

Aultris aduerſis ætatem ducere. Horat. 1. epiſt. 2.

Bellum aduerſum. Horat. 1. Serm. ſatyr. 7.

Caſus. Cic. 7. Tuſcul.

Deo aduerſo aliquid mouere. Ouid. 7. epiſt.

Deos aduerſos habere, Id eſt, aduerſantes & contrarios. Propert. lib. 1. Eleg. 1.

Fama. Liu. Decad. 4. lib. 7. Aduerſa omnium fama, quòd prouinciam Siciliam reliquiſſet.

Felicitas. Terent. Eunuch. 2. 3.

-cui magis bonæ
Felicitates omnes aduerſæ ſient.

Fortuna. Virg. 9. Æneid. cui Secunda opponitur.

Homo, pro inimico. Salluſt. in Catil. Multoſque mortales ea cauſa aduerſos habeo.

Mens alicuius alteri aduerſa & infenſa. Cic. pro Sylla. Cõſolare te, quòd omnium mentes improborum mihi vni maximè ſunt infenſæ & aduerſæ.

Mulis aduerſis tangere carmina. Ouid. 3. Amor. eleg. 11.

Pars aduerſa, fen aduerſaria, Eſt quoties aduerſarius, aut etiam multi in eadem cauſa nobis aduerſanti. Quintil. lib. 7. cap. 4. Nam & noſtra confirmanda, & aduerſæ partis deſtruenda ſinuuo.

Præſidium. Valer. lib. 6. cap. 5. Sempérque aduerſis contuſa præſidis. Sic ſæpe apud Liuium, pro præſidio inſeliciter commiſſo.

Procella. Virg. 1. Æneid. Id eſt, rempeſtas aduerſa.

Res, & ſecunda: opponuntur. Cic. 1. Offic. Vt aduerſas res, ſic ſecundas immoderatè ferre, leuitatis eſt.

Rumore aduerſo eſſe: pro Siniſtro & contrario: hoc eſt, malè audire. Liu. 7. bel. Punic. Marcellus etiam aduerſo rumore eſſe, ſuper quàm quod primò malè pugnauerat.

Aduerſo in vulgus more fuit. Tacit. lib. 18.

Tempeſtate aduerſa vti ſumus, Ter. Hecy. 3. 4. Cic. Offic. 1. In tranquillo, rempeſtatem aduerſam optare, dementis eſt.

Tempore aduerſo. Id eſt, quum ſumus in aduerſis rebus conſtituti. vt, Aduerſo Reipublicæ tempore, apud Ciceronem. Idem 4. Ver. fed in alia ſignificatione, Saſſipe feliciter tamen iam aduerſo tempore nauigaſſet. Hyemem ſignificat, quæ nauigantibus eſt maximè contraria.

Valetudo aduerſa: cui contraria eſt, Bona, ſecunda, proſpera. Liu. 10. ab Vrbe, Poſthumiumi valetudo aduerſa Romæ tenuit.

Aduerſa valetudini ſi mari, Tacit. Annal. lib. 2.

Ventus aduerſus, Id eſt, contrarius. Ouid. 6. epiſt. 2.

Quamlibet aduerſo ſignetur epiſtola vento
Hyſpipyle miſſa digna ſalute fui.

Rerum vnda. Horat. lib. 1. epiſt. 2. de Vlyſſe,

-aſpera multa
Pertuſus, aduerſis rerum immerſabilis vndis.

Aduerſus, eſt datiuo. Quintil. lib. 2. cap. 9. aduerſum gratiæ an obnoxium.

Aduerſus alicuius, pro alicui. Tacit. li. 3. Veneno cum à Lepida petitum illuſtrium domum aduerſa.

Aduerſior. Comparatiuum ab aduerſus. Plin. lib. 32. cap. 4. Neque eſt tedium aliud falamandræ aduerſius. Id eſt. magis contrarium.

Aduerſiſſimus, Superlatiuus ab aduerſus. Cæſar 3. bell. Ciuil. Qui Alexandria nauigantibus ſunt aduerſiſſimi ventí.

Aduerſiſſimus & Secundiſſimus oppununtur. Idem Cæſar Ciceroni in epiſt. ad Attic. lib. 10. 1999. Omnia enim ſecundiſſima nobis, aduerſiſſima illis acciderunt.

Aduerſum abſolute & ἐμφατικῶς, pro re aduerſa, quam vulgus aduerſitatem vocat. Brutus Ciceroni in epiſt. ad Brutum 4. Nihil iam nobis aduerſi euenire poteſt.

Aduerſa vocant. Virgil. 9. Æncid.

Quos pater Æneas, ſiquando aduerſa vocarent,
Rectores iuuenum, & rerum dedit eſſe magiſtros.

Aduerſis alicuius in dolere. Hoc eſt, an aduerſis, vel ob aduerſa. Ouid. li. 5. Triſt. eleg. 5.

Aduerſis premi. Ouid. 5. Triſt. eleg. 2.

Tot premor aduerſis, quæ ſi comprendere coner,
Ante rarenumerum dicere cogor aquæ.

Scandere in aduerſum. Quintil. de Demoſthene loquens, lib. 11. cap. 3. Scandens in aduerſum continuabat quàm poſſet plurimos verſus.

Aduerſa, fun in oppoſitorum argumẽtorum generibus contraria affirmatiua. Cic. in Topic. Hæ quæ ex eodem genere contraria ſunt, appellantur aduerſa, vt celeritas, tarditas.

Aduerſum, & aduerſus ἐπίπλοις, ὀπίσω] præpoſitiones accuſatiuæ indifferenter pro eodem accipiuntur. Plaut. Amphit. 8. Mirum quin te aduerſus dicat. Id eſt, tibi cõtradicat. Antonius Ciceroni in epiſt. ad Attic. lib. 14. ſi duriorem te præbes, non contendam ego aduerſus te. Aduerſum, pro apud, author Donato. Terentius Andr. 1. 5. Sed nunc peropus eſt, aut hunc eum ipſa, aut me aliquid de illa aduerſum habere ſocui.

Aduerſum, pro cura. Terent. Andr. 1. 1. Id gratum fuiſſe aduerſum te, habeo gratiam. Id eſt, tibi gratum. Cic. E. de Nat. deor. Eſt enim pietas, iuſtitia aduerſum deos.

Aduerſum tendere. Virgil. 6. Æncid.

Iſque vbi tendentem aduerſum per gramina vidit
Æneam. Hoc eſt, verſus ſe venientem.

Aduerſum, pro contra. Id eſt, è regione. Plin. lib. 3. cap. 15. Et Lerina aduerſum Antipolim.

Ab hac ſignificatione dicitur Exaduerſum, pro è regione. Cic. 1. de Diuinatione, Ara enim Aſo loquenti, quam ſeptam videmus exaduerſus eam locum, conſecrata eſt.

Aduerſum, nonnunquam poſtponitur. Salluſt. in Iugurth. Iámque pauſum à fuga aberant, quum Sylla proſigatis iis quos aduerſum ierat, rediens ab latere, Mauris incurrit.

Aduerſus cliuum agitabo quadrupedem. Id eſt, contra montis aſcenſum: quale eſt ſiquis dicat, Aduerſus flumen nauigare, quaſi contra aquam. Vide Agitare equum.

Aduerſum, aduerbium, pro Cũrá aduerbio, & interdum pro Obuiam. Plaut. Ampli. 8. Iuuic eam aduerſum. Idem Menæch. 9. Quis hic eſt, qui aduerſum mihi ſit?

Aduerſum quòd, pro Cũrá quòm. Plaut. Stich. Aduerſum quòd eius me obſe crauiſſe patet.

Aduerſus reſiſtere. Æmilius Probus in Pelopida, Cum Thebanis ſibi ſæ cisſe exiſtimabant, & eos eſſe ſolos, qui aduerſus reſiſtere auderent.

Aduerſus, pro Secundum. Vlpian. tit. 21. in ſuis Inſtit. Latinus Iunianus, item is qui deſtitutorum numero eſt, teſtamentum facere non poteſt. Latinus quidem, quoniam nominatim lege Iunia prohibitus eſt: at autem qui Deſtitutorum numero eſt, quoniam nec quaſi ciuis Romanus teſtari poteſt, quum ſit peregrinus: nec quaſi peregrinus, quoniam nullius certæ ciuitatis cauſa eſt, vt aduerſus leges ciuitatis ſuæ te ſtetur. Id eſt, ſecundum leges.

Aduerſo, aduerſis ἐπίπλοις] antique dictum pro Aduerſor. Plaut. Rudente, Animo aduerſui ſi ſedulò, ne herum vnquam præterierem.

Aduerſor, aduerſaris ἐπίπλοις, ἀντίκειμαι] aduerſari, ab Aduerſus, pro contrario, dr iuarum. Plaut. Capt. 7. Neque me aduerſatum tibi. Cic. 7. Verr. Hanc Cleomenes vir anabat: vetuntamen huius libidini aduerſari nec poterat, nec audebat.

Aduerſari & repugnare. Cicer. pro Sylla, Ego verò quibus ornamentis aduerſor tuis? aut cui dignitati veſtræ repugno?

Infenſe aduerſari alicui. Cic. in Orat. de Ariſtotele. Quis porrò Iſocrati eſt aduerſarius infenſius?

Aduerſari rem aliquam. Tacit. lib. 1. Annal. Sua facinora aduerſari deos lamentatur. Idem lib. 17. Sed ambitionẽ ſcriptoris facilè aduerſaris.

Aduerſari, abſoluté poſitum. Terentius Phorm. 1. 2. Cœpi aduerſari primò.

Aduerſari contrà, vel aduerſus. Plaut. Cafin. 5.

-tam domuiſti animum, potius vt quid vir velit
Putet, id facias, quam aduerſere contrà.

Idem in Mere. 7. Nolo tuam aduerſari aduerſus ſententiam.

Aduerſans, aduerſantis ἐπίπλοις] Cic. 2. de Orat. Sed taniam vim habet illa, quæ recte à bono poeta dicta eſt ſecundis, atque omnium regina rerum oratio, vt non modò inchinantem ergere, aut ſtantem inclinare, ſed etiam aduerſantem & repugnantem, vi Imperator bonus ac fortis, capere poſſit.

Aduerſante natura quicquam facere, Eſt quod vulgò dici ſolet, Contrà naturæ inclinationem. Id eſt, inuita Minerua. Cicer. de Senect. Quod idem contingit adoleſcentibus, aduerſante & repugnante natura. Idem 1. Offic. Nihil deces inuita, vt ainus, Minerua. Id eſt, aduerſante & repugnante natura.

Aduerſarius ἐπίπλοις, ἀντίδικος, ἀντιπαλος] Proprié dicitur qui aduerſus nos litigat in iudicio. Alio nomine dicitur Pars aduerſa: ſed hoc eſt generaliùs, quia & de fœmina, & de multis ſimul dici poteſt.

Aduerſaria, in ſermiuno genere. Cic. ad Curionem lib. 2. Eſt enim tibi gratum aduerſaria conſtituta & parata incredibili quædam expectatione: Sic aduerſaria dici poteſt mulier, quæ aduerſus nos iudicio contendit.

Aduerſarius palũm. Vide PALAM.

Aduerſarius illius. Cic. de Aruſp reſpon. Ecquid ſciat rerum accerrimum aduerſarium Hermachi Theologium legatum ad Senatum à ciuitate libera miſſum ſica pereuſſum.

Aduerſarius illi. Cic. pro Cluent. Hic Tribunus plebis modeſtus, prodeus, non modò non feditioſus, ſed etiam ſeditioſis aduerſarius.

Capere aduerſarium. Vide CAPIO.

Conuenu mihi cum aduerſario. Vide CONVENIO.

Conuincere aduerſarium authoritatibus & teſtibus. Vide CONVINCO.

Aduerſarius acertimus. Vide ACER.

Capitalis. Vide CAPITALIS.

Fortis. Cicero de Aruſp. cum reſponſis, Vt tanquam fortis in pugna vir, vin, acceptâ à forte aduerſario vulneribus aduerſis & honeſtis cadere videatur.

Grauis. Cicero in Vatinium, Nemo enim horum, aut ſita te refutandum, vt grauem aduerſarium: aut ita rogandum, vt religioſum teſtem arbitrabatur.

Intendere & aduerſarium in aliquem. Cæl. Ciceroni, libro 8. 4. In cuitandis eotum conſiliis, qui ſe intenderant aduerſarios in eius Tribunatum.

Valentiorem nactus aduerſarium. Vide MANCIPOR.

Aduerſarius, adiectiuum (ὀπίσω) Oppoſitus, adiectiuè. Cic. 2. de Orat. Opinionem eſtorum iudicium, & ſuſpicionem artificij apud eos qui res iudicent, oratori aduerſariam eſſe arbitror. Idem pro Cœcina, Vis ea quæ iuri maxime eſt aduerſaria.

Aduerſaria, aduerſatiorũ, neut. gen. ἐξομολόγησις] Dicuntur tumultuariæ quædam tabulæ, quæ ante tabularum cõfectionem perſcribebantur, ne memoria rerum exciderer: vt ex iis poſtea tabulæ iuſtæ & æternæ fierent. Cic. pro Roſc. Comœd. 3. Nimium eſto, ait, me indagare de tabulis, non habere ſe huc nomen acceptum, eodiem acceptu & expẽſi

relatâ consiterur, sed in aduersatis parte esse dendit. Et rursus, Quid est, quod negligenter feribamus aduersatia? quod est quòd diligentèe conficiamus fabulas? quo de causa? Quia hæc sunt nec stua: illæ sunt æternæ. Hæc delenetur tiamis: illæ seruabitur sanctè. Hæc parui temporis memoriam, illæ perpetuæ æstimationis fidem & religionem amplectuntur. Hæc sunt conieciandlibr in opinem confectæ. Aduersaria igitur, sunt libri, in quibus res omnes sine ordine ad tempus memoriæ causa conijciuntur. Codex verò est in quo digerumtur, & ordine conscribuntoc. Aduersaria ex eo dici putant, quod aduersa ena parte scriptis impleremus, & per transeuntem quoque. Solebant autem veteres ex alieta taorum parte scribere. Quod admonet Iuuenal. illo versu, Satyra 1,

Scriptus & in tergo, nec dum finitus, Orestes.

Proinde opistographi die benatur libri vtrinque scripti. Plinius Iunior de Plinij auuncolo ad Macrum, lib. 3. epist. 5. Effectionimq; commentarios tenuem scraginm mihi reliquit, opistographos quidem, & minutissimè scriptos. Memunit Cælius. lib. 7. Antiq. lect. cap. 21.

In aduersatia eeterre. Cic. pro Rosc. Comœd.

In aduersarias iacere. Cic. pro Comœd.

Aduersator, Verbale (ἀντιστατὴς) Qui aduersatur. Vnde & Aduersatrix, genuli. prod. Terent. Heaut. 6. 3. nullamne ego

Rem vsquam volui, quin tu ea re mihi aduersatrix fueris Sostrata?

Plaut. Nunc assentatrix & cella est, dudum aduersatrix erat.

Aduersitor, penul. corr. (ἀντιστατὴς) nomen est ab eo dictum, quòd Aduersum rege, pro Obuiam ire, & simus. Nam aduersitores à Comœdis ponuntur ad spellandum eum aduersum dominum, illumque deducunt & reducunt. Vnde apud Plaut. in Mostel. 4. 1. inducitur seruus Aduersitoris nomine, qui cum Dauisco aduersum it domino suo potanti apud amicum. Terent. Adelph. 2. 1.

Non reddit hæc nec? Aduersitor. Etsthinus,

Neque seruulorum quisquam, qui aduosum ierant. Vbi Donatus, Proprie locutus est nam Aduersitores dicuntur.

Aduersitus, penult. corr. (ἀναστατικὸς) Denominatiuum a nomine Aduersus, aduersa, aduersum, Est (vt hic dicam) coniecturales & repugnantia. Plin. lib. 11. cap. 15. Margra, inquit, putarur esse scorpionibus adueritas cum hellionibus. Hoc est, Helliones & scorpiones creduntur sibi inuicè aduersari, contrariique ae inseti esse.

Aduersio, aduersionis. Inde iunt locutiones illæ, Aduersioe emere, vrnam ere, conuertere, loeare. Vide AVERSIO.

Aduerto, aduertis, aduertere, aduertum (στρέφειν) aduertere, Est aliquò (hoc est, ad aliquid) vertere. Cui contrarium est, Auerrere.

Aduertere se aliquò. Terent. Eunuch. 2. 3. Illa sese interea commodum huc aduertebat In hanc nostram plateam.

Aduertere vbi agmeo, & simila. Virgil. 1. 2. Æneid. Id est, contra vrbem, aut Senatui. Sic Aduertere. Terent. & similia. Colum. lib. 3. cap. 12. 6. Vt in locis frigidis meridiano vineta subtectanur: tepidis Orienti aduertantur. Hoc est, verantur ad Oeientem.

Aduertere (ἐπιστρέφειν) per metaphoram pro Animaduertere, attendere, & quasi obseruare. Terent. Heaut. 4. 1. Nondum aduerti animum aduertere, pro eodem. Terent. Eunuch. 3. 1.

Animum aduertere, pro Intelligere. Terent. Phorm. Act. 5. Scen. 8. Postquam tantopere ad vos velie animum aduorterem.

Aduertere animum haæ pro Aduertere animum ad hæc Lucret. lib. 2.

Hoc etiam magis hæc animum ee aduertere par eſt Corpora, & Aduertere. sine adiecto pro interlligere. Plin. lib. 8. cap. 10. Hautta hunadne, quam vulgò Gangui fugam eopisse appellari aduerto.

Ambrosius, adiectiuum (ἀμβρόσιος) Id est, Ex ambrosia, vel Ad ambrosiam pertinens. Martial. lib. 4.
Temperat ambrosias quum nus cura dapes. Virg. 1. Æneid. Ambrosiæque comæ. Vbi Ser. Ambrosiæ comæ, aut deorum vnguentos obliti. Hoc est, Ambrosia: aut certe a subiecta dixit, Diuinæ comæ.

Ambrosio sinu puerum complexa. Claudian. Epithalam. 12.

Ambrosius fucus. Sil. Ital. 7. Columell. lib. 10. cap. 19.

Ambrosio liquore membra spargit. Stat. lib. 9. Thebaid.

Ambrosiacus, pen. corr. (ἀμβροσιακός) vt. Ambrosiaca vitta. Plin. lib. 14. cap. 3. Sed sunt inanimum intigues, vna non vino, ambrosiaca, duracina.

AMBROSIA, Dionysij fetus, apud Ioncs in primis, quæ Lenæa & Choæ dicebantur. Cæl. lib. 28. cap. 25.

AMBROSIVS, (ἀμβρόσιος) Proprium nomen, quod interpretatur Diuinus, seu immortalis.

AMBRVSVS, pecuiar. corr. nomen duarum vrbium, quarum vnam Strabo loratin Phocide, alteram in Bœotia. Quidam Aurphysum recte dici affirmant.

AMBVBAIAE (ἀμβυβαῖαι) sunt (Porphyrine authore) mulieres vagæ ac viles: quibus nomen hoc casu vanorum & obtirate balbutientiu verborum videtur rifu tudinum. Aeron vero sic: Ambubaiæ dicuntur mulieres tibicinæ lingua Syrorum. Etenim lingua earum, tibia siue symphonia, Ambubaia dicitur. Alij dictas putant, quod a mysid est circum BAIAS, ibi enim amœnissimum, & voluptatibus plenum, vel frenetur. Sueton. in Neróne cap. 27. fuser fcorrorum totius vrbis ambubaiarumque multitudo. Horat. Serm. fatyr. 2.
Ambubaiarum collegia, pharmacopolæ,
Mendici, mimi, balatrones, hoc genus omne.

Ambubeia (ἀμβυβεία) vel (vt alijs placet) Ambubia, Ægyptio nomine nobilior est quam Latino. Cichorium enim nemo nescit. Dicitur & erraticus imbubi, siue cattuleo, qui nubilo etiam die panditur, & cum eo circumagitur ne occasum, quo in somper compressus. Hæc Rurllius lib. 12. cap. 20. Idem lib. 1. cap. 20, Erraticum vel agrestem intubum, cichorium, ambubeiam, & Græcis pictida, eandẽ esse hrrbam confebit, qui bonos authores euoluerit.

Ambugiam apud nos quidam appellauere intubum erraticum. Plin. lib. 20. cap. 8. Vbi Hermolaus Barbarus Coracino Cesso vocari Ambubeiam. Alij putant Celsi eodices, vnius hiuerx perurrsione, ex Ambubeia in Ambubeiam delexisse, nomine videlicet ducto ab Ambulando: quod mirẽ conuenit cum voce Plinians erraticum. Verus Budæi codex membranaceus in illo Plinij loco habet Ambubulam. Sra alij codices Plinians, & ipsi veteres, atque adeo membranacei, qui apud nos sunt, habent Ambulam.

Ambulacrum. Vide AMBVLO.

Ambulo, ambulas, pen. corr. (ἀβαίνειν) ambulare, Ab ambio deducitur, quod est Circuire. Significat autem huc atque illuc ire, propriè tamen exercitationis, aut animi causa: quod & Drambulare dicimus. Plaut Menach. 2. Comitur ambulantare olburn.

Ambulare (ἐμβαίνειν, ἐκβαίνειν) Ire, gradi ri, incedere. Plin. 10. cap. 65. Mures Ægypti bipedes ambulant, ceu Alpini. Plaut. Bacchid. Cum illa neque cubat, neque ambulat.

Ambolare ped bus. Plaut. Trucul. 10.

Ambulare passus quingentos, aut septingenta millia passuum. Plin. lib. 20 cap. 2. Cic. pro Quintio.

Ambulant aues. Plin. lib. 10. cap 38. Ambulant aliquæ, vt cornices: saliũt aliquæ, vt passres, merulæ, &c.

Ambulant naues. Cato de Re rust.

Ambulare maria. Cic. 2. de Finibus, Quum Xerxes tantis classibus, tantisque equestribus & pedestribus copijs, stellesponto iuncto. Athóre perfodlo, maria ambulauit, terram nauigauit, &c.

Ambulauit possessio per multos. Vlpian. in I. sed & 5. 5. Perinde D. de petit. hæred. Id est, sæpius possessio mutata est, & ab vno ad alterum transiata. qua in significatione sæpe hoc verbo Iurisconsulti vtuntur. Nam & emptiones eodem modo per plures personas ambulasse dicuntur in I. sed vbi. 15. D. de minor.

Ambulare foro transfuerio. Cic. 3. de Orat. M. vcrò Manlium nos etiam vidimus transuerso ambulantem foro.

In Iutore. Cic. in Bruto.

In sole. Cic. 2. de Orat.

Cum aliquo. Cic. 4. Acad.

Recte Cic. ad Att. lib. 9. epist. 13. Si enim recte ambulauerit qui hãc epistolam tulit, in ipsum tunm dicm incidit.

Eo modo autẽ ambulat Cæsar. Cic. ad Att. lib. 8. epist. 16. Eo modo autẽ ambulat Cæsar, & iis diaris multum celeritatem inesse, vt timeam ne citius ad Brundusium, quam opus sit, acesserit.

Ambulare demissis tunicis. Horat. 2. Serm. satyr. 2.

Ambulat libera per rutas vias. Ouid. l. Fast 25. de Pace loquitor.

Ambulet ante nostrum cum facibus. Horat. 1. Serm. satyr. 4.

Ambulat erecto pectore. Claud. in Eutrop. 1.

Ambulare superbum. Horat. Epod 4.
Liter superbus ambules pecunia,
Fortuna non mutat genus.

¶ Ambulare in ius. Plaut. Rud. 10. Ambula in ius. Terent. Phorm. 4. 8. In ius ambula. Vbi Donatus, Ad iudicem ramus scilicet: nam TVS pro loco est. sed in quo Prætor ius reddit. Itaque in ius ire & ambulare eo non est Ad iudicem ire, (vt putat Donatus) sed ad Prætorem.

¶ Ambulat hoc caput per omnes leges. Plin. 20. cap. 50. Quasi dicat, peragatum esse, vt pote in legibus passim repetitum.

¶ Ambulari passiuum in tertijs personis. Plin. lib. 23. cap. 5.

Ambulans crena. Martial. lib. 7.
Pro mensis habet Annius ministros:
Transcurrunt gabatæ, volánique lances:
Has vobis epulas habete iuuci,
Nos effendimur ambulante cœna.

Ambulans fluuius. Plin. lib. 5. cap. 9.

Ambulatio (ἀβάσεως) Verbale. Cicer. 5. de finib. Constituimus inter nos, vt ambulationem pomeridianam conficeremus in Academia.

Ambulatione cibos perfecte Athletas malunt. Plin. lib. 11. cap. 53.

Venire in ambulationem. Cic. 1. de Orat.

¶ Ambulatio. Locus ad ambulãdum. Idem quod Ambulacrum. Virruu. lib. 5. cap. 9, Circa theatra sunt porticus & ambulationes: quæ videntur ita oportere collocari, vt, &c. Columella lib. 8. cap. 6. Ambulationes meridiano æquinoctiali subiectæ sint, & vt hyeme plurimum solis, & æstate minimum recipiant.

Ambulatiuncula, diminutiuum (ἀβασεωτάτ.) Cic. ad Cæsium, lib. 2. ep. Cum vna mehercule ambulatiuncula, atque vno fermone nostro omnes fructus percipiuntur non confero.

¶ Ambulatiuncula. Parua ambulatio. De loco dictum. Cic. Attic. lib. 13. 38. Tecta igitur ambulatiuncula addenda est.

Ambulator. penult. prod. Verbale (ἀβασεωτικός) Qui hor & illuc sepe ambulat. Cato cap. 45. Villicus ne sit ambulator. Columella lib. 1. cap. 8. Villicus enim (quod ait Cato) ambulator esse non debet.

Ambulatrix, penult. prod. Verbale fem. (ἀβασεωτικός) Cato cap. 143. de villicæ officio loquens, Ad cœnam ne quò eat, neve ambulatrix sit.

Ambulatorius, adiect. (ἀβαστικός) vt Turris ambulatoria, quæ rotis & machinis admouebatur muris, ad vrbes oppugnandas vt meminit Vegetius Hirt. de b. ell. Alex. lib. 4. Præterea ambulatorias totidem tabulatorum confernut. Subaudi turres.

Ambulatoria porticus. Vipian. in I. scen. 5. Comperit. D. Si fer. vind.

¶ Ambulatorius Iurisconsulti ponunt pro Murabilis & inconstans, quæ mandodum & Ambulare pro Muiare, vt ante diximus. Hinc

Ambulatoria actio, Id est, Murabilis, a persona in personam transiens. I. fin. C. de fur.

Conditio, in I. seruus, 54. D. de statulib.

Poteit ab lege. Leui. 10. D. de fund. dot. Id est, Mutabilis ad permittendam alienationem.

Voluntas testatoris vsque ad mortem. Lquod si. 4. D. de adim. leg.

¶ Ambulatorium operculum. Plin. lib. 21. cap. 14. de aluearijs loquens. Id est, quod facili huc & illuc mouetur.

Ambulatorium, penult. prod. (ἀβασεωτικόν) Locus in ædificiis ad deambulandum accommodatus. Plin. 5. Ambulatera, ambulationes. Sic pontinus dicit Xyfium Græcè dici locum exercitationi corporis accommodatum, Latinè autem Ambulationem vel Ambulacrum. Plaut. Mostel. 9.
-gyrnæum ædificate vult hic in suis,
Et balneas, & ambulatorium, & pæstorium.

Longa ambulatio. Gellius lib. 1. cap. 2. Propulsabamus caloris incommoda luctorum vmbra ingentium, longis ambulacris & mollibus ædium posticum rrfrigerantibus lauacris nitidis.

Luculentum. Vide LVCVLENTVS.

Ambularilis, pen. corr. Adiectiuum (ἀβασεωτικός) Hinc ambulatiles sundi Virrouio lib. 10. cap. 13.

AMBVTIE cognominati sunt a Laconicis Castor & Pollux, quorum eram ara fuit eo in loco vbi & Iupiter & Pallas eodem cognomine colebantur. Pausanias.

Amburbale, vel Amburbium, dicitur sacrificium, quo vrbem circuit & ambit victima, vt ait Seruius in eclog. 3. Tellus vero, Amburbarium (inquit) hostiæ dicebantur, quæ circum terminos vrbis ducebantur.

Amburo, amburis, pen. prod. amburi, amburum (ἀβαιρω, ἀβαιρω) amburere, Circum vrere. Plaut. Epid. 14, Quaqua tangir, omne amburit.

Amburi, de cadauere dictum. Cic. pro Milone, 66. Sine funere, ob litus exanre & luto, fodalus illius supremi diei celebritate, quam concedere etiam inimici solent, amburerere eriam abiecius. Hoc est, Imperfecte cremarerur. De Clodio loquitur.

¶ Amburere ponitur etiam pro Comburere. Plin. lib. 10. cap. 33. Hirundinum pullirad cinerem ambusti, multis morbis medentur. Id est, Combusti.

Amburus (ἀβαιρω) inquit Festus, Circum vstus.

Amburæ fortunarum reliquiæ. Cicer. pro Dom. Qui denique amburas fortunarum mearum reliquias suas domos comportari iuberent.

Iuga taurorum. Claud. de bel. Getico.

Amburia fude truncus. Seneca in Hippol. 10.

Amburia ferus tribus Ariana regio. Plin. lib. 6. cap. 23.

Ineendio. Cic. 5. Verr. Hic sacrorum amburus incendio.

Fulminibus. Plin. Iunior epist. 1. lib. 3.

Lumina pruius. Valer. Argon. lib. 4. de Promethco.

Amburo aggere flagrantis ripæ. Claud in Ruff. 2.

Amburia aquis, si flatum vno occupentur, pustulas noui sentiunt. Plin. lib. 29. cap. 3.

Sonipes. Claud. Paneg. 4.

Amburit illnt ere. Plin. lib. 24. cap. 10.

Amburit sillinitur cruda cannabis. Plin. lib. 20. cap. 23.

Amburit ostibus aras prenit Ithaca, Ouid. ad Liuiam, de Achille.

Amburia igni vel frigore. Plin. lib. 24. cap. 8.

AMBVSTVS cognomen est Fabiorum. Primus hoc gessit Fabius Eburnus, quod fulmine esset amburtus, vt scribit Festus. Ab hoc Fabio tam quam hereditatium eius posteri retinuerunt.

Amburtio, amburtionis, Verbale (ἀβαιρω) Plin. lib. 23. cap. 4. Myrteæ olcum mrdcur eraptionibus, & amburtionibus,

Amecum. & Amecâ, pro Amico & Amica, antiqui dicebant Laberius in lacu Auerno mulierem fuisse ameabundam fetipfit. Hoc eſt, Amanem. Nonius. Feſtus, Ab antiquis Amici & Amecæ per e litteram efferebantur.

AMELETVS, philoſophus Apamienſis, diſcipulus Plotini, magiſter Porphyrij. Volaterranus.

Amelet lides. Vide ANALECTIS.

Amellus, i, herba eſt, cuius meminit Columell. lib. 9. cap. 4. De ea ſic ſcribit Virg. Georg. 4.

Eſt etiam flos in pratis, cui nomen Amello
Fecere agricolæ: facilis quæ rentibus herba:
Nanque imo ingentem tollit de cespite ſyluam
Aureus ipſe; ſed in foliis quæ plurima circum
Funduntur violæ ſubluceſt purpura nigræ:
Sæpe etiam nexis ornare coroniibus aras:
Aſper in ore ſapor: tonſis in vallibus illum
Paſtores & curua leguut prope flumina Mellæ.

In quem locum ſic ſcribit Seruius. Mella (inquit) fluuius Galliæ eſt, iuxta quem herba hæc plurima naſcitur, vnde & Amello dicitur, ſicut populi habi tantes iuxta Lemanum fluuium Alemanni dicuntur. Hermolaus in Corollar. cap. 59. Amellum, inquit, de quo & Virgil. & Columella, frutices fert æpibus grauiſſimos, aureo & luteo colore. ab imo folioſos, floribus purpureis, aſpero guſtu. Cuius radicis ſuccus ægroto examini cum aminzo vino dari præcipitur. Valerius Cordus in Dioſcoridem putat eidem eſſe herbam cum Chelidonio minore.

Amen, ἄμην. Dicitur Hebræis, quæ Vere aut Veritas ſignificat: participia ſeruiens cum aliquid confirmandum eſt. vt Num. cap. 5. Et dicebat mulier, Amen, amen. Id eſt, Veritas aut Verum hoc eſt: aut Sit ita.

Amens, amentis, adiect. ἄμοιρος, ἀπόνοητος. Qui à mente ſua diſceſſit: vt ait Varro de Laug. Lat. lib. 5. Eſt enim amens, non qui mente caret, ſed qui aliqua perturbatione ſic mente motus eſt, vt ob eam quoque turbatam, quid agat, quidve dicat, cernere non poſſit. Ter. And. 3. Nam inceptio eſt amentium, haud amantium. Cicer. 2. de Fin. An me (inquis) tam amenté putas, vt aquâ imperitos ſtomodo loquat? Veeors & amens. Cic. in Piſonem.

Homo amentiſſimus, atque omnibus conſiliis præceps & deuius. Cic. 5. Philipp.

Conſilium amentiſſimum. Vide CONSILIVM.

Amens animi. Virgil. 4. Æneid.

Amens dolore ſemianimis procubuit. Ouid. 1. Triſt. eleg. 3.

Amens furore ea ea. Catull. in Argonaut.

Amens metus ineubat. Lucanus.

Amens terror. Claudian. in Ruffinum.

Amentia, amentiæ ἄνοια, διάνοια) denominatiuum ab Amens. Cicer. 3. Tuſcul. Nec minus illud acute. quòd animi affectionè lumine mentis carentem, nominauerunt amentiam, eandémq; dementiam. His verbis ſatis oſtendit Amentem & Dementem eſſe eodem accipi.

Amentia grauis. Ouid. 4. Metamorph.

Sana mens conſligit cum amentia. Cic. in Catil.

Flagrare amentia. Cic. pro Cluent.

Incidere in amentiam. Cic.

Præditus & præceps amentia. Cic. pro Roſc. Amer. & in Verr.

Rapi amentia. Cic. epiſt. lib. 16.

Amentiam aliquam tenere, author ad Herenn.

Amentia verſat. Horat. Serm. 2. ſatyr. 3.

Ludere par impar, equitare in arundine longa.

Si quem delectat barbatum, amentia verſat. Id eſt, agitat.

Amentium amentia, n. ἄνοια) Lorum quo aliquid retinetur, aut ligatum eſt: vt ſolearum corrigiæ, & lora in quibuldam iaculis. Plin. lib. 24. cap. 6. Cornelius Gracchorum matri ſedenti poſita ſtatua eſt, ſoleiſque ſine amento infignis. Feſtus, Amenta (inquit) ſunt quibus, vt miti poſſint, vineuntur iacula, ſiue ſolearum lora: ex Græco quod eſt ἄμεντος, ſic appellata: vel quia apentes, ea ad meatum trahunt. Seruius, Amentum eſt lorum quo media hatta religatur & iacitur. Virgil. 9. Æneidos,

Intendunt acres arcus, amentáque torquent. Liu. 7. bell. Maced. Et iaculorum amenta emollietat. Plin. lib. 7. cap. 56. Iaculum cum amento ferunt ioueniſſe Æcolum Martis filium. Seneca in Hippol. 6.

Amentum digitis tendebant proribus,

Et rotis iaculum dirigit virgula.

¶ Amentum, etiam ſacchyra roboris ſignificat. Ruell. lib. 1. cap. 86. Hermolaus Plin. lib. 16. cap. 8.

Amentatus, pen. prod. adiect. nomen, ſiue participium ab Amento, amentare. Eſt quod amentis ligatum eſt: vt, Amẽtatæ ſolex, quibus ſelices vuntur mulieres: aut quod amento retinetur.

Amentatum iaculum. Cic. de clar. Orat.

Amentare hatta oratoris. Cic. 1. de Orat. In eo autem iure quod ambigitur inter peritiſſimos, non eſſe difficile oratori eius partis quam cunque defender, authorem aliquem inuenire: à quo quum amentatas haſtas acceperit, ipſe eas oratoris lacertis vinbuſtq; torqueb is. Metaphoricè dixit pro Argumentis aliunde petitis, quaſi telis, quibus vtatur orator.

Amento, amentas, ἀμεντίζω) amentare. Lucan. lib. 6.

Quum iaculum patria Libys amentauit habena. Id eſt, aut iaculum amentatum contoſit: aut vt torqueret, munuit amento, quaſi habena.

Ameos. Vide AMAMVNI.

AMERIA (Ἀμερία) oppidum eſt Vmbriæ, patria Roſcij Amerini quem defendit Cicero: vulgò *Amelina*. Ameriam Cato ante Perſicum bellum conditam annis nongentis ſexagintà quatuor prodidit. Plin. libro 3. cap. 14.

Amerinus, pen. prod. adiectiuũ (ἀμερῖνος) vt Amerina ſalix apud Plin. lib. 24. cap. 9.

Amerina retiacula, pro Viminibus, per periphraſim. Virgil. 1. Georgicorum,

Atque amerina parant lentæ retinacula vitl. Vbi Seruius, Amerina retinacula, virgas de quibus vites religantur. Quæ virgæ abundant circa Amerianm oppidum Italiæ, cuius erebram in Ecclesiaſte facit Cicero mentionem.

Amethinnon (ἀμέθυσινον) Herba eſt quæ alio nomine Aizoon maius appellatur. Plin. lib. 25. cap. 3.

AMERTOLA, oppidum in Latio. Plin. lib. 3. cap. 4.

Ames, amitis, m. g. Feſtus, Amites, pericæ aucupales. Horat. in Epod. 2. Aut amite leui rara tendit retia. Amites (inquit Porphyrio) hodie appellantur quoque furculæ quibus retia in venatione vel in aucupio ſuſtenduntur. Palladius lib. 10. cap. 13. Nunc in amitibus appareant aucupium noctux, cæteràque inſtrumenta capturæ. Idem lib. 7. cap. 2.

AMESTRATVS (ἀμέστρατος) Siciliæ oppidum, cuius incolæ dicuntur Amestratini. Author Steph. Horum meminit Cic. 5. Verr.

AMESTRIS, Regina fuit Perſarum, vxor Xerxis, de qua multa Herodotus.

Amethyſtus, amethyſti, m. g. ἀμέθυστος) Gemma, quæ purpurea eſt, colore violæ, dicta Amethyſtus, quaſi minimè ebria. ἀν, ne, & μεθύω, priuatiua particula. & μεθύω, ebrius. Cauſam nominis (inquit Plin. lib. 37. cap. 9.) afferunt, quòd vſque ad vini colorem accedens, prius quàm cum deguſtet, in violam deſinit: fulgóreque quidam in illa purpuræ non ex toto igneus, ſed in vini colorem deficiens. Perlucent autem omnes violaceo colore, ſcalpturis faciles. Indicæ abſolutum purpuræ colorem habent: ad hanc que ingentium officinæ diligunt vna.

Amethyſtus, vuæ genus. Colum. lib. 3. cap. 2.

Amethyſtus purpureus. Ouid. 3. de Arte amam.

Amethyſtum herbam qui exiſtimant contra ebrietatem pollere, plane halluci nantur: gentilem hinc gemmam ita nominari, quòd violentiæ refragetur, veraque enim & colore ſibi nomen adnuat. De caleulo ſatis conueuit. Cæterum amethyſti herba ſolum meracioris vini colorem æmulatur. Ruellius lib. 1. cap. 14. & cap. 20.

Amethyſtinatus, pen. prod. ἀμεθυσσωτὸς) nomẽ duriuſcule deriuatum ab Amethyſtinus. Martial in ſictum duitem,

Hic quem videtis greſſibus vagis lentum,

Amethyſtinatus modus quiſ ſcit ſopra. Hominem dicit amethyſtino colore ornatum, ſicut Purpuratum dicimus.

Amethyſtinus (ἀμεθυσσῖνος) adiectiuum, pen. corr. Iuuenal. ſatyr. 7. vendunt amethyſtina. Id eſt, Veſtes ex colore amethyſtino. Hoc autem dicit: Ideo purpuratis, aut amethyſtinatis incedunt cauſidici, vt ſuas operas earius vendant.

Amethyſtinat color. Plin. lib. 21. cap. 8. Amethyſtinum colorem dicimus, qui in viola micat: & ipſe in purpuream, quémque ianthinum appellamus.

Amethyſtizontes (ἀμεθυσίζοντες) carbunculi. Hoc eſt, Quorum extremus igniculus in amethyſti violam exit. Plin. lib. 37. cap. 7.

A M I

Amia, æ. Piſcis eſt Pelamidi ſimilis, cuius inceremẽtum ſingulis diebus intelligitur. Plin. lib. 9. cap. 15. Vide Rondeletium.

Amiantus (ἀμίαντος) Lapis eſt fraibilis in modum lanæ, aluminí ſeſſili adeo ſimilis, vt pro eo à feſſa rariis ſupponatur. Vulgus Gallorum eam Alumẽ plumeum, falſò exiſtimans ſ. eodem eſſe aluminis. Et hoc lapide tenuiores, conſtiuuntur ellychnia, propterea quòd ab igne non conſumatur. Texitur quoque ẽx veſtes & mappas; quæ ſordidatæ, igni purgãtur. Differnitur ab alumine ſciſſili, quòd hoc aquæ innatet: amiantus autẽ mẽrgatur. Guſtu quoque dignoſcitur: nam alumen ſciſſile, ſubſtantiæ tenuitate linguam mordet, & tandem excoriat: amiantus vero, ſi minutiſſimus modacitatiſque expers eſt. Adhæc, Amiantus in ignem coniectus, perpetuò durat: alumen autẽ liquefcit, bullaſque excitat. Vide Plin. lib. 35. cap. 15.

Amica. Vide paulo poſt. ante AMICVS ſubſtantiuum.

Amicabilis, Amicè, Vide AMICVS adiectiuum.

Amicimen, pen. prod. Virgilius pediculus, ex quo vinum diffunditur. Feſtus.

Amicio, amicis, penult. corr. amicſui, amictum (ἀμπίσχω) amicire, Veſtire, Operire. Suetonius in Veſpaſ. cap. 20. Dum ſalutabatur, & calcebat ipſe ſeſe, & amictebat.

Amictibor, pen. prod. veruſtè dictum pro Amictar. Plaut. Perſa. 3. 1. Subinuius alis me inferam atque amictibor glorioſe.

Amictur in falus. Ouid. 5. Metam.

Amictur viubus vlmus. Ouid. de Ponto. 3. eleg. 8.

Amictur charris. Horat. 2. epiſt. 1.

Amictus, participium (ἀμπισχόμενος) idem quod Veſtitus vel opertus. Cic. 2. Phil. Sedebat in roſtris collega tuus, amictus toga purpurea, in ſella aurea coronatus.

Nube candente humeros amictus. Horat. 1. Carm. 6.

Velis amictos, non togis. Cic. in Catil.

Amicta niſa lunida pelle. Horat. Epod. 17.

Amicta loca nue. Catull. de Berecynthia & Aty.

Amicta viubus vlmus. Horat. 1. epiſt. 17.

Amictus, ſiuus amictus (ἀμπεχόνη, ἀμπίσχασις) Quicquid, quo quis amictus, ſiue opertus eſt: ſiue Veſtitus, quo veſtimur. Eſt enim vtrunque generale numen. Cic. 5. Tuſcul. Mihi amictui eſt Scythicum regmen. Tibullus.

Fruſtrà iam veſtes, fruſtrà murantur amictus.

¶ Amictui dictum, quod amictum. Id eſt, Circumictum, à quo etiam quod veſtitui ſe inuoluunt, Circumictui appellãt. Var. de ling. Lat. Amictui autem & Circumictui mote veteri à Varrone dictum elegantiſſimè cenſet Turnebus: cuius elegantiæ ignari has extetminauerunt loquutiones, & ſeculi noſtri balbutiem nuc texerunt.

Auraro amictu velatur. Ouid. 14. Metam.

Croceo amictu velatus Hymenæus. Ouid. 10. Metam.

Duplex. Virg. 5. Æneidos.

Hæc fatus, duplicem ex humeris ecicit amictum.

Ferrugineus.

Ferruginеus.Claud. de rapt. Proserp. lib. 2.
Glauco amictu caput contexit. Virg. Æneid. 12.
Linеus. Tacit. lib. 19.
Lruis. Catull. in Argonaut.
Multo amictu nebulæ circu nfudit dea gradientes. Virg. Æneid. 1.
Perlucent. Ouid. 4. Metam.
Purpureus. Horat. 1. epist. 18.
Sordidus. Virg. 6. Æneid.
Amictus lacessere summos. Stat. 2. Sylu. 1.
Lapsus ex humeris amictus. Ouid. 3. de Arte aman.
Madido amictu onerarui. Claud. de bell. Get.
Refugo amictu palesci nox affiata rotis coruscis. Claud. Epigr. 3.
Plebeio amictu tectus. Lucan. lib. 3.
Tenues amictus laniant. Ouid. 4. Metamor.
Deponere amictus. Iuuen. 1. Satyr.
Amictu crepto nuda. Propert. lib. 2. eleg. 1.
Amictu cuirare tela alicuius. Pronerbiali figura dictū est à Catullo, contra nos tela ista tua cuiramus amictu. Hoc est, Non armis, non clypeo, fed facile epistemus, nō ferus quàm mufcarū infultus.
Græci amictus exoleuerunt. Tacit. lib. 14.
Amictu fœmineo velauit. Stat. Achil. 2.
¶ Amictus, pro modo & ratione veſtendi corporis, & decore veſtitus. Quint. lib. 11. cap. vlt. Eſt aliquid in amictu, quod ipſum aliquatenus temporum cōditione mutauim eſt. Iterum, & negligentior ami ctus. & ſolus ac velut labens vndique toga.
Amiculum, pen. corr. (ἀμπεχόνιον.) Feſtus, Amiculum genos veſtimen ti à circumiecto dictum. Cic. 2. de Diuinat. Vſus eſt in ſomnis amicæ, eſſe amictus amiculo.
Amicula exuere. Curt. libro 5, Fœminarum conuiuia ineuntium in principio modeſtus eſt habitus; deinde ſumma quæque amicula exuunt, paulatímque pudorem prudanam. ad vltimum ima corporum velamenta proiciunt.
Amiculum purpureum. Liu. bell. Pun. lib. 7.
Amiculū videtur appellare Curtius, veſtem quam Darius inſigne regni geſtabat. Sic enim de Dario fugēte ait lib. 3. Inſignibus quoque imperij, ne fugam prodrent, indecorē abiecīst. Aliquanto verò pòſt ſic, Vnus nanque è captiuis ſyadonibus amiculū quod Darius, ſicut paulò antè dictum eſt, ne cultu proderetur, abiecerat, in manibus eius qui repertum ferebat, agnouit.
Amiculatus, a, um. Indutus. Solinus cap. 65, Pars nudi, pars obſcenā tantùm amiculati.
Amictorium (ἀναβολεύς.) Veſtimentum puellare, candidum, & ſubtiliſſimum ex lino, de quo Mart. in diſtichus,
Mammoſas metuo, teneræ me trade puellæ,
Vt poſſint nuxo pectore lina frui. Huius enim diſtichi lemmatiſt Amictorium.
Amicè, amicr, pten. prod. (φιλικῶς.) Quam quis amat inhonestè, Horat. 1. epiſt. Vt nec longa, quibus mentitur amica. Vxor & amica opponuntur. Terent. And. 1. 3, Siue vxor eſt, ſiue amica eſt, grauida eſt è Pamphilo.
Culta amica. Ouid. de Arte, 2.
Dura. Ouid. 2. Amorum, eleg. 9.
Fallax. Ouid. 2. Amorum,
Me modò decipiant voces fallacis amicæ.
Formoſa. Ouid. Faſt. 5.
Magna. Iuuenal. ſatyr. 4.
Mollis. Ouid. epiſt. 3.
Tenera. Ouid. 1. de Arte.
Amicæ venales ad munus. Propert. 3. eleg. 17.
Ad amicam alterius inſinuare ſe. Vide TENERVO.
Amicula, pen. corr. (ἀπιθάνως.) Diminutiuū ab Amica. Plin. Iunior, lib. 3. epiſt. 9, Miſcrat etiam epiſtolas Romam ad amiculam quandam. Cic. 3. de Orat. Cum eo Tarracinæ de amicula rixatus.
Amicus, cus, ci. ſubſtantiuum, pen. prod. ab Amando dictus eſt. Paulus in 1. 223. D. de verb. ſignifi. Amicos appellare omnes debemus, nō leui notitia coniunctos, ſed quibus fuerint ita cum patref. honeſtis familiaritatis quædita rationibus. Cic. 5. Verr. Si hoc docco, poteſſe ne te Albatius antiquiſſimus nō ſolùm amicus, ſerùm etiam amator abſoluere? Vide AMATOR.
Amicus, neceſſarius, ſæpe communis. Cic. pro Cluent.
Amicus ac penneceſſarius alicuius. Cic. pro Flacco.
Valde amicus alicui. Cic. ad Lentulum, lib. 1. epiſt. 8, Pompeium tibi valde amicum eſſe cognoui.
Amicus æquiuus. Virgil. 4. Æneid.
Bonus. Tacit. lib. 20, Nullum maius boni imperi inſtrumentum, quàm bonos amicos.
Certus. Vide CERTVS.
Chari amici. Horat. 4. od. 9.
Communis. Manil. lib. 5.
Indefeſſus properantia corda vigore,
Inſtat erit populi, atorāque habitabit in vrbe
Limina peruolitans, vnūmque per omnia verbum
Mane ſalutandi portans communis amicus. Sic reſtituit Turnebus: cùm antea nullo ſenſu legeretur,
Inde relaxato properantia corde videre. Communem autem amicum vocat ſane perquàm ſaluiter, cum hominem qui ſoler obire multa cliuum potentū limina, quotidianóque officio eos ſalutare.
Diſcolor amicus infido ſcurra. Horat. 1. epiſt. 19.
Dulcis. Horat. 1. Serm. ſatyr. 7.
Amicus ex animo. Cic. 11. Philipp. Pompeius vnum Deiotarum in toto orbe terrarum ex animo amicum verèque beneuolum, vnum fidelem popolo Romano iudicauit.
Fidus. Horat. lib. 1. epiſt.
-ne fidos inter amicos Sit, qui dicta foras eliminet.
Amico Hercule dixes. Horat. 1. Serm. ſat. 6.
Amici inferioris ordinis. Vide ORDO.
Inops. Perſ. ſatyr. 6.
Iucundus. Horat. 1. Serm. ſatyr. 3.
Intentatus & nouus amicus. Vide INTENTATVS.
Lector. Ouid. 3. Triſt. eleg. 1.
Purus. Horat. 1. Serm. ſatyr. 6.
Sterilis. Iuuenal. ſatyr. 12.
Tenuis amicus. Ouid. ad Piſonem.
Rara domus tenuem non aſperuatur amicum.
Verus amicus eſtantiquam alter idem. Cicer. in Lælio. Horat. in Arte poet.
¶ Amicus adſcribi aliquibus. Cic. 5. Tuſcul. Vtinam ego (inquit) tertius vobis amicus adſcriberer.
Exornare amicos. Id eſt, Honoribus augere. Plin. Iunior lib. 2. epiſt. 13. ad Priſcum.
Facere amicos alicui. Cic. 1. Offic. Illud enim honeſtum quod ſæpe dicimus, etiamſi in alio cernimus, tamē nos mouet, atque illiin quo ineſſe videtur, amicos facit.
Amici propioris munere fungi. Horat. 1. epiſt. 9.
Amici lugentis cauſam ſolare. Iuuenal. ſatyr. 14.
Remanens amicus in duris rebus. Ouid. 1. Triſt. eleg. 8.
Rodere amicum abſentem. Horat. 1. Serm. ſatyr. 4.
Spoliari amicis charis. Claud. Epigr. 1.
Amicus, gen. prod. a dictium. Cæſar. 2. bel. Ciuil. Quas Cæſar eſſe amicas ciuitates arbitrabatur. Id eſt, Amicitia coniunctas.
Amicus conſiliarius. Vide CONSILIARIVS.
Amicas vires acquirit bello, Id eſt, amicorum vires. Ouid. 7. Metam.
¶ Amicus, ſi eum re inanimata iungatur, ſignificat vtile vel gratum: vt, Amicus pratis humor, Amica frugibus æſtas. Virgil. 2. Æneidos, Tacitæ per amica ſilentia lunæ. Vbi Seruius, Amica, Sibi grata.
Amicus Muſi. Horat. 1. Carm.
Amicum agmen. Id eſt, Amicorum. Ouid. 1. epiſt.
Animus. Terent. Heeyra, 3. 3. Horat. 4. Carm. ode 7.
Aruum. Ouid. de Ponto, 5. eleg. 15.
Aures Horatij in Carm ſeculari.
Dictus fatur amicis. Virgil. 2. Æneid.
Manus. Ouid. epiſt. 10.
Numen malè amicum. Virg. 2. Æneid.
Opes. Virgil. 5. Æneid.
Portus amicus intramus. Virg. 6. Æneid.
Leuant pondus amicum. Stat. 10. Thebaid.
Quies amica. Hoc eſt, Grata, iucunda, placida. Claud. in præfat. 3. libri 1.
Sidus apparere amicum. Horat. Epod. 10.
Tempus agit amicum ſol. Horat. 3. Carm. 6. Hoc eſt, Gratum laborantibus, nimirum quando occidit. Tunc enim dant ſe quieti.
Tempus fraudibus amicum. Sex. Pyl. 1. a.
Venio amico nauem ferri. Ouid. 2. Triſt. eleg. 4.
Vultu amico promittere ſpem. Ouid. 3. Metam.
Vultus amicos venerarur. Claud. Paneg. 8.
¶ Amicum eſt, pro Placet. Loquutio Græca. Sic enim illi φίλον ἐστὶ ſurpant. Horat. 1. Carm. Od. 17,
Nec dis amicum eſt, nec mihi, te prius
Obire Mecenas, &c. Lambin.
¶ Amicus ſibi, is intelligendus eſt, non qui ſit φιλαυτὸς (eſt enim hoc nomen odioſum, & in vitio locum habet: niſi ita accipias, vt elegāter explicat Ariſtoteles, pro eo qui optimā ſui partem, id eſt, mentem, colit) ſed qui ſauuiter & iucūdè viuat, qui ſibi faciat benè. Horat. Satyr. 1. lib. 1. - hic vix credere poſſis Quàm ſibi non ſit amicus. Idem epiſt. 2. ad Lollium, lib. 1.
Quid nimiue curas, quid te tibi reddat amicum. Lambin.
¶ Amicior, Comparatiuum. Cic. Attico, lib. 8, Neque enim ego amicior C. Cæſari vnquam fui, quàm illi: neque illi amiciores Reipubquàm ego.
Amicior vidis fraxinor. Stat. 9. Thebaid.
¶ Amiciſſimus, penult. corr. Cic. ad Appium Pul. lib. 3. epiſt. 3, Succeſſor coniunctiſſimus & amiciſſimus.
Amiculus, penul. corr. (φιλίδιον.) Diminutiuum ab Amicus ſubſtantiuo, Cic. 5. Verr. Horat. 1. Epiſt. 18,
Diſce docendus adhuc quid cenſet amiculus.]
Amiculus dulcis. Catul. ad Alphenum,
Iam te nil miſerer dure tui dulcis amicoli.
Amicè (φιλικῶς.) Aduerbiū. Id eſt. Amici more: Quod eſt cū amore & beneuolentia. Cic. in Lælio, Facis amicè. Ibidem, Et hæc accipienda amicè.
Amicè & beneuolè. Cic. 1. de Finib. Quos tu paulò antè, cum memoreret, tum etiam erga nos amicè & beneuolè collegiſti.
Familiariſſimè & amiciſſimè viuere cum aliquo. Cic. 1. Verr.
Amicè cum datiuo. Cic. 1. Offic. Hæc præſcripta ſeruantem licet grauiter, magnificè, animoſéque viuere, æque etiam ſimpliciter, fideliter, & vitæ hominum amicè.
Amiciſſimè. Cic. 5. de Finib.
Amiciter, pen. corr. (φιλοφρόνως.) Aduerbium pro Amicè. Plaut. Perſa, 7.
Quia meo amico amiciter hanc commoditatis copiam.
Danunr argenti minuti.
Amicabilis, & hoc amicabile, pen. corr. (φιλικὸς.) vt Opera amicabilis, Affectio amicabilis. Id eſt, Amica. Plaut. Mil. 16, Vos modò porrò, vt occœpiſtis, operam date amicabilem.
Affectio amicabilis. Vlp. in 1. Idēmq; 10. D. Mādati. Et eſt verum, eſt qui nō animo procurationis interueñit, ſed affectionem amicabilem promiſit in mundēdis procuratoribus & actoribus, mandati non teneri. Haloander & Pandectæ Florentinæ habent Amicalem.
Amicè, amicas, pen. prod. (φιλικῶς.) amicare. Stat. Theba 3.
Ac prior Æclides ſoluta prece numen amicat. Id eſt, Amicum ſibi facit, propitiat, placat, conciliat.
Amicitia (φιλία, φιλότης.) ab Amicus dicitur. Cic. in Lælio. Eſt autem a-

micitia, nihil aliud, niſi omnium diuinarum humanarúmque rerum cum benevolentia & charitate ſumma conſenſio. Idem 2. de Diuinat. Amicitia, eſt voluntas erga aliquem, rerum bonarum, illius ipſius cauſa quem diligit, eum eius pari voluntate.

Amicitiæ vocabulum ab amore deducitur, quanuis interdum vitupcrandus ſit amor. Ab antiquis autem Amici & Amicæ per cliteram efferebantur. Feſtus.

Amicitiai, pro Amicitiæ genitiuo vſus eſt Lucr. lib. 3.

Hunc vexare pudorem, hunc vincla amicitiai Rumpere.

Amicitia adiuuatrix virtutum. Cic. in Lælio.

Amicitia, etiam inter res inanimas. Plin. lib. 19. cap. 8, Amicitia eſt ruæ cum fico. Idem in proœmio lib. 20, Odia amicitiæque rerum ſurdarum ac ſenſu carentium.

Amicitiæ ambitioſæ. Vide AMBIO.

Amicitiæ pudicæ ſanctus amor. Stat. 2. Syl.

Charitas & amicitia hominum, gratuita eſt. Cic. lib. 1. de Nat. deo.

Communes amicitiæ. Cic. in Lælio.

Coæquitatis amicitiæ, virtutis opinio. Cic. in Lælio.

Condimentum amicitiæ haud quaquam mediocre, ſuauitas ſermonum atque morum. Cic. in Lælio.

Dignus amicitia. Cic. in Lælio.

Amicitia exercita cum aliquo. Tacit. lib. 17.

Amicitiæ, non modo fauores fideliſſimæ, ſed etiã effectrices ſunt voluptatum tam amicis quàm ſibi. Cic. lib. 1. de Fin.

In amicitiis fidelis. Cic. 2. de Finib.

Fines in amicitia qui ſint, & quaſi termini diligendi, conſtituendi ſunt. Cic. in Lælio.

Amicitiæ fons à natura conſtitutus bonorum inter bonos benevolentia. Cic. in Lælio.

Principum graues amicitiæ. Horat. 2. Carm. 1.

Amicitiæ gloriã excellens Lælius. Cic. in Lælio.

Infauſtæ amicitiæ grauis exitus imminebat. Tacit. lib. 4.

Amicitiæ ius in eo eſt, vt vnus quaſi animus ſint ex plutibus. Cic. in Lælio.

Iuſtæ veræque amicitiæ vetus eſt lex illa, vt idem amici ſemper velint. Cic. pro Plan.

Leues amicitiæ. Cic. in Lælio.

Amicitiæ locus vbi eſſe poteſt, aut quis amicus eſſe cuiquam quem non ipſum amet propter ipſum? Cic. 2. de Finib.

Ornamentum amicitiæ, verecundia. Cic. in Lælio.

Mediocres amicitiæ. Cic. 3. de Finib.

Amicitiæ coniunctionis ſque neceſſitudo. Cic. in Lælio.

Amicitiæ ſanctum & venerabile nomen. Ouid. 1. Triſt. eleg. 7.

Nouis amicitiis indulgere. Cic. in Lælio.

Officioſam amicitiam nomine inquinas etiminoſo. Cic. pro Plan.

Ornamentum amicitiæ verecundia. Cic. in Lælio.

Par amicitiæ Conſularis. Cic. pro Domo.

Partæ amicitiæ. Cic. lib. 1. de Finib. Ratio ipſa monet amicitias cõparare, quibus pacis confirmetur animus.

In amicitiis peſtis nulla maior quàm adulatio, blanditiæ, aſſentatio. Cic. in Lælio.

Amicitiæ præſidium firmiſſimum. Cic. lib. 1. de Finib.

Præterstata amicitia. Vide Præterea, in PRAETEREO.

Pyladea amicitia. Id eſt, ſumma, & qualis fuit inter Pyladem & Oreſtem. Cic. 2. de Finib.

Amicitiarum ſæpe eſſe non debent. Cic. in Lælio.

Amicitiæ ſempiternæ. Cic. pro Rabirio Poſthumo, Neque me verò pœnitet mortales inimicitias, ſempiternas amicitiæ habere.

Amicitiæ ſimulatio. Cic. in Lælio.

Amicitiæ ſtabiles permanent. Cic. in Lælio.

Strictæ amicitiæ. Firmic. lib. 5. cap. 10, Qui ſimilium ſibi principum ſtrictas amicitias neceſſitudineſque concilient.

Amicitia ſuauis. Lucret. lib. 1.

Validus ad amicitiam alicuius. Tacit. lib. 5.

Venenum amicitiæ, odium. Cic. in Lælio.

Vetæ amicitia mihi ditior & affluentior videtur eſſe. Cic. in Lælio.

Veræ amicitiæ ſempiternæ ſunt. Cic. in Lælio.

Amicitia vetuſſa puer puero vinctus. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 3.

Amicitiæ vis eulum nullum eſt certius quàm conſenſus & ſocietas conſiliorum & voluntatum. Cic. pro Planeio.

Concordi amicitia, & charitate ſe complecti. Cic. de Vniuerſit.

Vis amicitiæ. Cic. in Lælio.

Vſus amicitiæ varius eſt & multiplex. Cic. in Lælio.

Vulgares amicitiæ. Cic. in Lælio.

Accedere ad amicitiam. Vide ACCEDO.

Acitepere aliquem in amicitiã. Liu. 4. Decad. lib. 4. Vide ACCIPIO.

Adiungere ſibi amicitias aliquotum. Cæl. ad Cic. lib. 8. Fam. epiſt.

Adrepere ad amicitiam. Vide ADREPO.

Aſſcribere aliquem ad amicitiam. Cic. 3. Offic.

Allicit & atcrahit ad amicitiam ſimilitudo. Cic. in Lælio.

Amplecti amicitiam alicuius. Vide Exuere amicitiam.

Amicitiæ forcs aperire. Cic. Fam. epiſt. 13.

Amicitias appetere. Cic. in Lælio. Vide APPETO.

Ad amicitiam alicuius ſe applicare. Vide APPLICO.

Ab amicitia alicuius ſe auertere. Vide AVERTO.

Naturali amicitia carere. Cic. in Lælio.

Amicitiæ, charitate & amore cernuntur. Cic. in Partit.

Amicitia claudicare videtur. Cic. 1. de Finib. Vide CLAVDICO.

Amicitiæ cœpiæ perenne fœdus. Stat. 4. Syl. 6.

Colere amicitias. Cic. in Lælio. Et lib. 1. de Finib.

Amicitias comparare: Id eſt, Aequirere. Cicer. in Lælio. Et lib. 1. de Finib.

Conciliat amicitias & conſeruat virtus. Cicer. in Lælio. Vide CONCILIO.

Conſerere ſe ad amicitiam alicuius. Cic. in Bruto, Quum Craſſus initio ætatis ad amicitiam ſe meam coniunxiſſet.

Stabilitas amicitiæ confirmari poteſt. Cic. in Lælio.

Conglutinare amicitias. Cic. in Lælio, Si vitiatas amicitias conglutinarer, eadem commutata diſſolueret.

Ad coniungendas amicitias quantam vim habeat ſtudiorum ac naturæ ſimilitudo, ſcitis omnes. Cic. pro Cluent.

Iucundiſſima ea eſt amicitia, quam ſimilitudo morum cõiungauit. Cic. 2. Offic.

Amicitia cum voluptate connecti nitur. Cic. 1. de Finib.

Connectere amicitias. Plin. Iunior lib. 4. epiſt. 15. ad Fuſcianum.

Amicitiam conſtituere & tollere, contraria. Cic. 2. de Finib. Si vitilias amicitiam conſtituer, tollet eadem.

Conſequi amicitiam. Cic. in Lælio.

Amicitiam vitiatas conſtituit. Vide CONSTITVO.

Amicitiam continere. Vide CONTINEO.

Contrahit amicitiam virtus. Cic. in Lælio.

Conueterant ſe amicitiæ in graues inimicitias. Cic. in Lælio.

In amicitiam conuertere aliquem. Vide CONVERTO.

Amicitiæ terga dare. Ouid. 3. Triſt. eleg. 5.

Amicitias dat cenſus. Ouid. 1. Faſt. dat cenſus honores,

Cenſus amicitias: pauper vbique iacet.

Amicitia remiſſior eſſe debet, & liberior, & dulcior, & ad omnem comitatem facilitatémque propior. Cic. in Lælio.

Depoſitæ amicitiæ. Cic. in Lælio.

Deſerere ius amicitiæ. Cic. in Lælio.

Demittere amicitias. Cic. in Lælio.

Detrahere perſonam amicitiæ dicimur, quũ ſpernè quæ ſentimus animo, tum facimus, tum loquimur apud amicos. Vultus enim ab animo diſcrepans, perſona verius eſt quàm vultus. Eraſ. in Chiliad.

Dirumpere amicitias. Cic. in Lælio.

Diſeindere. Cic. in Lælio.

Diſſociat amicitias diſſimilitudo morum. Cic. in Lælio.

Diſſoluere. Cic. in Lælio.

Diſuere amicitias. Cic. in Lælio.

Amicitiam diuelli à voluptate non poſſe. Cic. 2. de Finib.

Amicitiæ durant firmiſſimè. Quinct. lib. 1. capa.

Eleuare amicitias remiſſione vſus. Cic. in Lælio.

In amicitiam & in amicitia aliquius eſſe. Vide IN.

Amicitia mihi eſt cum eo. Cic. pro Cluent.

Amicitiam cuertere funditus. Cic. 2. de Finib.

Exardeſcit amicitia. Cic. in Lælio.

Fideles amicitias excludere. Cic. in Lælio.

Expetenda amicitia. Cic. 2. de Inuent.

Amicitiæ muuus expletum eſt. Cic. in Lælio.

Extinctæ amicitiæ. Cic. in Lælio.

Exuere amicitiam alicuius. Cor. Tacit. lib. 5.

Molestas amicitias faciunt quidam, quum ipſi ſe contemni putãt. Cic. in Lælio.

Fingere amicitias vtilitatis cauſa. Cic. in Lælio.

Amicitiæ recordatione frui. Cic. in Lælio.

Gerere amicitiam. Cic. ad Appium Pulch. lib. 3. epiſt. 8, Doctiſſimis hominibus authoribus, quorum ſunt de amicitia gerenda præclariſſimè ſcripti libri.

Habenas amicitiæ habere laxiſſimas, quas vel adducas cum velis, vel remittas. Cic. in Lælio.

Amicitiæ rationem impediri, ſi ſummum bonum in voluptate ponatur. Cic. lib. 2. de Finib.

Amicitia interpta à paruis. Vide INCIPIO.

Incidere in amicitias malorum. Cic. in Lælio.

Inerepuit amicitias multebres. Tacit. lib. 4.

Amicitia indeclinata. Ouid. 4. Triſt. eleg. 5.

Téque (quod eſt rarum) præſta conſtanter ad omne

Indeclinatæ munus amicitiæ.

Indulgere amicitiis nouis. Vide INDVLGEO.

Iniunxit amicitiam cum eo. Vide INIVNGO.

Inſtituere amicitiam cum aliquo. Vide INSTITVO.

Inſtituendarum amicitiarum conſuetudo. Cic. lib. 1. de Finib.

Amicitias pares ſibi iungere. Ouid. 3. Triſt. eleg. 4.

Iungere amicitias & conſuetudines ei aliquo. Cic. pro Deiotaro.

Amicitiam manere difficile eſt, ſi à virtute defecerit. Cic. in Lælio. & lib. 2. de Finib.

Manere in amicitia. Vide MANEO.

Amicitiam ſi meuare ſua charitate, nihil eſt præſtantius. Cicer. 2. de Finib.

Amicitiam naſci quidam volunt ab inopia. Cic. in Lælio.

Oppreſſæ amicitiæ. Cic. in Lælio.

Amicitia ora mihi videtur à natura potius, quàm ab indigentia. Cic. in Lælio.

Ortus amicitiæ generoſus. Cic. in Lælio.

Amicitiam natura ipſa peperit. Cic. in Lælio.

Amicitiam pepigerat cum ea gente. Liu. 4 Decad. lib. 8.

Amicitia permanet vſque ad extremũ vitæ diem. Cic. in Lælio.

Amicitiarum ſua cuique permanet ſtabilis & certa poſſeſſio. Cic. in Lælio.

Amicitiam petere propter vilitatem. Cic. 2. de Inuent.

Amicitia præcurrit iudicium. Cic. in Lælio.

Amicitias vtilitate probat vulgus. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 3.

Amicitiæ profectæ ab noſtro beneficio. Cic. 2. de Inuent.

In amicitia prouectis longius. Cic. in Lælio.

Quæſita amicitia vtilitatis cauſa. Cic. 2. de Finib.

Amicitiarum præſidia quærere. Cic. in Lælio.

Recipere aliquem in amicitiam. Cic. ad Att. lib. 2. epiſt.

Remouere ſe ab amicitia alicuius. Cic. in Lælio.

Amicitia ac ſocietas renouata. Liu. 4. Decad. lib 4.

Renũtiare amicitiam alicui. Id eſt, Diremptam ſignificare. Tacit. libro 2.

Inſtitutionẽ amicitiæ omnino non poſſe repetiri. Cic. lib. 1. de Fin.

Repudiare

Repudiare amicitias grauiorum. Cic pro Plancio.
Per amicitiam diuoſque rogirus. Horat. 2. Serm. ſatyr. 4.
Rumpere amicitiæ vinculà. Lucret. lib 3.
Serpit amicitia neſcio quo modo per omniù vitam. Cic in Lælio.
Amicitiæ noſtræ memoriam ſpero ſempiternam fore. Cic. in Læl.
Spernere veteres amicitias. Cic in Lælio.
Amicitiam funditus tollere è vita. Cic. in Lælio.
Tollere amicitiæ nodum amabiliſſimum. Cic. in Lælio.
Ad tollendam amicitiam valet hoc præceptum. Cic. in Lælio.
Tueri amicitiam. Cic. lib. 1. de Finib.
Vacillat ſtabilitas amicitiæ. Cic. lib. 1. de Finib.
Venire in amicitiam alicuius. Liu. 4. Dead. lib. 4.
Violare amicitiam alicuius. Liu. 4. Dead. lib. 4.
Veſtram amicitiam ac ſocietatem non violau.
Vocare amicitiam ad eælculos. Cic. in Lælio.

Amicities, amicitiei [ἀμίκη] Idem quod Amicitia. Lucret. lib. 5.
Tunc & amicitiem cœperunt iungere habentes
Finitimi inter ſe.

AMICITIAM deam, iure inter ſua numina gentes collocauere: & quanuis eius aras non legamus, in quibuſdam tamen ſcholiis ad Heb. brææ quaſdam ſententias ſic legitur. Apud Romanos (inquit) Amicitiam pictura antiquitus puleiiré demonſtrabat. Pingebatur enim iuuenis forma, detecto capite, quæ erat tunica rudi induta, in cuius fimbria ſcriptum erat, MORS & VITA: in fronte, ARTAE & NYMPHAE: habet hæc atque latus aperrum vſque ad eor, & brachium inclinatum, digito eor oſtendens. ibi ſcriptum erat LONGE & PROPE. Eius explicationem vide apud Geraldū in lib. De diis gentium.

AMILCAR [ἀμίλκαρ] dux Carthaginenſis cognomento Rhodo, facunda ſolertia quæ inſignis, de feuitenua Athenienſium, qui ea tempeſtate præfecerem Alexandri Magni puerum timebant, in exilia ad Alexandrum venit, ſeſe & exuirm ſingens, & militem offerens, Parmenione aditum conciliante: atque ita conſilia eius exploratis, in tabellis ligneis eera deſuper inductis omnia ciuibus ſuis perferebat. vt author eſt Trogus lib. 21. Amilcar an alius, an idem, quem ſupra nominauimus, inter auctores non ſatis deprehenditur, qui à Syracuſanis arcerſitus contra Agathoclem tyrannum eos obſidione prementem, vt idem Trogus author eſt, lib. 22.

Amilcar item cognomento Barcha, patre Annibalis, qui primam ſecundum filium Annibalem inter Pœnos dues gloriam obtinuit. Hic ex Liuio, & cæteris hiſtoriæ ſcriptoribus notiſſimus eſt.

Amilcare alium Liuius 23. memoratqui dicit L. Furium Prætorem Gallos Inſubres rebellantes, & Amilcarem Pœnum in ea acie vieiſſe.

AMILUS [ἄμιλος] amnis eſt in Faliſcis Mauritaniæ, ad qurm, niteſcente luna noua, greges elephantorum deſcendunt tibique ſe puriſicantes, ſolentuer aqua eirrumſpergunturo, atque ita ſaluato fœdere in ſyluas reuertuntur, vtulorum iaculis præ ſe ferentes. Plinius libro 8. cap. 1.

AMINARVM [ἀμίνιον] Ptolemæo, eſt Italiæ oppidum in Campania, vbi ſunt generoſa vina. Aminæum Ptolemæus Falernum vocat, lib. 3.

Aminæ vuæ. Colum. lib. 3. cap. 9. Aminæa (inquit Beroaldus in Colum.) nomen eſt vuarum generoſarum, quas Setuini tradie Aminæas dici, quaſi ſine minio, id eſt ruborem ab illum eſt vinum. Maerobius verò rectius cenſet ab Aminæa regione nominari: furrunt enim Aminæi populi vbi nunc Falernum eſt.

Aminæum vinum. l. vii. §. 3. D. de vin. oleo tritleg. Dicitur autem Aminæum vinum, idrm quod Falernum. Nam Aminæi fuerani, vt antea diximus ex Maerobio, vbi poſtea Falernum.

AMINVLA, vrbs paruarum opum fuit in Apulia. Feſtus.

AMIPSIAS [ἀμιψίας] porta Comicus Athenienſis. Suidas.

AMISENA, regio Cappadociæ, Strab. lib. 12.

AMISIVS [ἄμισος] huuius eſt Germaniæ, nauigabilis, Pomponio Melæ. & Plinio libro 4. cap. 14. Strabo Amaſium vel Amaſam vocat. Ptolemæus Amaſium, qui Vidrum tamè alium, neſcio an bene, iuxta nominat. Hodie Emo vocatur à Germanis, quaſi Emiſius corrupto vocabulo: quanquam verius eſt Latina illa nomina ex Germanis nata drſlexaque fuiſſe. Ortus hic Vurſphalis montanis, inter Friſios, Oceano miſcetur. Hæc Vadianus Pomponij interpres.

AMISON Amiſus, ſiue Siephano, oppidum eſt inſigne in confinio Paphlagoniæ & Cappadociæ, diſtàs à Sinope c x x x. m. paſſ. Plin. lib. 6. cap. 2.

AMISYS, Galatiæ vrbs Ptolemæo, Simiſo à Sabellico dicta.

Amiſtà, amiſtæ, penult. corr. [ἀμισταῖος] feſtus, Amiſta patris mei ſoror, quia terrà à me ſi, atque auia videri poteſt. Dicta ex eo, quòd ab antiquioribus auta ſit vocitata. Cic. pro Cluentio, Qui vxori ſuæ Cluentiæ, quæ amita huius Habiti fuit, &c.

Maior amita. Vide MAGNVS.

AMITA, Pediculorum oppidum eſt. Eſt autem Pediculorum ager Brundiſio conterminus. Plin. lib. 3. cap. 11.

Amitini, Amitinæ, penul. prod. [ἀμίτινοι] feſtum matris & fœminæ filij. Nonius. Sunt fratris & ſororis filij filiæve. Caius in l. 1. D. de gradib. affinit. Amitini, amitinæ, Id eſt, qui quæve ex fratre & ſorore propagantur.

AMITERNVM [ἀμίτερνον] vrbs Veſtinorum in Italia Ptolemæo, hodie Aquila Norminis Plin. lib. 3. cap. 5.

Amiternas adiectiuum vt Amiterna cohors. Sil. Italib. 8.
Amiternus ager Martial. lib. 13. epig. 20. de Napis,
Hos Amiternus ager felicibus educat horris.

Amiternius, pen. prod. aliud adiectiuum. Colum. lib. 10,
Quæque Amiternnis deferrur Bunias aruis. Eſt autem Bunias idem quod Napus.

AMITERNINI, Sabinorum populi. Plin. lib. 3. cap. 12.

AMITHAON [ἀμυθάων] pater Melampi. Stat. 3. Thebaid.
-iuxtaque Amithaone ereius
Iam ſenior, ſed mente virens, Phœbóque Melampus
Affoctat paſſus.

Amithaonia [ἀμυθαονία] domus. Propert. 2. eleg. 3,
Mox Amithaonia nupta futura domo.

Amithaonius Melampus. Tibul. 4. eleg. 1.

AMITHOSCVTA, regio Arabiæ. Plin. lib. 6. cap. 28.

AMITINENSES, Italiæ populi in tractu Hetruriæ. Plin. lib. 3. cap. 5.

Amitini, Vide AMITA.

Amitrochiliones [ἀμιτροχιλίωνες] dicti ſunt Sitiæ prope Meiapitum, quorum vrbs Sitis vocatur, eum nominis eiuſdem fluuio. Sic autem appellati ſunt ab adiacentibus populis, quòd in tantam mollitiem collapſi eſſent, vt floridas illis tunicas geſtare moris fuerit, quas etiam mitris, hoc eſt, cinguliis eximij impendij præcingerent. Amitrochiliones autem Homero diſcincti nuncupantur. Hæc Celius Rhod. lib. 7. cap. 9.

Amitto, amittis, amiſi, amiſſum [ἀπόλλυμι] amittere, Dimittere. Terentius Heauton. 3. 1.
Prius proditurum te tuam vitam, & prius
Peeuniam omnem, quàm abs te amitias filium. Vbi Donatus, Amittas, pro Dimittas dixit. Nam quod nos dicimus Dimittere, antiqui etiam dixebant Amittere. Virgil. Æneid. 2.
Quiſquis es, amiſſos hinc iam obliuiſcere Graios.
Amittere & Retinere, conteria. Terent. in Phor. 1. 3. -ego in eum ineidi infelix loeum, Vt neque mihi eius ſit amittendi nec retinendi copia.
¶ Amittere, pro Mittere. Plaut. Capt. 2.
Quo pacto hic ſeruos ſuum herum hinc amittat domum.
¶ Amittere, Perdere [ἀπόλλυμι,] Salluſt. Iam pridem equidem nos vera rerum vocabula amiſimus.
Amittere & perdere. Cic. 3. Verr. Claſſes amiſſe & perditæ.
¶ Amittere rem de manibus. Cic. 6. Verr. Quod intelleaſti te prædæ de manibus amiſſa, teſtimonium tamen effugere non poſſe.
Hominem de manibus. Cic. pro Cælio, Cur Licinium de manibus amiſerunt? Id eſt, Comprehenſum abire permiſerunt.
E manibus. Liu. 9. bel. Pun. Maſinuſſam faucium propè è manibus inter tumultum amiſit.
Amores. Virgil. 3. Georg.
Animam. Plaut. Amph. 4. Author ad Herenn. lib. 4.
Aſpectum. Cic. 1. Tuſc. Quod iis ſæpe viſu venit, qui quum acriter oculis deheærem ſolem intuerentur, vt aſpectū omnino amitterent.
Authoritatem. Cic. 4. Acad.
Cauſam. Cic. 1. de Orat. & ad Atti. lib. 9. epiſt. 13. Id eſt, Cauſa cadere, quod etiam litem amittere dicitur.
Ciues. Cic. pro Marcello
Ciuitatem. Cic. 1. de Orat. Num is ad ſuos poſtliminio rediſſet, & amiſſiſſet hanc ciuitatem? Et pro Domo.
Colorem. Ouid. 9 Metamorph.
Confidentiam. Plaut. Amphit. 1.
Conſilium. Terrent. Eunuch. 2. 2.
Corpus & vires. Cic. in Epiſt lib. 7. ad Gallum, 27.
Decorem. Corn. Celſ. lib. 2. cap. 2. Peius tamen ſignū eſt, vbi aliquis contra conſuetudinem emacuit, & colorem decoremque amiſit, &c.
Dignitatem amittere. Cic. ad Lentul. lib. 1. 8.
E conſpectu. Terent. Eunuch. 2. 3. Neque virgo eſt vſquam: neque ego, qui illam è conſpectu amiſi meo.
Egeſtatem, ærumnas, &c. Salluſt.
Exiſtimationem pudoris. Cic. 4. Verr.
Filium. Cic. ad Seru. Sulpit. lib. 4. epiſt. 6.
Amittit flore puniceo ribus minis, & pruinis. Plin. lib. 16. cap. 26.
Fortunas, & omnia ornamenta. Cic. 3. Verr.
Fugam. Salluſt.
Honeſtatem omnem. Cic. pro Roſc. Amer.
Humorem. Cic. 3. de Nat. deor. Imperium. Plin. lib. 2. cap. 26.
Impetum. Senec. in Hercul. Oeteo, 8.
Ius imperij & exercitus. Cic. 10. Philipp.
Laudem. Plin. Iunior. epiſt. 177.
Libertatem. Cic. pro Domo ſua ad Pontif.
Libidinem omnem. Plaut. Milit. 30.
Litem. Cic. pro Roſc. Comœdo, Ad iudicium hoc modo venimus, vt totam litem aut obtinearnus, aut amittamus.
Lumen. Cic. 1. Tuſcul. Oculos. Cæſar 3. bel. Ciuil.
Memoriam alienius. Cic. pro Deiot.
Occaſionem. Cic. pro Cæcinna. & Terent. Eunuch. 2. 5.
Amiſit opes. Ouid. 21. epiſt.
Opinionem. Cic. Attic.
Amittere oppidum, & Recipere, contraria. Cic. de Senect. Salinatori qui amiſſo oppido fugerat in arcem, glorianti atque ita dicenti, Mea opera Q. Fabi Tarentum recepiſti: Certè, inquit ridens, Nam niſi tu amiſiſſes, nunquam recepiſſem.
Ornamenta. Cic. ad Seru. Sulpit. lib. 4. epiſt. 6.
Patrem aut liberos. Plin. Iunior. epiſt. 84. Cic. in Epiſt.
Caprum piſcem amittere. Cic. 2. de Nat. deor
Prædam. Plaut. Milit. 8. Cic. 6. Verr.
Receptum. Pompeius ad Domitium in epiſtolis ad Attic. lib. 8. Neque ex omnibus oppidis contrahere copias expedit, ne receptum amittam. Id eſt, Loeum in quem poſſim me recipere.
Reuerentiam amittere dicitur imperator. Plin. Iunior in Panegyr.
Saluterm. Plaut. Merc. 11. Cic. 3. de Nat. deor.
Senſum humanitatis omnem ex animo. Cic. pro Roſc. Comœd.
Amiſit ſenſus. Ouid. 10. Metamorph.
Spiritum. Cic. 3. de Nat. deor.
Vires. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 3.
Tempus. Cic. pro Murœna. & de Prouinc. Conſul.
Virtutem & fidem nunquam amiſerim. Cic. Poſt red. in Senatu.
Vitam. Horat. 1. Serm. ſatyr. 1.
Vitam amiſit Deeius, ar non perdidit: re enim viliſſima & parua maximam redemit. Author ad Heren. lib. 4.
Vitam per dedreus. Cic. pro Roſc. Amer. & pro Milone.

Amissio, verbale { ἀπόβασις } Rei alicuius ptiuatio. Plin.lib.17.cap.2, Foliorum amissio.
Dignitatis amissio. Cic.in Pison.
Oppidorum turpis amissio. Cic.in Pison.
Sensuum amissio. Cic.2.de Finib.

Amissus, participium { ἀποβαλόμενος } Virgil.2. Æneid.
Quisquis es, amissos hinc iam obliuiscere Graios.

A M M

AMMIENSES, populi Hispaniæ, Plin.lib.4.cap.22. ab Ammia ciuitate, cuius meminit Ptolemæus. Vide Hermiolaum.

Ammium, ammij { ἄμμις } semen est exile minus cumino. Plin.lib.20. cap. vlt. de theriaca Antiochi, Avetbi & famiculi feminis, & anisi, & ammij, & apij, &c. Meminit & lib.20.cap.15, Quidam cuminum Æthiopicum vocant: notom officinis omnibus semen, Amcos nomine. Ruell.lib.3.cap.45.

Ammochrysus { ἀμμόχρυσος } Gemmæ nomen. Plin.lib.37.cap.11, Arenarum similitudo est in ammochryso, velut auro arenis mixto.

Ammodites { ἀμμώδυτες } animal magnitudine cubitali, simile viperæ. Vipera enim subfaua est. Actius Sermone 13.cap.25.

A M M O N { ἄμμων } dictus est Iupiter ab Ammone quodam pastore, qui primus in Libya loui templum ædificauit. Author Pausanias in rebus Messeniacis.
Ammonis oraculû in Africa Cyrenaica apud Melam, nunc volgò dicitur *Al cancarron de Mathona*, estq; Oluario io Melam.
Ammonis nomen ab arenis ductû putat Seru. Sic enim ait in illud 4. Æneidos, Hic Ammone satus, &c. Liber quum Indos peteret, & per Libyam exercitum duceret: fatigatus sitî, louis patri sui imploratur auxilium. Et statim vbi in despuitoque arete, velut ducis soni inuentus est. Vnde factum est Iou Ammonis ab arenis dicto simulacrum cum capite arietino. Quod ideo fingitur, quia sauis inuoluta sunt eius responsa. Sanè ἄμμος arena Latinè dicitur. Dc Ammone longè plura vide apud Diod.Sicul.lib.4.cap.vlt.
Ammon corniger. Lucan.3.
Ammonis cornu inter ferasissimas Æthiopiæ gemmas, aureo colore, arietini cornus effigiem reddens, promittitur prædiuina fomnia repræsentare. Plin.lib.37.cap.10.
Ammon Garamanticus. Sill.14.
Marmaricus. Claudian.
Syrticus. Lucan.lib.10.

Ammoneo, Vide A M O N E O.

A M M O N I A { ἀμμωνία } regio Mediterranea Libyæ, in qua Iupiter Ammon colebatur, ita dicta ab arenæ copia.
Ammonia Iuno, Id est, Arenaria, culta in Græcia ab Eleis, de qua Pausan. & Cæl. Antip. lib. 18. cap. 38.

A M M O N I A C I V S A. Vide A M M O N I A C V S 2 adiectiuum.

Ammoniacum { ἀμμωνιακὸν } vulgò *Armentige*, meiopij arboris lacryma: de qua sic Plin.lib.12.cap.23. Ergo Æthiopiæ subiecta Aphrica ammoniaci lacrymam stillat in arenis suis, inde & nomine eiusm ab Ammonis oraculo, iuxta quod gignitur arbor quam meiopion vocătzesfinæ modo aut gummi Latini, vt ait Dioscor. γόμι, Id est, Gutta tum.

Ammoniacus, adiectiuum { ἀμμωνιακὸς } vt, Ammoniacus sal, ab Ammonia ciuitate, quæ & Parætonium dicitur, aothore Strabone, lib.17. Colum.lib.6.cap.17. Quidde Medicamine facici,
Cumque Ammoniaco maiscula thura sale.
Ammoniacum salem dici tradit Dioscorides, quasi arenarium: cui subscribit Plin.lib.31.cap.7. de salis generibus loquens: Nam Cyrenaici (ait) tractus nobilitatur Ammoniaco, & ipso quæ sub arenis inueniatur, appellato.

Ammonitrum, tri, pen. corn. n. g. { ἀμμωνίτρον } Massa vitri albidæ qoa sic Plin.lib.36. cap.26, Ii vero & in Vulturno mari Italiæ arena alba nascens, sex M. P. à Liuerne inter Cumas atque Luernum, quæ mollissima est: pila molaque teritur. Dein misceur tribus partibus nitri pondere vel mensura, & liquata in alias fornaces transfunditur. Ibi sit massa quæ vocatur ammonitrum: atque hoc reoquitur, & fit vitrum purum, ac massa vitri candida.

A M M O N I V S { ἀμμώνιος } Alexandrinus summus philosophus, præceptor Origenis, vt Porphyrius in tertio contra Christianos lib. refertur.
Ammonius Hermeæ ex Æ gypto, præceptor Ioânis Grammatici. Volaterran. qui & alterius Ammonij meminit, quem dicût habuisse asinum sapientiæ auditorem: rem quidem prodigiosam, sed quam memoriæ prodidit Suidas.

A M P H I A { ἀμφιάς } nympha marina, Nerei & Doridis filia (vt placet Hesiodo in Theogonia) ita dicta ἀπὸ τοῦ ἄμμα καὶ ἅλς, quasi per arenam discurrens.

A M N

Amnenses appellabantur vrbes fiæ prope amnem, vt à mari maritimæ: vnde Interamnæ, & Antemnæ dictæ sunt, quòd inter amnes sunt positæ, vel ante fe habeant amnes. Festus.

Amnestia, amnestiæ, fœm. gen. pen. corr. { ἀμνηστία } Obliuio iniuriarum. Plutarchus in Politicis ait, Athenis communi omnium consensu decretam fuisse amnestiam: Id est, iniuriarum offensionûmve quæ triginta viris & empub. occupantibus vltrò citrôque illatæ acceptæve essent obliuionem. Valerius Maximus lib.4.cap.1. de Thrasybulo, Plebiscitum interpositum, ne qua præteritarum rerum memoria fieret. Hæc obliuio, quam Athenienses Amnestiam vocant, concussum & labentem ciuitatis statum, in pristinum habitum reuocauit. Æmylius Probus in Thrasybulo, Præterea hoc quoque Thrasybulij, quòd reconciliata pace, quum plurimum in ciuitate posset, legem tulit, Ne quis ancestarum retrum accusaretur, neve multaretur: eámque illi legem obliuionis appellarunt. Cic.Philip.1. in ipso penè initio, In quo templo, quantum in me fuit, ieci fundamenta paeis, Athenienſiumque renouaui vetus exemplum: Græcum enim vetbum vſurpaui, quod tum in fedandis discordiis vſurpauerat ciuitas illa, atque omnem memoriam discordiarum obliuione fempiterna delendam censui. Tulit hanc legem Thrasybulus, quum ciuitatem Athenarum oppressam à triginta tyrannis, in libertatem vindicasset. Vopiscus in Aureliano, Amnestia etiam sub eo dekctorum publicorum decreta est de exemplo Athenicnsium. Dc Thrasybuli Amnestia sic scribit Orosius lib.2.cap.12, Athenienses reuocati in vnum, hæc prima fundamina recuperatæ libertatis instaurant, proposita turisurandi contestatione, vti discordiæ animositatisque præteritæ in obliuionem perpetuam atque in immortale silentium deducantur. Quod pactionis genus, Amuestiam vocauerunt: Id est, abolitionem malorum. Tale est illud Suetonij in Claudio, cap. 11, Imperio stabilito, ioihil antiquius duxit, quàm id biduum, quo de mutâdo Reip. statu hæsitatum erat, memoriæ eximere. Omnium itaque factorum dictorúmque in eo veniam & obliuionem in perpetuum sanxit ac præstitit.

Amnis, buius amnis, m. gen. { ποταμὸς } Fluuius. Festus, Amnis propriè dicitur à Cæteronando, quoniam ex Græca præpositione sumptom, quæ εἰς ἀνὰ, significat enim Circum: & Nare, fluere. Virg.2. Georg.
Atque alius latum funda iam verberat amnem. Amnis duabus conflat syllabis, quarum prior est à, posteriior mnis. Hor ex Charisij verbis facilè colligitur, libro 1. cap. De syllabis. Syllabæ, inquit, positione longæ sunt, quum correpta vocalis sequentes habet duas consonantes. hæ autem in eadem syllaba solent esse, vt Arraat in proxima, vt Amnis: aut in duas syllabas diuisæ, vt Arma.
¶ Amnis, pro Torrente. Virg.4. Æneid. Ruit de montibus amnes.
¶ Amnis vetustè positum in fœm.g. Plaut. Merc. Neque vlla mihi obstabit amnis. Næuius Lycurgo, fed quasi amnis eis rapis, fed examen inflexa flectitur. Varro *ἐκ πολέμου*, lib.1, Propter hos fluit amnis, quam olim Albulam dicunt vocitatam. Et Nonio.
Amnes alti. Iuuenal. Sat.12.
Aurifer. Claudian. in 1. cons. 92.
Cæstior bibendus amnis. Stat.4. Sylu.7.
Cauus. Auson. fogerit illa cauos amnes.
Cæruleus. Stat.1. Sylu.5.
Circunfluus. Ouid.15. Metamorph.
Seindítur in genuas partes circunfluus amnis.
Clamatus sacris vlulatibus. Stat.9. Thebaid.
Clementissimus. Ouid.9. Metamorph.
Concius imbribus. Ouid.3. Metamorph.
Frigidus. Claudian.
Fumidus. Virgil.7. Æneidos,
Iumidus, atque alte spumis exuberat amnis.
Gelidus. Claudian. epigram. 5.
Cælo gratissimus. Virgil.8. Æneid. loquitur de Tybride.
Inflatus aquis. Liu.lib.3. bel. Pun.
Lethæus. Virgil.6. Æneid.
Liquidissimus. Ouid.6. Metam. de Marsya Phrygiæ amne loquitur.
Liquoreꝫ amquum perlucidus, riparum vestitus viridissimis. Cic.2. de Natura deorum.
Lubricus. Ouid.3. Amor. eleg.5.
Magnus. Ouid.1. Metamorph.
Maligno amue radit arenas. Seneca in Hippolyto, 1.
Matutinus. Stat.2. Sylu.3. Nubigena. Stat.lib.1. Thebaid.
Obliquus. Lucan.lib.3.
Primus in obliquum soupes opponitur amnem.
Papyrifer. Ouid.3. Trist.eleg.10. Nilum intelligit.
Peregrinus. Ouid.8. Metamorph.
Perluciduis magis vitro. Ouid. epist.21.
Phaethontius. Sil.Ital.lib.7. Padus intelligitur.
Pisfosus. Ouid.3. Fast.
Placidus. Ouid.1. Metamorph. Sic vocat amnem Ladonis.
Pronus. Virgil.1. Georgic.
Atque illum in præceps prono rapit alueus amni.
Purus. Horat.2. epist.2.
Quietus. Claudian. epigram. 46.
Rapidus. Senec. Medea, 6. Luct.lib.1. Et rapidos tranant amnes.
Restuus. Claudian. epigram. 22.
Rigidus. Valer. Flac. Argonaut.lib.4.
Riguus. Virgil.1. Georgic.
Seuirus amnis. Cic.in Orat. de Herodoto & Thucydide, Alter enim sine vllis falebris quasi sedatus amnis fluit: alter incitatior fertur.
Szous. Claudian. Panegyr.2.
Scuerus. Virgil.2. Georgic. de Cocyte amne.
Soluius. Lucan.lib.2. Spumosus. Virgil.11. Æneid.
Sonans. Catul.32. Subactus. Claudian. epig.4.
Spumans. Valer.4. Argonaut. Taciturnus. Horat.1. Carm.od.31.
Spumeus. Virgil.2. Æneid. Torpens. Stat.4. Thebaid.
Tortuosi amnis sinus flexúque. Liu.bel. Pun.lib.7.
Tumidus. Lucan.lib.1.
Turbidus. Lucret.lib.1. Vadosus. Virgil.7. Æneid.
Vagus. Claudian. in Rufinum, 2.
Vagi amnis ripæ. Seneca in Hippol.4.
Amnes vastos congerit. Val. Argonaut.4.
Viridis. Sill.Ital.lib.4.
Amnes deducunt vndas in mare. Ouid.1. Metamorph.
Amni secundo defluit. Virgil.3. Georg.
Amne elisio pellitur vapor spumeus. Claudian. epigram.5.
Amnes epoti arebant. Claudian. Panegyr.1.
Amnes euanuisse & exaruisse quosdam videmus. Cic.1.de Diuin.
Amnes exhaustí solubus. Stat.3. Thebaid.
Amnis incurrit validis cum viribus. Lucret.lib.1.
Amnes ruunt. Virgil.4. Æneid.
Amnes rumpuntur. Virgil.2. Georg.
Amnibus fedatis septem altus furgeret Ganges. Virgil.9. Æneid.
Amnibus solutis iam nare iuuat. Stat.5. Thebaid.
Amnes fonant balatu & crebris mugitibus. Virg.3. Georg.
Amnes fonuerunt curſibus. Lucan.4.
Amnes tranare. Virg.6. Æneid.

Amnicola,

Amnicola. pen. corr. {ἀκυπόμπους.} Ouid. 10. Mrtam.

Amnicolæque simul falices, & aquatica lotos.

Amnicus, penult. corr. {ποταμιος} adiectiuum. vt Amnica insula. Plin. lib. 3. cap. 21. Insula in Sao Matiubarin, amnicatum magna.

Amnifluus, {ποταμος} Interior membrana appellatur ab Empedocle, qua fœtus in vtero inclusus obtegitur, à mollitie agnorum deducto nomine: exterior vero chorium Pollucisquæquam alij diuersum tradant. Volaterran. & Gal. lib. de Fœtuum formatione.

Amnvs, Insulæ Doliæ in Arabia fluuius. Plin. lib. 6. cap. 28.

Amo, amas, {φιλω, ἀγαπαω, στεργω, ἐραω} amare, Plus est quàm Diligere. Cic. ad Dolabellam, lib. 9. epist. 14. Quis erat qui putaret ad eum amorem, quem erga te habebam, posse aliquid accedere? tantum tamen accessit, vt mihi denique nunc amare videar, antea dixisse. Idē. Sed tamen vt feires eum non à me diligi solùm, verùm etiam amari. Amare nihil aliud est, nisi eum ipsum diligere, quem ames, nulla indigentia, nulla vilitate quæsita. Cic. in Lælio.

Amare ex animo aliquem. Cic. ad Q. fratr. lib. 1. epist. 1. Te autem ament ex animo, ac non sui commodi causa simulent.

Amare se sine riuali. Cic. ad Q. fratr. libro 3. epist. 243. O dij, quàm ineptus, quàm se ipse amans sine riuali!

Amo Phyllida amat alias. Virgil. 3. eclog.

Amat nos, Herōfique habet Pompeius. Cic. ad Attic. lib. 2. epist. 25. Diligere, amplectī, amare aliquem. Cic. ad Attic. lib. 3. epist. 8.

Amari & diligi. Cic. 6. Verr. Antagathus homo nobilis, qui à suis & amari & diligi velle.

Amare corde vel animo, pro Ex corde, siue Ex animo. Plautus Capt. 7.

Certa fide. Ouid. 2. de Arte amandi.

Mutuis animis. Catull. de Æne & Septimio, 42.

Certatim aliquem. Cic. 3. Philipp. Quem ego & frater meus certatim amamus: omnibus horis in oculis, auribus, cōplexu tenemus.

Amorem tuum, pro Gratum habere. Cic. Fam. 13. Delectārunt me tuæ literæ, in quibus primùm Amaui amorem tuum.

Amare amore. Cic. Fam. 15. Cura vt valeas, méque ames amore illo tuo singulari.

Amai nemus, frigtorum choros, & fugit vrbes. Horat. 2. epist. 2.

Amare syluas. Ouid. 2. Metamorph.

Oxia. Virg. 5. eclog. 12.

Quippiam plus fuis oculis. Catull. 3. t. & Terent. Adelph. 5. 7.

¶ Amare, cooffirmantis, vel obiestantis. Terent. Ita me dij amēnt. Amare vt cùm maximè. Ter. Bacchidem amabat vt cùm maximè. Id est, vt barbari dicunt, Sicut vnquam. Latinius, Vt cùm cam maximè amarent.

Amari dignus. Virgil. 5. eclog.

Amare in matrimonium. Quintil. lib. 11. cap. 1. Pater ex meretrice natum, quòd amet meretricem in matrimonium, abdicat.

¶ Amare, absolutum: pro Amore raptum esse. Terent. And. 1. 2. Omnes qui amant, grauiter sibi dari vxorem ferunt. Ibidem 1. 2. Meum gnatum rumor est amare.

¶ Amare, pro Horari. Sall. Terrebat eum animi amore, vultu, sæpe impetu, atque alijs omnibus quæ ira fieri amat.

¶ Amare, pro Frui amore. Terent. Eunuch. 4. 2.

-cerē extrema linea

Amare, haud nihil est. Vbi Donatus, Amare, modò fui amore dicit. Turnebus verò sic, Amare extrema linea, est amare impensissimè, ductā transfiatione à curriculi, vel stadij, in quibus prima linea cursus erat in carceribus, vltima in fine, quæ & calx dicebatur, quòd scilicet calce vel creta notaretur. Vltra autem calcem nihil fuisse, quòd cursus tendatur, spatiaque præstētium & curriculorum limeis erant inclusa. Tertullianus aduersus Hermogenem, Adniciam & ego pro ea non intelligentes, quorum Hermogenes extrema linea est. Hæc ille.

Amare, pro Operam & studium probare, Laudare. Cic. Famil. 13. Etsi in Attili negotio te amaui.

Amare se in re aliqua. Cic. ad Att. lib. 4. epist. 8. Dices tu, Ergo hæc quomodo fers? Ille me herele, & in eo me valde amo.

Amare ipsum: Hoc est, Se mirari, sibi placere. Cic. de Arusp. ieum respond. Quam volumus licet p. c. ipsi nos amemus, tamen nec numero Hispanos, nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos, nec artibus Græcos superamus.

Credo igitur hunc me non amare. at ego me amaui, quod mihi tamquidem vsu non venit. Cic. Attic. lib. 9. epist. 21. hoc est, Feci quod magis ex animo meo fuit, quod iampridem non feceram: quia potentibus in Republica post exilij tempora inseruiui.

¶ Amas quòd, pro Placet tibi quòd. Horat. 1. Ser. -amā sque Quòd nusquam tibi sit potandum.

Amo te ex. Plin. Iunior lib. 3. epist. 9. Quem ego quum olim mutuò diligerem, hæc officij fœtitæ amare cœpimus exepti.

Amo te quòd. Cic. ad Att. lib. 1. ep. 13. Te multum amamus, quòd ea à te diligenter & paruoque curata sunt.

Amo te de hac re, pro eo quod est, Ob hanc rem habeo tibi gratiam. Terent. Eunuch. 3. 2. Equid nos amas de fidicina hac? Cic. ad Attic. lib. 7. epist. De Rauduleuo Numeriano multùm te amo.

¶ Amant confociari. Horat. 1. Carm. od. 3. Id est, coniungi.

Amant iacēre inter pulullos feticos. Horat. Epod. 8.

Amat biberic soio anno palma. Plin. lib. 15. cap. 4.

¶ Amare nimis, pro indulgere. Cic. ad Attic. 6. Nimis in isto Brutum amatti.

¶ Amari, pro Solet. Tacit. lib. 4. Memoriæ Drusi eadem quæ in Germanicū decernātur, plerisque additis, vt fœtmē amat posteritor adulatio. Tractum à Græcis, qui φιλοτιμουνται. Hoc est, Amat fieri, pro Solet fieri, vsurpant. Huius loquutionis meminit Quintilianus libro 9. cap. 3.

¶ Amet cauēt pouper. Ouid. 2. de Arte amandi.

Amauit rentelsus. Ouid. 3. Metamorph.

Inuitus amabo. Ouid. 3. Amor. eleg. 10.

Amet occultē. Ouid. 3. Trist. eleg. 4.

Amare patienter. Ouid. epist. 18.

Sapienter. Ouid. epist. 20.

Turpē. Ouid. 2. Amor. eleg. 2.

Valde. Cic. Att. lib. 6. epist. 2. Mihi videtur mattem valde, vt debet, amare, téque mirificé.

Amare vnirē patriam & clues fuos. Cic. In Catil.

¶ Si me amas. Cic. ad Q. frat. lib. 2. ep. 12. Amabo te, & duoliat consolabor te, & omnem abstergebo dolorem: & adhuc, si me amas, Maximus sibi apropterate.

¶ Amare, pro Amanter precati, & à charo homine rogare & optare. Plaut. -amare ait

Te multùm Erotium vt hoc nuoc vna opera ad aurificem deferas. Apud Quintilianū quoque in loco Domitij Afri pro noxiate iuctdā & amenta vsurpatur. Na quum is quem defenderat, eius confectum vinasset, vbi postea ipsum contemnit, Amas, inquit me, quòd te non vidisti? Et, gratum mihi fecisti.

Auabo, penult. prod. {ναι, ναὶ} Interiectio blandientis & amantis. Cic. ad Volum. lib. 7. ep. 33. Vrbanitatis posseßionem, amabo, quibusuis interdictis defendamus. Terent. Eunuch. 4. 4. Habēne hominem, amabo? Idem, Vide, amabo, num sit domi.

Amabo re, & Ama me, in eadem sententia. Cic. ad Cassium, lib. 15. Idem ad Att. lib. 5. epist. 10. Amabo te, ineúbe in eam rem, & ad me scribe. Idem ad eundem, lib. 6. ep. 1. Ama me, non libēter videsse modò succēfer, modò gratias agit. Id est, mihi crede, vel certè.

Amando perdere. Horat. 1. Carm. ode 8.

Amanda vox. Horat. 4. Carm. ode 14.

Amandi præceptor. Ouid. 2. de Arte amandi.

Amando superare aliquem. Ouid. 14. Metamorph.

Amastēre, Futurum infinitiui modi vsitatum priscis, nobis insolitum, pro Amaturi esse. Sic Expugnastere, pro Expugnaturum esse. quæ ego paturi notanda, quòd à Grammaticis præterita negligētiùs intelligam. Vide ε σ τ ρ υ φ ο σ ο. Turnebus.

Amans, participium {ἐρῶν} Qui vel quæ amat, seu pudicè, seu impudicè. Virgil. 3. Georg. Amantes ardua dumos.

Amantes limora myrtos, Virgil. 4. Georg.

Amans {ἐρως ὁ} nomen ex participio. Plaut. Asin. 16. Continentem, amantem vtoris maximè. Cic. ad Attic. lib. 9. epist. 18. Bone ciues amantes patriæ.

Studiosus, amans, obseruans. Cic. pro Rab. Posthum. Veterem amicum suum, studiosum, amantem, obseruantem sui, labentem excepit, corruete non fuit, fulsit & fulsinuit, re, fortuna, fide.

Amantes doloris. Cic. 2. Tusc. Itaque indultrios homines, illi studiosos, vel potius amantes doloris appellant: non potius laboriosos.

Amantior tui. Cic. Attic. lib. 6. ret. 6. Lentulo, lib. 1. epist. 5. Item, Amantior domini famulus, Colum. lib. 7. cap. 12.

Amanti simus tui. Cic. 4. de Finib.

Amans cruoris. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 9.

¶ Amans, pro Amatore {ἐρωτικὸς.} Terent. And. 1. 1.

Sed postquam amans accessit, pretium pollicens,

Vnus & nem alter. Ouid. Militat omnis amans. Cic. tamen 4. Tusc. Aliud est (inquit) amatorem esse, aliud amantem.

Amantum ardor. Lucret. lib. 4.

Fluctuat incertus error, bus ardor amantum.

Amantis nutus. Tibull. 1. eleg. 8.

Amans cupidus. Ouid. 18. epist.

Firmius & cupidi tandem cocamus amantes.

Fictus. Ouid. de Remedio amoris, 2.

Imprudens. Propert. lib. 2.

Sæpe imprudenti fortuna occurrit amanti.

Insanus amantem capit dementia. Virg. 4. Georg.

Insomnia. Valer. lib. 7. Argonaut.

Misert. Ouid. 1. Amor. eleg. 9. & Virgil. 4. Æneid.

Neglectus. Ouid. Amor. 2. eleg. 7.

Palleat omnis amans. Ouid. de Arte amandi, 1.

Amanti aptus color pallidus. Ouid. de Arte amandi, 2.

Amantium pallor viola tinctus. Horat. 3. Carm. 10.

Amantes petiuri. Propert. lib. 2.

Amantum periuria ridet Iuppiter. Tibul. 3. eleg. 7.

Amantes obliros meliorus famæ. Virgil. 4. Æneid.

Amantes teneri. Tibull.

Amantium iræ. Dicitur vbi quinon ex animo indignantur inuicem: aut de tranenda neuriquam duratura. Terent. in Andr. 3. 2.

Amantium iræ, amoris redintegratio est.

Amans audet. Virgil. 4. Æneid. Ardet amans Dido.

Amantem deludere. Ouid. 2. Amor.

Desertre. Ouid. 4. Metamorph.

Exludere. Ouid. 1. Amor. ad Ianitorem, eleg. 6.

Fallere. Virgil. 4. Æneid.

-quis fallere possit amantem?

Flectere amantem. Ouid. 11. Metamorph.

Fraudare spe. Ouid. 14. Metamorph.

Ludere vana spe. Virgil. 1. Æneid.

Amantes meminerunte omnia. Ouid. epist. 21.

Amantem perdere. Ouid. 4. Metamorph.

Amantes præcurrere omnes vna dies potuit. Propert. lib. 1. eleg. 12.

Ab amante recedere. Ouid. de Remed. amor. 2.

Amantem me soluat eo, Id est, ab eo. De Ænea loquitur Dido. Virgil. 4. Æneid.

Amatores ſibi somnia fingunt. Sumptum ex Virgilio in Pharmaceutria. Seruius admonet prouerbialiter dictum à poeta. Nam quod quisque sperat, facilè credit. -& tardè, quæ credita lædunt.

Credimus, vt ait Ouid.

Amantia lumina. Ouid. epist. 18.

Amantius indulgētiúsque nomen. Cic. pro Cluent. Quo enim est ipsum nomen amatius indulgētiúsq; materni? hoc illius matris quæ

molros iam annos filium interfectum cupit, singulare scelus maiore odio dignum esse ducetis.

Amanter {ἀφιλοστόργως} aduerbium qualitatis, amantius, amantissimè. Id est, Amicè & cum amore. Cic. Cornelio, lib. 12, 3rd neque vehementer & amanter. Plin. Iunior epist. 11, Vt nos amicos paternos & amanter & modestè complectebatur. Idem in Lælio 23, Quicum coniunctissimè & amantissimè vixisset.

Amanter diligenteque aliquid conficere. Cicero ad Attic. lib. 2. epistol. 19.

Amanter expectare aduentum alicuius. Cicero ad Rufum, libro 5. epistol. 19.

Amantissimè obseruare aliquem. Cic. ad Att. lib. 6. epist.

Amatus, pen. prod. participium {ἀφιλόστοργος} Ouid. 5. Metam.

-sed enim cognoscis amatas
Amnis aquas.

Amare mihi non minus quàm frater fratri. Ouidius de Ponto, 4. eleg. 12.

Amatio, amationis {ἔρως} Amor venereus. Plaut. Pœnul. 16, Accerba amatio est. Idem Merc. 16, Cum tua hæc amica, cumque amationibus. Nomen durisculè fictum.

Amator, pen. prod. {ἐραστὴς} & in bonam & in malam partem accipitur. In bonam. Cic. Attic. libro 14, Amator pacis. Idem ad Volumn. lib. 7, Viuàmque tecum mulium, & cum commonibus nostris amatoribus.

In malam. Terent. Eunuch. Amatores audieram esse mulierum eos maximos. Idem And. 4, 5, Amicum, amatorem, virtute in quouis loco Paratum. Vbi Donatus, Amicus, inquit, est, & amator vbi corporis. Idem Donatus alio loco, Aliud est Amator, aliud est Amicus, Amator, qui ad tempus: Amicus, qui perpetuò amat. Idem & alibi, Amator fingere potest: Amans verò amat. Cic. 5. Verr. Poterisne te Alba tuus antiquissimus non solùm amicus, verumetiam amator, absoluere?

Amator, & Amans differunt. Cic. 4. Tusc. Vt inter Ebrietatem & Ebriositatem interest: aliúdque est, Amatorem esse, aliud Amantem. Hæc differentia tamen confunditur, siquæ est amans vel amator, qui aut peobanda animi inductione amat, aut amore Veneris ardet.

Amatoracer. Vide ACER 2 adiectiuum.

Blandus. Properz. lib. 2.

Amatorè eacum decipiunt vitia turpia amicæ. Horat. Serm. sat. 3. Magnus amator mulierum. Vide MAGNVS.

Manifestus sum amator. Ouid. Amor. 1. eleg. 4.

Pauper. Ouid. 1. Amor. eleg. 8.

Pleuis Horat. 1. epist. vlt.

Pulcher. Propert. lib. 2.

Vxorem ille tuus puleher amator habet.

Tener. Iuuenal. satyr. 6, Spondet amatorem tenerum.

Amatores rutis. Horat. 1. epist. 10.

Amatorculus, pro cor. imin. vsu tum. Plaut. Pœnul. 4,

Vix ægrè amatorculos inuenimus.

Amatrix, penult. prod. amatricis, penult. etiam prod. verbale, fœm. gen. {ἐρωτικὴ} Quæ turpiter amat. Plautus Asin. 18, Satis diceacula es amatrix.

Amatrices aquæ. Martial. lib. 7,

Et quòd amatrices tam propè feruat aquas.

Quasi iucundæ, quæ vidrliceat ad eum loeum amandum alliciunt.

Amatorius {ἐρωτικὸς} adiectiuum ab Amator.

Amatorium, Quod ad amoris insitiam impellit: vt, Amatorium poculum. Sic amatorium virus, apud Plin. lib. 8. cap. 22. & lib. 13. cap. 24. Efficitem in amatoriis. Quinti. lib. 7, An amatorum venenum sit nécnc.

Amatoria imitatio. Plin. lib. 18. cap. 2.

Leuitates. Cic. 1. de Inuib.

Poëtis. Cic. 4. Tusc. Iul.

Sermo. Cic. 3. Tusc. Iul.

Amatoria voluptate. Cic. 4. Tusculan.

Amatorie, aduerbium {ἐρωτικῶς} Cic. 2. Philip. Erat enim amatorie scripta epistola. Id est, More amatorio.

Amabilis {ἐρώμενος} adiectiuum, pen. cor. verbale ab Amo, Quod amatidignum est. Plaut. Asin. 12, Nemis bella es, aque amabilis. Cic. ad Attic. lib. 5. epist. Illiolam tam ubi tam Romæ iucundam esse gaudeo, eámque quam nunquam vidi, tamen & amo, & amabilem esse certò scio.

¶ Amabilis, pro Grato. Cic. famil. 12, Mihi autem nihil amabilius officio tuo, & diligentia.

Amabiles mores oratoris Cic. in Partit.

Amabile frigus. Horat. 3. Carm. od. 13.

¶ Amabilior, amabilissimus. Cic. in Læl. Amabilissimum nodum amicitiæ tollere videmur.

Amabilitas, pen. corr. denominatiuum {ἐρώμενον.} Plaut. Stich. 14, Si amabilitas ubi nobis placeat, si ubi ambo accepti fumus. Id est, ea gratia quæ nos facit amabiles.

¶ Amabilitas, pro Amore videtur poni à Plaut. in Pœn. Qui amabilitati animum addiderc.

Amabiliter, pen. corr. aduerbium {ἐρωτικῶς.} Antonius ad Cic. in epist. ad Attic. lib. 14, Sed nehercule fi humanice, & fapientcc, & amabiliter in me cogitare vis, facilem te profectò præbebis. Horat. 2. epist. 1,

Liberèque rue recurrentes accepta per annos
Lufit amabiliter donec, &c.

Amasio, pro Amaucro, semsit Laberius. Item Plaut. Mil. 14.

Amodo {ὁπόσον γε} cum accentu in antepenultima, significat Posthac. Apuleius, Nemo mi amodo tam mane egredientem solum videbit. Quidam Grammatici sic ant & illud Ausonij in Mosella,

Nobilibus repetenda nepotibus amodo ceptum
Detexatur opus. At hi vehementer falluntur. puncto enim distinguendum est post nepotibus. Deinde legendum, At modò, &c.

Amœbæus {ἀμοιβαῖος} Versus, Amœbæum carmen est, quoties ij qui canunt, & æquali numero versum vruntur, & ita se habet ipsa responsio, vt aut minus, aut contrarium aliquid dicat. Virgilius 3. eclog.

Vis ergo inter nos, quid possit vter que, vicissim
Experiamur, &c.

Amœnitas {ἡδονὴ} adiectiuum, dicitur quod finc fructu iocundum aspectu est. Id propriè dicitur de locis quæ naturalem iucundatem asserunt. Seruius, Amœna, sunt loca solius voluptatis plena, quasi Amania: Hoc est, sine fructu, vt Varro & Carminius docent. Festus, Amœna dicta sunt loca, quæ ad fe amanda alliciant: id est, attrahant. Virgil. 6. Æneid. 10,

-& amœna vireta
Fortunatorum nemorum. Cic. 7. Verr. Amœno sanè, & ab arbitris remoto loco.

Amœna, substantiuum, neutri gen. Tacitus libro 3. Annal. per amœna Asiæ atque Achaiæ. Idem libro 19, Noctu & eque fluxi, & amœna littorum perfonantes, de bello tantum inter conuiuia loquebantur.

Amœnos per agros. Horat. in Art. poet.

Amœna cœnebia piorum. Virgil. 5. Æneid.

Amœnus domibus Claudian. Panegyr.

Amœnum effigiem tribuit. Claud. in præfat. belli Getici.

Amœna facies hortorum. Cypriano. lib. 2. epist. 2. ad Donatum.

Amœnus fluuius. Virgil. 8. Æncid.

Amœnum propter foutem assidet. Luerr. 4.

Portu amœno. Stat. 4. Syl. 7.

Pæstola nostra fui amœna. Cic. ad Attic. lib. 16. epist.

Rosæ amœnæ flores. Horat. 2. Carm. od. 3.

Rosaria amœna. Ouid. 5. Trist. eleg. 2.

Ruris amœni tuos. Horat. epist. 1.

Salubri amœna. Cic. de Diuinat.

Surrentum amœnum. Horat. 1. epist. 18.

Amœnissima voluptas. Cic. 4. Acad.

Amœnitas, pen. corr. {ὑδονὴ μετὰ ἀφελείας} Iucunditas illa quæ ex rebus amœnis percipitur. Cic. 2. de Legib. Præfertim hoc tempore anni & amœnitatem & falubritatem hanc sequor.

Amœnitas gelidi fontis. Plin. lib. 11. cap. 1.

Loci. Cic. Attic. lib. 14.

Amœnitates studiorum qoz rere. Plin. in præfat. 6.

Amœniter, pen. cor. {ἡδέως} adurrbium, pro Amœnè. Gel. lib. 10. cap. 7, Annianus poeta in fundo suo, quem in agro Falisco possidebat, agitare erat solitus vindemiam hilarè atque amœniter.

Amœno, amenas {ἀφιλοστόργως} Dilectatione afficio. Cyprianus ad Donatum, Et dum in arbores & vites quas videmus, oblectante prospectu, oculos amœnamus, animam simul & auditus instituts, & pascitur obtutus.

Amoliior, amoliris, penult. prod. amolitus sum {ἀποκινῶ, κινῶ ἀπὸ τόπου} amoliri, Ex Ad, & Molior, quod est à mole. Amoliri autem (inquit Donatus) dicuntur ea quæ cum magna difficultate & molimine summouentur & tollantur è medio. Plin. lib. 11. cap. 10, Amoluntue omnia è medio. Terent. Andr. 4, 2, Proinde hunc vos amolimini. In his exemplis passiuè significat, sicut & Donatus superius interpretatur. Ergo Amolimini, inquit Terentius, quod Plaut. Amouemini.

Amoliri periculum. Plin. lib. 32. cap. 3.

Amolitor & amouco nomen meum. Liu. 8. bel. Pun.

Amoliri, pro Refellere. Quinti. lib. 5. cap. 13, Videndum etiam an simul nobis plura aggrediendà, an amolienda fingula. Et lib. 7, Si omnia amolirinon poterunt, tamen plura amolietur.

Amolitio nem. Vide COMMENTICIO.

AMOMETVS & de Scribus priuatim condidit volumen, sicut Heraclides de Hyperboreis. Plin. lib. 6. cap. 17.

Amomis, pen. prod. {ἀμωμὶς} herba est, teste Plinio, Amomo similis, minus tamen venosa, & durior, minusque odorata. Vide lib. 12. cap. 23. Dioscorid. lib. 1. cap. 14.

Amomum, penult. prod. {ἄμωμον} est (inquit Dioscorides) exiguus frutex ex ligno vuz modo in fespsum conuolutus. Exiguum quendam habet florem candidæ violæ similem, folia verò labrusczæ vitis, quam bry onian dicunt. Probatissimum ex Armenia affertur, colore ad aurum inclinato, rubefcente ligno, & odoratissimum. Plinius lib. 12. cap. 13, Amomi vua in vsu est, indica vite labrusca: vt aliqui statuere, fructus myrtuoso, palmi altitudine, capitumque eum radice, manipulatim leuiter componitur, protinus fragile. Laudatur quammaxime puncti mali folius simile, nec rugolis, colore ruso. Secunda bonitas pallido. Herbaceum peuus, prissimumque eandidum, quod & venalitate euenit.

Assyrium. Virgil. eclog 4.

Crassum. Perl. satyr. 3.

Amomo crinem deducere. Stat. Sylu. 1. 5.

Amomum ferat æper rubrum. Virgil. eclog 3. de absurdis dictum, Amomum flagrans. Sill. lib 15.

Mitis amomi seges. Claudian. in Nupt.

Pingue. Stat. lib. 1. Sylu.

-nec pioguu crinem deducere amomo.

Spirans amomum. Lactant in Phœnice, »

Cinnama dehine auramque procul spirantis amomi Congerit. Spissum. Ouid. in epist.

Amomi pulus. Ouid 2. Trist. eleg. 3.

Amomi sueco vsus. Ouid. 15. Metamorph. de Phœnice loquitur.

Amor, amoris {ἔρως, φίλησις, στοργὴ} Est velut nodus & vinculum 2. amicitiæ: & parum videtur differre à benecolentia. Cicero 1. de Natura deorum, Charum est ipsum verbum amoris, ex quo amicitiæ nomen est ductum. Amor (inquit Valla libro 4) genus est: Charitas, species. Illud ad omnia pertinet: hoc autem ad homines demum, & quidem pro dignitate ac qualitate personarum. Maxima quidem charitas debetur parentibus, proxima filiis, & deinceps reliquis.

Amor & Cupido, inquit Nonius, idem significare videntur: & est diuersitas.

diuersitas. Cupido enim inconsideratæ est necessitatis: Amor iudicij. Plaut. Bacchid. Cupido te confieit, ánne amor? Idem Curcul. discrepat, & vim eiusdem diuersitatis expressit dicens,

Quòd Venus, Cupidóque imperat, fuadétque amor.

Pietas & amor in patria. Cic. pro Flac. Amor gloriæ nimis acer, Idem pro Archia poeta.

Charitas & amor. Cic. in Partit. Amicitiæ autẽ, charitate & amore cernuntur. Ibidem, Cóiuges autem, & liberi, & frarres, & alij quos vsus familiaritásque coniunxit, quanquam etiam charitate ipsa, tamen amore maximè contnnentur.

Amore & charitate præstare aliquid. Cic. lib. 12. epist. 16, Filio tuo nos & charitate & amore tuum officium præstaturos non debes dubitare.

Amor acer. Vide ACER adiectiuum.

Amorem ægrum solans testudine. Virg. 4. Georg.

Amores amari. Virgil. ecloga 3.

Antiqui. Ouid. epist. 21.

Anxius. Cic. Art. lib. 2. epist. 24, Non ignoro quàm sit amor omnis solicitus & anxius.

Apertus. Ouid. 1. Amorum,

Et nullas veltes, vt sit apertus, habet.

Ardentes amores excitaret fu, sapientia, si videretur. Cic. 2. de Fin.

Aridus. Propert. lib. 2, Aridus ærgum sternuit omen amor.

Aduena amor multos torsit. Ouid. 1. de Arte amandi.

Auidus, Id est cupidus explendæ voluntatis. Catullus.

Aureus. Ouid. 2. Amorum, eleg. 18.

Amorem blandum incuntens. Lucret. 1. venerem intelligit.

Cæcus. Claudian. in Eutrop. 2. Virg. 3. Georg.

Cæcus fu. Horat. 1. Carm. od. 18. Vide Erasm. in prouerb. Suum cuique pulchrum.

Amori casto consuluit deus. Ouid. epist. 1.

Certus amor non est in hospitibus, Ouid. epist. 16.

Ciuilis & opinabilis, naturali oppositus. Gell. lib. 12. cap. 1, Quicquid ita educati liberi amare parrem atque matrem videntur, magnã fere parrem non naturalis ille amor est, sed ciuilis & opinabilis.

Clandestinus. Plaut. in Curgul. Malus clandestinus est amor.

Concessus. Ouid. ad Luuam.

Consuetus. Vide CONSVESCO.

Non cautus. Ouid. epist. 17.

Defecto amori vires reddere. Ouid. 9. Metam.

Dissimulatus. Ouid. epist. 15.

Dubius. Claudian. de nuptiis Honorij & Mariæ.

Dulcis. Martial. lib. 1. Et Virgil. 3. eclog.

Amore dulci afflatus. Virgil. Æneid. 6.

Non dubitatus. Ouid. ad Luuam.

Durus. Virgil. Æneid. 6.

Hic quos durus amor crudeli tabe peredit.

Effrænus. Ouid. 6. Metam.

Externus. Ouid. 16. epist.

Facilis. Propert. lib. 1. eleg. 13.

Fallax. Seneca in Hipp. 5. Feruidus. Horat. 1. Carm.

Ferus. Ouid. 1. Amorum, eleg. 2.

Festiuus. Claudian. Panegyr. 7.

Fictus. Ouid. 2. Tristium.

Fidus. Ouid. 3. epistol.

Fœdo amore afflictantur. Lucret. 4.

Fœmineus. Ouid. Amorum, 3. eleg. 2.

Fraternus amor in aliquem. Cic. ad Q. frat. lib. 1. epist. 1.

Fugitiuus. Ouid. de Remedio amoris, 2.

Furtiuus. Ouid. 6. Fastorum. & Catull. epigram. 7.

Geminatus. Ouid. 10. Metam.

Gratus. Ouid. 3. Tristium.

Grauis amore perculsus. Horat. Epod. od. 11.

Ignauus. Stat. 3. Sylu. 2.

Immaturus. Vide IMMATVRVS.

Impij amoris flammas compesce. Seneca in Hippol. 2.

Importens. Catullus 33.

Incestus. Horat. 3. Carm. od. 6.

Incredibilis amor in te meus cogit me, &c. Cicero Curioni, lib. 2. epistolarum, 1.

Indigno more perire. Virg. 10. eclog.

Incultodirus. Sil. lib. 8. Infestus. Ausonius.

Infelicandus. Ouid. 2. Amorum, eleg. 17.

Ingeniosus. Ouid. epist. 19.

Ingenuus. Horat. 1. Carm. od. 27.

Iniquus. Propert. Inops. Lucret. 4.

Insanus. Virgil. eclog. 10.

Iratus. Seneca in Hercul. OEth. 4.

Iucundus. Catullus.

Lasciui amoris præceptor. Ouid. 2. de Arte amandi.

Legitimus. Ouid. 13. epist.

Lentus me torret. Horat. 3. Carm. od. 19.

Lenis. Ouid. 7. Metam.

Libidinosi amores. Cic. 4. Tusc.

Longus. Vide LONGVS.

Luxuriosus. Ouid. Diuitiis alitur luxuriosus amor.

Magno amore labefactus. Virgil. 4. Æneid.

Mali amoris solamen mors. Seneca in Hippol. 12.

Mansuetus. Propert. lib. 1.

Nullis medicabilis herbis. Ouid. 1. Metam.

Meretricius. Vide CONGLVTINO & MEREO.

Merus. Catullus 13.

Mirus. Virgil. 7. Æneid.

Misero amore periturus. Ouid. de Remedio amoris, 5.

Moderatus. Ouid. 5. Metam.

Mollis. Ouid. epist. 21.

Mulierbis. Cic. 4. Tusc.

Mutuus. Horat. Epod. 15. Vide MVTVVS.

Mutuis amoribus bene filum pectus. Horat. 2. Carm. od. 12.

Naturalis. Cic. 4. Tusc.

Nouus. Cic. 4. Tusc. Etiam nouo quodam amore veterem amorem tanquam clauo clauum eiiciendum putant.

Amoribus in occultis felix index. Ouid. 2. Fastorum. de Delphino.

Patrius. Vide PATRIVS. Virg. 1. Æneid.

Perditus. Catullus in Gellium.

Peregrinus. Ouid. epist. 9.

Perfidus. Claudian. epigramm. 25.

Perpetuus. Vide PERPETVVS.

Pestifero amore vinctus. Senec. in Thebaide, 1.

Pinguis. Ouid. 2. Amorum, eleg. 19.

Puus. Valerius Argonaut. 4.

Placidus. Tibullus lib. 2.

Felix cui placidus leniter afflat amor.

Amori placito pugnare. Virgil. 4. Æneid. Id est, Repugnare, vel, Cum amore placito pugnare. Seruius.

Polluto amore duri dolores. Virgil. 5. Æneid.

Præreptus. Virgil. 4. Æneid. Carunculam intelligit in fronte pulli equini nascentem, quam statim nato admit mater, alioqui fœtum osura. Vide Seruium.

Primus. Ouid. 1. Metam. Primus amor Phœbi Daphne, &c.

Properans ferri. Stat. Achill. 2. Ferri, genitiuus cti. Sic Ouid. 5. Metamorphof.

Propitius. Lucret. 4,

Atque in amore mala hæc proprio, fummèque secundo

Inueniuntur.

Pudendus. Ouid. epist. 5.

Sceleratus habendi. Ouid. 1. Metam.

Simulatus. Ouid. 1. Amorum, 8.

Singularis amor tuus erga me. Cic. ad Dolabellam, lib. 9. epist. 11.

Soci amoris defertor. Ouid.

Solitus. Ouid. 2. de Remedio amoris. Virg. eclog. 10.

Sterilis. Ouid. 1. Metam.

Strictus. Ouid. 7. Metam.

Stultus & improbus. Horat. 1. Serm. sat. 3.

Suauis. Lucret.

Surreptitius. Plaut. in Curgul. Inter nos amore vtimur semper surreptitio.

Suspectus. Ouid. epist. 22.

Tacitus. Stat. 1. Sylu. 2.

Tener. Ouid. 2. Amorum, eleg. 18.

Timidus. Ouid. 18. epist.

Toleraudus. Claudian. in Epigramm.

Turpis meretricis. Horat. 1. Serm. sat. 4.

Tutus. Ouid. 5. epist.

Veri amoris non diffimulator. Ouid. 15. Metam.

Vesanus. Propert. Errat qui sinem vesani quærit amoris.

Vetus. Vide Nouus amor.

Vilis. Claudian. in Ruff. 1.

Visus. Virgil. 1. Æneid.

¶ Amor, pro rei venereæ appetitu. Virgil. 3. Georg.

—pecudes, pictæque volucres,

In furias, ignémque ruunt. amor omnibus idem.

¶ Amor. pro Cupidine, quem pocræ amoris deum esse fingunt, fæpe vsurpatur. Virg. 2. Æneidos,

Ergo his aligerum dictus assacur Amorem. Propert. 2.

Quicunque ille fuit puerum qui finxit Amorem,

Dominus. Ouid. Amorum 3. eleg. 10.

Geminiamores. Ouid. 4. Fast.

Inermis erret. Tibull. 2. eleg. 6.

Amor infamis deus. Tibul. 2. eleg. 4.

Insidiosus. Ouid. 1. de Remedio amoris,

Assuit incautis insidiosus Amor.

Leuis. Ouidius Amorem alloquitur,

Tu leuis es, multóque tuis ventosior alis.

Nudus Amor. Ouid. 1. Amorum, eleg. 10.

Pharetratus. Ouid. de Remedio amoris 1.

Pinniger. Lucret. lib. 5.

Pulcher. Ouid. 3. de Ponto.

Purpureus. Ouid. 2. Amorum, eleg. 1.

Rebellis. Ouid. 1. de Remedio amoris.

Sagittifer. Stat. lib. 4. Sylu. 3.

Szuo Amore saucia Medea. Cic. pro Cælio.

Szuus. Ouid. in epist. 7.

Teliger. Seneca, Metuende matri teliger szue puer.

Vagus. Seneca.

Ventosus. Ouidius, Tu leuis es, multóque tuis ventosior alis.

Volucer. Claudian. de nuptiis Hon.

¶ Amores plurali numero ad voluptatem pertinent, vt ait Seruius. Virg. 1. Æneidos,

Clam ferro incautum superat, securus amorum Germanæ.

Amores, pro Amico, vel Amica. Cic. 6. Philipp. Sed redeo ad amores delicasque nostras L. Antonium. Idem ad Atticum, lib. 16. epist. ad finem, Philx salutẽ dices. & Atticæ, deliciis atque amoribus meis.

¶ Amor flagitij & iculatis autor. Cic. 4. Tusc.

Amor amicitiæ. Cic. 4. Tusc.

Pallere amore argenti. Horat. 2. Serm. sat. 3.

Amore auri cæcus. Virg. 1. Æneid.

Amore edendi. Lucret. 4.

Amore sanæ venenatis inteudie animum. Virg. 6. Æneid.

Amore habendi sensim. Horat. 2. epist. 7.

Amor lasciui. Virg. 3. Georg. Ateui lasci amor.

Amore laudam perculsus. Virg. 9. Æneid.

Amoris æstus. Ouid. in fragmento, 8.
Amorum agmen. Stat. 1 Sylu. 2.
Amoris ardor. Cic. lib. 1. de Orat.
Boni coniugatoris amoris. Catul. in Epithalamio Iuliæ, 156.
Amoris calcaribus ictus. Lucret. lib. 5.
Amoris certamen peragere. Ouid. 3. de Ponto.
Amoris flammæ. Senecain Hippol. 2.
Amorum fœdera. Cic. pro Cælio.
Amoris fructu egens. Propert. lib. 4. eleg. 20.
Furor amoris. Cic. 4. Tuscul. Maximè autem admonendus, quanrus sit furor amoris.
Amoris irritamen muous. Ouid. 9. Metam.
Amoris pabula. Lucret. 4.
Amoris pignus. Virgil. 5. Æneid.
Plagæ amoris, Id est, rete amoris. Lucret. lib. 4.
Amoris poculum. Horat. Epod. 5. Hoc est, potio amatoria, philtrũ.
Studium & ardor quidam amoris. Cic. lib. 1. de Orat.
Vinela amoris arcũssima cum aliquo. Cic. ad Att. lib. 6. epist. 1. In isto hactenus discrim, me vel plurima vinela rerum summæ coniunctionis optare, est sunt amoris arctissima: tantum abest vt ego cæ eo quo altrũi fumus, laxari aliquid velim.
Amoris vulnere æterno deuinctus. Lucret. 1.

¶ Abiecere amorem ab aliquo. Cic. 1. Philipp. Omnem se amorem abiecisse illinc, atque in hanc transfudisse.
Amores meos abiicit. Virg. 4. Æneid.
Abuodare amore. Vide ABVNDO.
Accedere nihil potest ad amorem. Vide ACCEDO.
Addiere amores. Ouid. 1. Metam.
Quid faciatterudele, suos addiere amores.
Non dare, suspectum. Hoc est, puellam sibi amatam.
Adiutus amor fatis. Ouid. 22. epist.
Adolescit amor. Vide ADOLEO.
Æquare amorem. Vide C. Æneid.
Alendus amor verbis dulcibus. Ouid. 2. de Arte amandi.
Amittere amores. Virg. 3. Georg.
Amplecti amore. Vide AMPLECTOR.
Appetit me amor. Vide APPETO.
Ardebat amore illius hospitæ. Cic. 4. Verr.
Ardebat amore fœmineo. Virg. 12. Æneid.
Arsit amore vetus fratris. Ouid. 1. de Art.
In amore astrictum esse. Lucret. 4.
Amore attenuatus liquitur. Ouid. 3. Metam.
Auferre amorem ab. Vide AVFERO.
Auget amorem tumor. Ouid. epist. 12.
Bibere amorem. Virgil. 8. Æneid.
Captus amore. Virgil. eclog. 6.
Amore generis sui capta soeras. Cic. pro Cluent.
Cecidit amor. Catull. 11. ad furium & Aurel.
Celare amorem. Ouid. epist. 12.
Cernere amorem. Vide C. Cernere hæreditatem, in CERNO.
Commendo amores meos tibi. Catull. 15.
Amori commisso officium spondet. Id est, promittit auxilium si suum amorem reuelet. Ouid. 10. Metam.
Committere amores alicui, Id est, Reuelare. Ouidius 1. Amorum, eleg. 12.
Componere amores, Id est, versus de amore. Ouid. 2. Trist.
Denique compositi teneros non solus amores,
Compositio pœnas solus amore dedit.
Concedere alicui. Ouid. epist. 8.
Quem sibi permisit, geoero concedet amorem.
Conciliare amorem alicui. Cic. 2. de Orat.
Amor conciliatur auro. Propert. 3. eleg. 13. Et Ouidius 2. de Arte amandi.
Amorem cõciliari sentimus. Cic. 2. de Orat. Ibidem, Hęc res amorem magis conciliat, illa virtutis defensio charitatem.
Concinnat amorem confutedo. Lucret. 4.
Concipere. Ouid. 10. Metam.
Conferre, Vide CONFERO.
Conficere aliquem in amorem, Vide CONFICIO.
Coniunctiamore. Cic. 5. Tuscul.
Connexus amore. Stat. Achill. 1.
Contexere amores. Catull. 99. in Argonaut.
Dare amores. Ouid. de Remed. amoris, 2.
Amori ludum dare. Horat. 3. Carm. 12. od. 1.
Miserarum est neque amori dare ludum,
Neque dare. Cic. in Hereul. Oct. 43. -hoc, inquit, mage dixere amore posse desigi malo. Vbi loterpres. Desigi, Id est, aut fortiter figi, aut refolui à pectore in quo fuerat fixus.
Defunctus amore leui. Senec. in Hippol. 2.
Amorem suspensum deludet fallax rumor. Claud. in Paneg. 2.
Demere amores. Ouid. de Remed. amor.
Deponere amorem. Catull. de Lesbia, 76.
Deserus amor. Catull. in Epithalamio Iuliæ.
Detere amores in longum. Virg. eclog. 9.
Durat amor. Ouid. 1. Amor. eleg. 8.
Effugere amorem. Ouid. 17. Metam.
In amore esse alicui. Cicero 6. Verr. Vnde igitur portus incipiam, quam ab ea ciuitate, quæ tibi vna in amore atque deliciis fuit?
In amoribus esse alicui. Cic. ad Att. lib. 6. epist. 1.
Io amore est, sine Datuo. Cic. pro Flace. Summo autem in amore esse propter nomen ipsum imperij non potuerut
Exeitare mirabiles amores. Cic. 1. Offic.
Exhauritur amor. Vide EXHAVRIO.
Exit eorde amor. Stat. 2. Sylu. 4.
Exorare amorem. Ouid. Amor. 3. eleg. 10.
-facies exorat amorem.

Exponere amores, Id est, recensere. Ouid. 10. Metam.
Exstit tanto in me amore frater, &c. Cic. Post reditu ad Quirites.
Facere amorem. Ouid. 1. Metam. cuius contrariũ, fugare amorem.
Eque fugitiua promptit duo tela pharetra,
Diuersorum operum: fugat hoc, facit illud amorem.
Fallere amorem in fandum. Virg. 4. Æneid.
-Ascaoium genitoris imagine capta
Detinet, infandum si fallere possit amorem.
Fallis te amor. Ouid. epist. 24.
Amorum turpissimorum fœdera ferire. Cic. pro Cælio.
Fixus amor mollullus. Seneca in Hercul. Oet. 4.
Flagrans amor. Horat. 1. Carm. od. 25.
Flagrare amore. Horat. Epod. 5.
Amor flagrat in molli pectore. Ouid. epist. 15.
Frænare amores. Seneca in Medea, 11.
Fugandus amor omni parte. Ouid. de Remed. amoris, 1.
Habere amorem in vel erga aliquẽ. Cic. pro Domo sua, Pro amore quem habeus in Rempublicam, & semper habuistis. Idem ad Dolabellam, lib. 9. epistol. 14, Quis erat qui putaret ad eam amorem quem erga te habebam, posse aliquid accedere?
Amor habendus est alteri. Ouid. epist. 7.
Hærer amor. Ouid. 13. Metam.
Amoris in plagas ne iaciamur. Lucret. 4. Hoc est in retia.
Ignescit amor. Vide IGNIS.
Amore impulsus hæc ad te scribenda putaui. Cic. ad Plancum, lib. 10. epistol. 3.
Ineen sus amore alicuius. Catull. in Argonaut.
Ineidere in amorem. Vide INCIDO.
Induere aliquem in amorem. Catull. 28.
Iodulgere amori. Ouid. 9. Metam.
Inflammare amore animum. Virg. 4. Æneid.
Amor inflammati essi debemus in partiam. Cic. 1. de Orat.
Ingenerare amorem. Vide INGENERO.
Inhærescere amoribus erraticis. Tirmie. lib. 5. cap. 16.
Innatus in nobis amor cognitionis. Vide INNASCOR.
Insanire amore alicuius. Vide INSANIO.
Insanit amoribus nuptarum. Horat. 1. Serm. saty. 4.
Insitus mentiamor cognitionis. Vide INSERO.
Inspirat amorem tacitum. Stat. 1. Sylu. 2.
Intendere amorem pignoribus suis. Claud. epig. 22.
Interrumpere iter amoris. Vide INTERRVMPO.
Inuitat amores forma. Ouid. 2. Amor. eleg. 4.
Irritare. Ouid. 1. Metam.
Lædere. Ouid. 4. Metam.
Largiri amori plusculum. Vide LARGIOR.
Non latuisset amor quem tegi volumus. Ouid. epist. 17.
Leuare amorem. Ouid. 14 Metam.
Manet amor perennis coniugis castæ. Senec. in Octauia, 4.
Mansit amor. Ouid. 21. Metam.
Mareet amor fegoi. Claudian. epig. 22.
Mederi amori. Ouid 9. Metam.
Mentiri amorem. Ouid. epist. 20, -si non mentirit amorem. Id est, fingis.
Misendus pudor amori. Ouid. epist. 4.
Missum facere amorem. Vide MITTO.
Modus nullus adest amori. Virg. 3. eclog.
Morem gerere amori. Ouid. 1. Amor. eleg. 2.
Nutrire amorem. Ouid. 1. Metam.
Obiicere amores alicui. Senec. in Medea, 7.
Oblitus amorum. Virg. 5. Æneid.
Vt nibi ostenderem meum amorem. Cic. ad Plane. lib. 10. epist. 3.
Partiri amorem. Stat. 2. Sylu. 1.
Te amor infelix perdidit. Ouid. 4. Metam.
Præ se ferre amorem. Cic. Curioni, lib. 2. epist. 1.
Perfrictum miki quidem, sed tamen dulcem & optatum amorem tuum præ te ferres.
Ponti amore. Ouid. 10. Metam.
Præsentit amorem aliquem mente. Ould. 10. Metam.
Præstare amorem verum. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 6.
Raptat me amor per deserta ardua. Virg. 3. Georg.
Fratribus amorem reddere. Senec. Thebaid. 1.
Reduxit amorem. Lucan. 4, -fœderũque reduxit amorem.
Reparare. Senec. in Agamemn. 3.
Residet in aliquo amor erga alium. Cic. ad Antonium, lib. 5. epist. 5, Siquid io te residet amoris erga me; id omne in Pomponij negotio ostendas.
Refrectare amorem alicuius. Catull. 11.
Respondere alicui in amore. Cic. ad Brut. epist. 1.
Resurgens amor. Virg. 4. Æneid.
Reuincire mentem amore. Catull. in Epithalamio Iuliæ.
Sæuit amor. Virg. 4. Æneid.
Saturare amorem. Catull.
Seruare. Ouid. 4. Metam.
Seruire amori aliorum flagitiosissimè. Cic. in Catil.
Soluere amores cantibus, aut herbis. Tibull. lib. 1. eleg. 2.
Sperare. Horat. 4. Carm. 13.
Spernere. Horat. 1. Carm. 9.
Subleuare. Cic. 4. Tuscul.
Submittere animos amori. Virg. 4. Æneid.
Successus amore. Ouid. 2. epist.
Suscipere amorem. Cic. ad Planc. lib. 10. epist. 1.
Tenet me amor. Horat. Epod. 11.
Tenet amore. Stat. 6. Thebaid.
Tentan amore. Ouid. 1. Amor. 2.
Testari amorem. Virg. 3. Æeoid.
Torqueri amore. Horat. 1. epist. 2.

Torret

Torret me amor. Horat.3. Carm.od.19.
Transfigeb amores. Stat.Sylu.1.2.
Transfatos alio amores. Horat. Epod.5.
Vacat metu amor. Ouid.t. Amor.eleg.6.
Vinci didicimus feros amore. Senec. Hippol.2.
Omnia vincit amor. Virg.eclog.10.
Vitare amorem. Lucret.4.
Vitiare. Stat.5.Sylu.1.
Volitans amor. Tibull.lib.1.
Impiger Ænea volitantis frater amoris. Id eſt Cupidinis: quia
vterque Venerꝭ fuit filius.
Vrit amor. Virg.eclog.3.
Vſa amoribus dementem. Ouid. Meram.4.

Amorabundus. Gell. lib.11. cap.9, Laberius mulierem amantem verbo inuſitatius ficto Amorabundam dixit.

Amorge, Vide AMYRCA.

AMORGES (ἄμοργος) fuit ex Dario ducibus vnus, qui à Caribus inſidiis circumuentus, vna cum Dauriſe, & Siſamace, & Myrſe Gygis filio, fuit obtruncatus. Herod. lib.5.

Amorgine (ἀμόργινον) herba eſt, quæ aotiore nomine Hedxine dicitur. Dioſcor. lib.4.

Amorgis, dis (ἄμμοργις) lini ſpecies tenuiſſima, byſſo non diſſimilis. Hinc Amorgina veſtimenta, pro pretioſis & ſplendidis, mulierque impenſe ornatum meminit contra Timarchum Æſchines, & Athen. lib.6.

AMORGOS (ἄμμογος) inſula vna ex Sporadibus. Strab. lib.10. & Plinius lib.4. cap.12.

AMORIBARE (ἀμοιβάω) populi dicti ſunt ab Amor patre Sichem, vel ab Amorrhæo filio Chanaan.

Amotus, Vide AMOVEO.

Amouco, amouces, penult. correp. amoui, amotum (ἀπωθέω, ἀποπέμπω) amouere, eſt de loco mouere. Terent. Adelph. 4. 2. Age ſtatim ego hunc amouebo. Vbi Donatus, Proprie amouetur ſaxum de loco. Cic. Att. lib. 7. Et nebulonem illum, ſiquo pacto potes, ex illis locis amoue. In eodem ſignificatu legitur etiam Remouco.

Amonere, & Admouere, contrariæ. Author ad Herenn. lib. 3. Sue nimis procul amouerit, ſiue vehementer prope admouerit.

Amouet ætas. Lucret. 1.

Præterea quæcunque vetuſtate amouet ætas.

Animum ſtudio puerili. Plaut. Mere. 3. Hoc eſt, Dimouere, abſtrahere à ſtudio, &c.

Aliquem ab officio aliquo. Cic. de Aruſp. reſpon. Saturnini Quæſtorem à ſua frumentaria procuratione Senatus amouit, cíque rei M. Scaurum præfecit.

Aſſentationem. Cicero.

Crapulam. Plaut. Pſeud. 22, Inde huc exij, crapulam dum amouerem.

Culpam à ſe. Liu. 4. ab Vrbe.

Amouit culpas. Horat. 4. Carm. od. 15.

Amoto cuſtode. Propert. lib. 1. eleg. 11.

Iurgia amouere. Cic. lib. 2. de Legib.

Libidinem, odium, inuidiam, metum, cupiditatéque omnes. Cicero Cluentio.

Amoto lndo quæramus ſeria. Horat. t. Serm. ſat. 1.

Metum. Terent. And. 1. 2.

Moleſtiam à ſeribus. Plaut. Amphit. 5.

Opinionem. Terent. Andr. 3. 2.

Segnitiem à ſe. Plaut. Aſin. 6.

Senſum doloris amouere. Cic. de Prouinc. Conſul. Præcipuum illum & proprium ſenſum doloris mei, à ſententia dicenda amouebo, ad viciſcendi tempora referuabo.

Somnum ex pectore. Plaut. Pſeud. 4.

Suſpitionem ab aliquo. Plaut. Trin. 1.

Amoue tædus impudicos à caſto coipore. Senec. Hippol. 5.

Virgas amouit ab omnium ciuium Romanorum corpore lex Porcia. Cic. pro C. Rabirio, Id eſt, Vetuit ne virgis cæderentur cines Romani per carnificem.

Amouere per dolum. Horat. 1. Carm. od. 10.

¶ Amoueri in inſulam, Id eſt, Deportari vel relegari. Tacit. lib. 4.

At P. Sullinm amouendum in inſulam cenſuit.

¶ Amouere, pro Auferre, Interuertere. Vlp. in Lrei communis. 45. D. pro ſocio. Rei cõmunis nomine cum ſocio, furti agi poteſt, ſi per fallaciam dolóve malo amouit, vel rem communem celandi animo contrectauit. Idem in l. 3. ego. D. de iure dotium. Agetur rerum amotarum, ſi amouentis animo maritus eas retinuerat: aut ad exhibendũ ſi non amouere eas conniſus ſit. Idem in l. Tutor. D. de furtis, Tutor ſiquid furandi animo amouerit, furtum facit. Adminiſtrationẽ enim rerum pupillarium habet: intercipiendi autem poteſtas ei non datur.

Amotio, verbale, vt Amotio doloris. Cic. 2. de Finib. Augenda voluptatis finis eſt, doloris omnis amotio.

A M P

AMPE (ἄμπη) oppidum Arabiæ, non procul à mari rubro, cuius meminit Herod lib. 6. Gentile eſt Ampæus. Stephan.

Ampechontum (ἀμπεχώνιον) veſtimentum commune virorũ & mulierum, vt tradit Pollux lib. 7. cap. 13. vbi Gualtherus vertit, palliolum.

Ampedices diecbantur ab antiquis, quod circum penderent, quos nunc appendices appellamus. Feſtus.

AMPELA, ciuitas eſt Cretæ inſulæ, apud Plin. lib. 4. cap. 12. Eſt inſula Macedoniæ oppidum lib. 4. cap. 10.

Ampelitis, dis (ἀμπελῖτις) terra eſt bitumini ſimilis, circa Seleuciam Syriæ naſcens, qua ruſtici vites illinere ſolent ad necandos vermiculos, oculos illæsi depaſcêtes, quos Ipas, ſiue Scinipas vinitores Græci appellãt. ¶ Eadẽ & Pharmacitis dicitur, quòd vitum morbo medeatur. Dioſcor. lib. 5. & Galen. lib. 9. Facult. Simp. medic.

Ampelodeſmon (ἀμπελόδεσμον) vocant Siculi herbam, ex qua vinciua melliora fiunt alligandis vitibus. Plin. lib. 17. cap. 23.

AMPELORSSA, oppidum eſt in Decapolitana regione, quæ Syriæ proxima eſt. Author Plin. lib. 5. cap. 18.

AMPELOPRASON, pen. corr. (ἀμπελόπρασον) herba eſt ſolius porri, ſed anguſtioribus, flore candido, radice bulboſa. Naſcitur in vinetis, vnde & nomen accepit. Plin. lib. 24. cap. 15. Vulgus Porrũ vinearũ vocat.

AMPELOS (ἄμπελος) nomẽ pueri, qui quum à Bacchio amaretur, ab eodem poſt mortẽ inter ſidera relatus eſt. Fabulam habet Ouid. 3. Faſt.

Ampelos agria (ἄμπελος ἄγρια) vitis ſylueſtris, ea mihi videtur, quam rura modò Vtornam, modo Hardeam vocãt, quòd ramorum ſasces ea perinde quaſi vinculo ligantes diſtringant. Hanc Plinius credit eſſe potius quam Vuam taminiam vocant. Ruell. lib. 3. cap. 153.

¶ Ampelos agreas voc atur herba foliis duris, cineræ: coloris, &c.

Ampelos melæna (ἄμπελος μέλαινα) vulgò Tamara, Latine Vitis nigra. Hanc Matthiolus Senenſis putat eſſ. Vuam taminiam, quanuis Plin. contrarium ſentiat, qui cam propriè Bryoniam vocari ſcribit, lebro 23. cap. 6.

APOLLO, Apollinis, & Apollos, Apollo, secũdum Græcam declinationem. ἈΠΟΛΛΩΝ.) creditus fuit Deus, quem Græci vtῦν, hoc est Solem, appellant. Cui (vt Macrobius inquit) variæ fuerunt potestates. Nam sui auhor carminis, præses vaticinij, sagitta, and; peritus habitat, artem medicinę percalluit, & chordę vocalis. Idẽ dicitur Liber, quòd liberè vagetur per aerẽ. Apollo Nomius, id est pastor: dictus eli quo tempore Admeti regis pauit armenta. Apollinis tripodem, vas aureum fuisse constat trium pedum à Vulcano fabrefactum, ac pro mu nere Peleopi datum, dum vxor ẽ ducereet. Dictus Apollo ab a. priu. & πολεῖν. multũquòd solus ipse loquax. Porphyrius ait eundem esse Solem apud superos: Liberum patrem in terris: Apollinẽ apud inferos. Vnde eunam tria singula circa eius simulacra videmus, Lyram, quæ nobis cęlestis harmoniæ imaginẽ monstrat: Gryrum quòd iterenum numen ostendit: Sagittas, quibus infernus deus iudicatur & noxius. Vnde & Apollo dictus eli ἀπὸ τοῦ ἀπόλλυσθαι. Eusb. de Euag. præparat. Apollo vocatur quòd ἀπολλύειν id eli, Ægrotantibus humores fal uat atque liberat: quamobrem arcbitiliumum etiam Solem Apollinis nomine appellant. De Apolline multa apud Cic. lib. 2. de Nat. deor.

Apollo Actiacus. Ouid. 13. Metam. Augur. Virg. 4. Æneid.
Delius. Virg. 4. Æneid.
Flauus. Ouid. 2. Amorum, cleg. vltima.
Iormosus. Virg. 8. eclog. Cuynzus. Virg. 4. Æneid.
Palatinus. Horat. epist. 3. Quia templum ei excitauit dedicauitq; Cæsar Augustus in Palatio, vi scribit Suetoni, eodẽque loco bibliotheeam hisce omnibus instructam.
Pulcher. Virg. 3. Æneid.
Pulsator eiuharæ. Val. Flaccus lib. 1. Argonaut.
Tymbræus. Virgil. 4. Georg.
Vatex. Val. Flaccus 4. Argonaut.

Apollineus, adiectiuum, vt Apollinea ars, pro Arte medica. Ouid. lib. 3. Trist. eleg. 3.

Apollinea ars, etiã pro arte vaticinandi accipitur ab Ouid. in Ibin,
-Apollinea clarus in arte senex. Tiresiam vacem intelligit,
Apollinei cantus. Ouid. 11. Metam.
Tessudo. Ouid. ad Pisonem.
Crinis. Claud. de raptu Proserpinæ, lib. 3.
Frater Apollineus, Cupido. Ouid. 9. Metam.
Vates. Orpheus. Ouid. 11. Metam.

Apollinaris, & hoc Apollinare, penult. prod. aliud adiectiuum (ἀπολλωνιακὸς) ex Apollonares ludique in honorem Apollinis fiebant. Cic. pro Philipp. Qui te Apollinares quidem ludos, pro sua, Populiq; Rom. dignitate apparatos præsens fecit. (Apollinares ludi cum in vnum annum vouerentur, incertẽque die herent, frigarus P. Licinium Varum, prætorem vrbis ferre ad populum iussit, vt in perpetuum in ea tum diem vouerentur. Hi ludi enim Annibale in Italia, ex Marcij, clari vatis, carmine primùm instituti: cuius in libris hæc inuenta Lucius recitat lib. 5. eadẽmque scre & Macrob. lib. Satur. 1. Hostes, Romani si expellere vultis, Apollini vouendos cẽseo ludos, qui quotannis comiter Apollini fiant: cum populus dederit ex publico partem, priuati vti conferant pro fe fuisque: ludi faciendi præterea prætor vi qui ius populo plebique dabit summum. Xviri Græco ritu sacra faciant. Hoc inuirnio carmine, consuetuor patres Apollini ludos vouendos faciendosque. Vouẽri autem, & fieri à præture vrbis, quòd is esse videretur, qui ius populo plebique summum daret: cum facti essent, duodecim milia aris præsenti ad rem diuinam. De duris hostiis maiores dandas: & vt Xviri sacra rita Græco facerent, hi sue hostiis, Apollini bouc aurato & capris duabus albis aurati, Latonæ boue fœmina aurata. Ludos præter eum factiurus esset, edixit vt populus per eos ludos ẽpem Apollini, quantam commodum esset, conferret. populus eos coronatus fyeẽbatis, maiorque supplicauere, vnàq; aperris ianuis in propaulo epulati sunt: celeberque dies omoi genemoniatum genere fuit. Anno proximo, referente Calpurnio prætore, decreuit senatus vt ij ludi in perpetuum vouerentur. triennio pòst, vt in perpetuum in ẽtatum diem vouerentur. P. Varus (vt dicimus) prætor vrbis à senatu iussus, legem tulit, & ex ea lege ipse primus vouit, fecitque ante diem 11. nonas Quint. eumque diem solennem deinde seruatum esse Liuius tradidit. Ego tamen M. Bruti, qui Cæsarem interfecit, prætoris vrbani absentis nomine, neque vno die tantùm, neque tr. nonas Quint. factos inuenio, sed, cũ nonis Quint. essent commissi, vsque ad tridaum datos fuisse. quod ex duobus locis

epiſt. ad Attic. lib. 16, colligitur. atque huc ipſum, de pluribus ludorum Apollinarium diebus, confirmat ſatis planè, vi videtur, Liuius libro 37, his verbis: Ludis Apollinaribus ad v. Idus Quinctiles, cum lo ſereno, interdiu obſcurata lux eſt. Ex libro P. Manutij de legibus Romanis.

Apollinaris herba, ¶ Ἡσυχιὰς Planta eſt, de qua Galen. lib. 3. ſimplic. his verbis: Hyoſciamus, cui ſemen arcum eſt, inſaniam ac ſopoſem affert; huic autem is, qui ſemen mediocriter ſtatum eſt, propoſquam ſacharum obtinet. Verùm veriſque fugiendi ſunt, vt noxiales, & venenoſi. Ceterum cuius ſemen ac flos candidus eſt, ad ſanationes vel maximè idoneus eſt, ex tertio quodammodo ordine refrigerantium. Hæc Galen. Huius vero planę deſcriptionem vide apud Dioſc. lib. 4. cap. 65.

APOLOGATES (ἀπολογάτης) Alter ex Dionyſij filiis, qui vnà cum patre in expeditionem dum exularet, profectus eſt. Strabo lib. 6.

APOLLODORVS (ἀπολλόδωρος) Athenienſis pictor inſignis nonageſimatertia Olympiade, de quo Plin. lib. 35. cap. 9. ¶ Fuit & alter hoc nomine ſtatuarius, eodem Plin. lib. 34. cap. 8. ¶ Item medici duo, quorum Cittieus vnus, alter Tarentinus dictus eſt. Plin. lib. 20. cap. 4. ¶ Puit & Athenienſis grãmaticus A Sclepiadis diſcipulus, Panæti) Rhodij philoſophi diſcipulus, & Ariſtarchi grammatici, Is primus genus metri Triambiet inuenit, vt teſtatur Suidas. Scripſit quoque hiſtoriam Athenienſium vſque ad reditum Heraclidarum, vt eſt author Diodorus Siculus. ¶ Apollodorus ite alius Tarſenſis, Tragicus, cuius tragœdias Suidas recenſet. ¶ Apollodorus item Athenienſis poeta Comicus, tépote quo & Menander, fuit. fabulas ipſius nonoullas commentatur Suidas. ¶ Præter hos; Apollodorus Pergamenus extitit Cæſaris Auguſti præceptor & familiaris: ſcripſit de arte Rhetorica, vt author eſt Strabo.

APOLLONIA (ἀπολλωνία) nomen fuit plurium vrbium, quarum vna fuit in Epiro. Plin. lib. 4. Natur. hiſtoriæ. ¶ Alia, eadem teſte, fuit in Creta. ¶ Alia item in Syria, vt idem Plin. lib. 5. docuit. ¶ Alia præterea, teſte Herodoto, lib. 4. fuit in Thracia. Apollonia Scytiæ, hodie *Monembria*. Apollonia autem Epiri, hodie *Vlona*. *La Valone*, ex qua to Italiã traiectus breuis. ¶ Apollonia item inſula eſt Europæ. ¶ Item eſt inſula in Ponto quæ Thynuias dicta eſt, vt ab ea quæ eſt in Ponto diſtinguatur.

Apolloneñ, adiectiuum (ἀπολλωνιάτης) Cic. pro Flacco, Apollonienſes amantiſſimi Pop. Rom.

APOLLONIATICVS, lacus eſt ſuper Daſcyliticum, ad Doliones Aſiæ populos, iuxta quem, ſuper Rhyndaco, eſt ea quæ Apollonia vocatur. Strabo lib. 12.

APOLLONIDES, Aſiæ populi. Cic. pro Flacco.

APOLLONIDES, Gemmarum ſculptor. Plin. lib. 37. cap. 1.

APOLLONIVS, dij (ἀπολλώνιος) Libyæ eſt promontorium, iuxta Vticam, vt docet Strabo lib. 17.

APOLLONIVS Rhodius quòd in Rhodo agitaret, Alexandriæ autem natus, Callimachi diſcipulus, æqualis Eratoſthenis grammatici, cuius etiã ſucceſſor in præfectura bibliothecæ apud Ptolemæum Euergeten. ſcripſit Argonautica verſu hexametro. author Suidas. ¶ Fuit item Apollonius Alexandrinus, cognomento Dyſcolus; pater Herodiani grammatici, nobilis & ipſe grammaticus, illiterate eruditi. Scripſit de compoſitione partium orationis, & alia complura in arte grammatica. ¶ Apollonius Aphrodiſeus hiſtoricus ſcripſit res variãs de Trallibus, de Orpheo, etiãque myſterijs. ¶ Apollonius Molo Rhodius præceptor Ciceronis, Rome docuit, quo legatus venerat de pergmiis Rhodijs, Dictatore Sylla, oratorijs vtus in exilio, ſcriptórque præſtantiſſimus, & in adnotandis animaduertendiſque vitijs, & inſtituendo docendoque præſtantiſſimus, vt ait Cicero in Bruto. ¶ Apollonius item fuit Alabandenſis (Alabanda autem oppidum eſt minoris Aſiæ) dicendi magiſter: qui quum oretcede docere tamen non putabatur eos quos audiebat non poſſe reſpondere, quadere, operam apud ſe perdere, dimittebãtque quemque ad quancunque artem putabat eſſe aptum, vt ſcribit Cicero lib. 1. de Oratore. ¶ Ad hos, Apollonius quidam fuit Nyſſæus Pancij Stoici familiaris. Strabo Apollonius, præterea Epiphanius appellatus, quòd Epiphi diſcipulus fuit, ſcripſit de magnanimi, vt eſt author Athenæus. apud Plinium tamen Apollodorus ſcribitur. ¶ Philoſtratus præter hos, duos ponit inter ſophiſtas Apollonios, Naucratitam vnum: alterum Athenienſem, qui ambo M. Antonini principis tempore conuenerunt, docuere Athenas. ¶ Apollonius item Tyaneus philoſophus, cuius vitam Philoſtratus ſcripſit, & ante hunc Damis Apollonij diſcipulus peregrinationis comes.

Apologus, apologi, penult. corr. maſc. gen. (ἀπόλογος) Latinè fabula dicitur, in qua inducuntur muta animalia loquitcusmodi fabulæ Æſopi de caſtis, apud Gellium lib. 2. cap. 29. Et apud Horatium,

Olim quod vulpes ægrota cauſa leonĩ
Reſpondit, &c. Cic. de Orat. Et ad hoc genus aſcribamus etiam narrationes apologorum. Quintil. lib. 5. cap. 11. circiter medium.

Apologum agere. Vide Agon.

Apologo, apologas penult. corr. (ἀπολογῶ) apologare, Couuitio oneare. Senec. epiſt. 87. Iyſe illum morcem apologauit, & non iudicauit domo ſua dignum. Gallicè *Brocarder*, Italicè *Motteggiare*.

Apologatio, apologationis ſ (ἀπολόγησις) Quintil. lib. 5. cap. 11. Noſtrorum quidam non ſunt receptæ in vſum nomine Apologationem vocãnt. De fabulis loquimur.

Apologia (ἀπολογία) Latinè dicitur Defenſio vel excuſatio, purgatio & otatio qua ſe quis defendit, ſive illud apud iudicem fit, ſive nuo.

Apologiſmus (ἀπολογισμὸς) Idem quod Apologia. Cic. ad Art. lib. 26.

Apoſtelli (ἀπόσταλμα) Pauus cõfectus ex macerans aqua fauis, medium inter muſtum & oxymeli ſorum obtinens: cuius plutimus eſt vſus circa Peloponneſum. Galen. lib. 8. Method.

APONVS, penult. corr. (ἄπονος) vicus ad Euganeos colles in Italia prope Patauium, vbi & aquæ calidæ varijs morbis apte. Claudiant elegiaco carmine laudatæ, & à Theodorico Gothorum rege mœnibus cinctæ, teſte Caſſiodoro.

Apopemptici (ἀποπεμπτικοὶ) Hymni ſunt, qui peregrinationem dei alicuius complectuntur, vt apud Bacchylidem. Hymnorum multiplices variáſque ſpecies vide apud Carl. Annig. lect. lib. 7. cap. 5.

Apophaſis, huius apophaſis, penult. corr. ſ. (ἀπόφασις, ἀπὸ τοῦ ἀποφημί) Latinè dicitur negatio. Figura, de qua ſic Quintil. lib. 9. cap. 2. Quædam verò genera huius figuræ nullam cum tropis habent ſocietatem: vt illa ſtatim prima, quæ dicitur à negando, quam oonnulli vocant ἀποφασιν. Inuſa autem figuræ ipſius hoc ponit exemplum, Non agam reum iure ſummonon dicam quòd ſonſian obtinerem.

¶ Apophaſis, ἀπὸ τῆς ἀποφάσεως, Eſt Annotatio bonorum & commentarius, & recenſio, in qua eorum quæ reperta ſunt. Iurisconſulti *Inuentarium* vocant & *repertorium*: quod ἀπόφασις proprie dicitor. Budæus.

¶ Apophaſis, ſententia, dictum, reſponſio. Vlpian. in l. 1. §. 1. D. de appellat.

Apophlegmatiſmi (ἀποφλεγματισμοὶ) Vocantur remedia quæ in ore retenta vel mandueata, aut linguæ ſubdita, noxios quoſque humores ex capite deducunt. Horum cooſectionem vide apud Galen. lib. 2. De compoſ. medic.

Apophoreta, apophoretorum, penult. prod. neut. gen. (ἀποφόρητα) Erant munera Saturnalitia, & propriè illa quæ pro xenijs remittebantur. Suetoo. in Veſpaſiano cap. 19. Sicut Saturnalibus data & vtrta apophoreta, ita & Calend. Martij ſæmunis. Turnebus vero hoc nomine ſignifieari exiſtimat munera quæ conuiuis dantur, vt ea domum referant, vnde & Apophoreta ſunt appellata. Hoc ex Martiale probat, vbi ait,

Præmia conuiuæ dat ſua quiſque ſuo. Hic eoim verſus Apophoreta explicat. Sed luculenniſſime omnium D. Ambroſius in exhortatione ad virgines ita ſcribens, Qui ad conuiuium magnum inuitatur, apophoreta ſecum reportare coofueuerunt. Ego ad Bononienſe inuitatus conuiuium, vbi ſanctj martyris celebrata tranſlatio eſt, apophoreta vobis plena fraternis & grata referuaui.

Apophthegma, apophthegmatis n. g. (ἀποφθέγματος) Apophthegma (inquit Erafmus) ſunt dicta acuta quædam, & breuia, non cuiuſlibet quidem, ſed Oratorum, Ducum, Legatorum, Imperatorum, ac vt ſemel dicam illuſtrium virorum. Cic. 1. Offic. cap. de Temperantia, Multique multorum facete dicta, vt ea quæ a ſene Catone collecta ſunt, quæ vocant Χρειὰς ἀποφθέγματα.

Apophyades (ἀποφράδες) Latinè Aprendíces vocari poſſunt, quæ ſcilicet rei alicui agnaſcuntur. Vnde & Ariſtoteles vocat Χοιροφάδας, Inteſtinorum appendices, quæ & ἐπιφυάδες dicuntur.

Apoplexia, apoplexiæ, penult. corr. (ἀποπληξία) Alij ſuporem corporis & meotis, alij ſubitam perculſionem interpretantur. Genus eſt morbi, de quo ſic Cel. lib. 3. cap. 26. Attonitos quoque raro videmus, quorum & corpus & mens ſuspet. Fit tota rerdum ictu fulminis, interdum morbo, χρονιζόμενος huoc Graci appellant. Idem cap. proxime ſequenti, At reſolutio neruorum frequentior eſt, & longe mitior eſt. Fit interdum tota corpora, interdum partes inſeſtat. Verentes authores illud apoplexiam, hoc paralyſin omninaeunt: nuoc vtrunque paralyſin appellati video.

Apopleſtici (ἀποπλεκτικοὶ) Sunt, quorum videlicet & corpus & mens ſuper ictu fulminis aut morbo. Cel. lib. 3. cap. 26 vocat Attonitos. Iulius Firmic. lib. 3. cap. 5. Sed mortem orhilominus decernit brothanam, aut repentinam aut apopleſtici interite conſueuerunt.

Apopompæi deæ oones, Vide in Alexicaci dæmones.

Aporon (ἄπορον) Controuerſiæ genus inexplicabile: eius exemplum proponunt a Gellio lib. 9 cap. 15.

Aporia, æ (ἀπορία) Indigentia, vel dubitatio, & conſilij inopia.

Aporthogas (ἀπορθόγας) Græci vocant deſtutus quoſdam aerios, qui ad terram labentes ſtellarum caſus imitantur.

Apoſpoſtis, huius apoſpoſtis, ſeminini generis penultima producta, (ἀποσπαστὶς) Figura eſt Quintiliana lib. 9. cap. 2. Apoſpoſtis, quam Cicero Reticentiam, Celſus Obtiennriam, nonnulli Interruptionem appellant: eſt figura ſtotentiæ, qua ſententia iuehoata ſic interrumpitur, vt eius tamen intermiſſa pars intelligatur. Virg. Æneid. 1.

Quos ego ſed motos prætat compeuere fluctus. Cic. pro Milone. An huius ille legis, quam Clodius ſi ſe inuocam gloriatus, mentionẽ facere auſus eſſet vuo Miloone, de diem Coofule? De noſtrum enim omnium, non audeo totum dicere.

Apoſtaſia, apoſtaſiæ (ἀποστασία) Latinè Defectio, eum quis à ſuo duce, à ſua religione, aut à ſua virtute diſſentit, & aliud ingreditur.

Apoſtasium (ἀπόστασιον) Edictum vocabatur apud Athenienſes quo cautum erat vt contumax fugratuſque libertus ſub maiocipio eſſe & ſeruire cogeretur, quoniam libre eſſe neſciſſet. Alexan. ab Alexan. lib. 3. cap. 20.

Apoſtata, apoſtatæ, maſc. g. penult. corr. (ἀποστάτης) Qui abſcedat ab eo quod tuendum ſuſcepit, id eſt, tranſfuga & defector. Vide apoſtatare dicunt dogmatis Euangelicit produores. Budæus.

Apoſtatu, apoſtatus, penultima correpta (ἀποστασία) Rebello, abſiſto, & oppugno quod antea defendebam. Cyprian. ad Cooo. Eos qui velut apoſtatauerunt, & ad ſeculum, cui renunciauerunt, cruenti, gentiliter vtuunt, vel ad hæreticos tranſfuge facti, contra eccleſiam peregrinalia arma ſuſcipiunt.

Apoſtema, penultima producta, apoſtematis, oeutri generis (ἀπόστημα) Latine pulmonarium quæ fites conuerſu mali humoris in aliquam partem corporis. Plinus libro 20. capite 33. Caro eius interuallo ſine ſemine, clauis pedum, & ſuppuratiooibus, quæ Græci vocant ἀποστήματα. Celſus lib. 2. cap. 1. Abſceſſus corporis, quæ ἀπόστηματα Græci oominant.

¶ Apoſtema propriè ſpatium ſignificat.

Apoſtolus, apoſtoli, penultima correpta (ἀπόστολος) Latinè ſonat miſſus aut legatus, à verbo Græco ἀποστέλλω, quod eſt Cum mandatis emino. ¶ Apoſtoli item dicuntur libelli, ſiue literæ dimiſſoriæ, quæ ab eo à quo appellatum eſt, ad eum qui de appellatione cognituras eſt, teſtandæ appellationis cauſſa danlur. L. dimiſſuriæ. D. de verbor. ſignif. & l. 1. D. de libel. dimiſſ.

Apoſtr

Apostrophe, apostrophes, pen. corr. fg. (ἀποστροφή.) Latinè Conuersio. Figura est quum sermo à recto & instituto ordine in diuersum ac contrarium vertitur. Virg. 2. Georg.

Sepiadas duros bello, & te maxime Cæsar. Idem 2. Æneid.

Impulerat ferro Argol. eas ædare lacebas:

Translque nunc flares, Priamique arae alta manerent. Et Rufiniano. Quinetiam lib. 4. Semina à perfona iudices auersus, qui κατηγορία dicitur.

Apostroph'a Venus (κατηγορία τῶν ἀφροδισίων) quam non Vertibilem Venerem dicere possimus, terra ellequæ ab Harmonia Cadmi vxore conflitua sunt. Hæc eadem hominesa fceli-tis & impiis operibus, & dedecoris parum æquis, malisque cogitationibus auertere putabantur. vnde & illi nomen indtum, quod in Baoti. ferebat Pausan.

Apostrephus, apostrophi, pen. corr. masc. g. (Κατηγορία.) Latinè Auersio. Et est circuli pars dextera, sed ad summam literam consonantem apposita, cui vocalis subiracta est, & tit a. Hac nota deesse oltendimus parti orationis vltimam vocalem, cum consonanti remanente, Tanton' me erimine dignum? pro, Tantone. Sic, Ain', videⁿ, pro Ainne, videⁿne. & similia. Ex Diomede lib. 2.

Apotelesima (ἀποτέλεσμα.) Est circus hucofeipi, huc est, Quicquid ex astrorum compositione & aspectu mutuo affectum, in natali hora conuque effici. ¶ Hinc Apotelesmatici, poli Homeri ætate dicti sunt, qui nunc Mathematici & Chaldæi vocantur, quorum curiositas nihil reliquit quod planetarum non subiecerit potestati, vt in primum lib. Iliad. annotauit Eustathius. ¶ Dicuntur etiam Apotelesmatici, mathematerorum seu astrologorum responsa. Laeni Prædictiones, vel iudicia vocant. Firmicus lib. 1. cent. 1. Nobis idem fuam astrologia, responsionum apotelesmatumque diuinis ac manifestissimis authoritatibus cumprobauit.

Apotheca. apotheca, pen. prod. fg. (ἀποθήκη.) Latinè Repositorium: sed apud Latinos præsum pro Cella vinaria pun. folet. Plin. lib. 23. cap. 4. Vinum si fit sumo inueteratum, vtfallubertimum est, manifestas illa in apotheciscognoscere. Sic idem sæpe alibi. Videur tamen à Cella differre: vesit Apotheca matus quod dam repositurium: Cella verò minus, ad vsum feilicet quotidianum. Colum. lib. 12. cap. 8. Pars autem fructuaria, diuiditur in cellam oleariam, torcularium, cellam vinariam, dolitoria m, fenariam, palearium, & apotheca, & horrea. Cic. in Verrinum, Quum omnium domos, apotheeas, nauéque fumentiffimè feruiuere.

Apotheosis, huius apotheosis, pen. prod. fg. (ἀποθέωσις.) Latinè (Seruio interprete) Relatio inter deos, siue in diuorum catalogum, quæ quibus ceremoniis apud Romanos fieri consueuerit, eleganter scribit Herodianus in primo pio lib. 4. τὰς μετὰ τὸν βίον θεοποιήσεις. Vulgò vocant Consecrationem funeliem.

Apotropæi damones, Vide in Alexicaci damones.

Apoxyomenos (ἀποξυόμενος.) pen. corr. Distringens. Ἀποξύω enim, Distringo significat latinè. Sigoum fuit, ylippi opus, de quo Plin. lib. 34. cap. 8.

A P P

Apparatus, Vide Apparo, apparas.

Apparco, apparci, pen. prod. apparui, appatitum, pen. corr. (ἐφαίνομαι.) apparere, Videri, Virgil. Æneid. 9.

Apparent rari nantes in gurgite vasto. Vbi Seruius, Allud (inquit) fel parére, & aliud apparére. Parére enim eft obedire: vt, Parce amor dicis. Apparere autem, Videri. vt 1. Georg.

Apparet liquido fublimis in ære nisus. Et hæc obseruatio diligenter cuftodire debet: licet eam authores mera cunia, vel claufulæ plerunque cernere opeant. Cic. pro Flacco, Siqua vfpiam tabula pæna donum apparuiffet.

¶ Apparere, Manifestum & euidens esse. Plin. in præfat. lib. 13. Quo apparuit fummam artis fecuritatem authori placuiffe. Terentius Adelph. 4. 9.

Doreui, monui, bene præcepi semper quæ potui omnia.

Res apparet. Dictum per ironiam.

Opera apparet. Plaut. Pfeud. 3. Pro pretio facio vt opera appareat.

Promiffa apparent. Terent. Eunuch. 2. 3. Fac fis nunc promiffa appareant.

Eminere & apparere: cui contrarium Occultare, opprimere & abscondere. Cic. pro Rofc. Amer. Eft quiddam quod occultatur: quod quo ftudiofius ab ipfis opprimitur & abscondtur, eò magis eminet & apparet.

Apparet & Obscurum est, contraria. Cic. ad Rufum, lib. 5. 19. Quid refcitum fit, apparet: quid expediat, obscurum eft.

Apparet aperté. Lucret. lib. 2.

Vt apparet. Cic. pro Flacco, Siue hoc Romæ confictum eft, vt apparetsiue miffum domo eft, vt dicitur.

Quum apparere. Cic. ad Ma cellum, lib. 4. 7. Quid fentiam nihil attinet dicere, quum appareat ipfe quid fentiam.

Apparent data esse vt ad &c. Cic. 3. de fin. Membra nobis ita data funt, vt ad quandam rationem vtuendi data esse appareant.

Apparet atque extat vtum fimus earum rerum rudes, an dideciimus. Cic. 1. de Orat.

Nec refligium quidem eloquentiæ apparet in eo. Cic. de Orat.

Nihil apparet in eo ingenuum, nihil inodcratum. Cic. 3. Philipp.

¶ Apparet, cum præpofitione a x, aut siue ea. Cic. 5. Verr. Ex quo facile apparet, quæ merces Decuniari, quæ Prætoris præda esse videatur. Plin. lib. 12. cap. 2. Myrobalanum communis eft, nafcens vnguentorum ipfo nomine apparet.

¶ Apparet, cum oratione infinitiui modi. Terentius Eunucho, 3. 2. Apparet feruum hunc esse dominipauperis. Hic autem accusatuus hic verti poteft in nominativum, hic apparet esse feruus dominis pauperis.

¶ Apparet ad. Varro libro 1. cap. 40. Illud quod apparet ad agricolas, id videndum diligenter. Figurate, pro eo quod eft, Apparet ad agricolas.

¶ Apparere, Adesse, præsto esse: dicitur de ministris qui magistratibus semper in conspectu sunt, vt de lictoribus, accensis, &c. Cic. pro Cluent. Quid sibi autem illi scribæ, quid lictores, quid exteri, quos apparere huic quæstioni video, volunt?

Apparere alicui, eli quod Sueton. de elar. Grammi. dicit Apparitum tuere. Liuius 2. ab Vrbe, Quatuor & viginti lictores apparere consulibus. Valerius lib. 1. cap. 2. Pinarium lictori, vt sibi apparereis imperauit.

Apparere ad locum. Virg. 12. Æneidos,

Hæ Iuuis ad solum, fæuique ad limina tegis

Apparent. Id eft, Præsto sunt ad obsequium. Vnde etiam Apparitores cunctæ esse nominatos. Seruius.

Apparére domi. Plautus Capt. 7. Ar ego mux apparebo domi. Id eft, Adero.

¶ Appacere, pro Comparere. Terent. Eunucho, 4. 2. Ille autem bonus vir nusquam apparet.

Apparere in aliquo loco. Cicero pro Sylla, An verò in quibus subfellijs hæ ornamenta ac lumina Reipub. viderem, in his me apparere nollem?

Apparet, penè in eadem figuificatione, etiam de re inanimata dicitum legitur. Plaut. Amphit. 8.

hic patera nulla in cistula eft. A. M. aut ego audio?

A. Id quod verum eft. A. M. at eum cruciatu, nisi apparet, tuo. Hoc eft, Nisi extat patera. Deinde respondet Alcmena, Hæc quidem apparet. Quasi dicat. Ego adeft ipfa.

¶ Apparere, aduentum repentinum videur interdum fignifieare. Cic. in epift. Quum equites Antonij apparuiffent.

Apparere in eius nomine enum dare libri, cui ded eatus publicatur. Cic. in Paradox. Acciples igitur hue parum opufculum luculeratum iam his contractioribus noctibus, quoniam illud maiorum vigiliarum munus in tuo nomine apparuit. Iam enim & libros de finibus bonorum & malorum, & Quæstiones Tusculanas Cicero dedicarat Bruto.

Apparitio (ἀφανισμός.) verbale, Visio, visum aliquod.

¶ Apparitio pro præstatione officij, seu præsteita ad obsequendum: cuiusmi di soler esse apparitorum erga magistratus. Cic. ad Thermd. lib. 13. & Vlp. in l. 2. D. quod met. cauff.

Apparitor, pen. cor. verbale (ὑπηρέτης, διάκονος.) Minister magistratuum, Lictor, Viator. Accensus, &c. Cic. 5. Verr. Apparitores à Prætore assignatus habuiffe. Decumanum. Idem 2. Philip. Quis vnquam apparitor tam humilis, tam abiectus?

Apparitor regis. Liuius 1. ab Vrbe, Fit fuga, regis apparitorem aut que comitum.

Apparitoris autem nomine omnes intelligunturqui magiftratui apparere solent, cuiusque imperio præsta esse. vt lus Scribæ, Accensi, Interpretes, Lictores, Viatores, Præcones. De Scribis quidem, Cic. Verr. 5. Tu ex pecunia publica in stredecies scribas tuum permisiu tuo quem abillustri fortate, reliquum tibi vllam defuiffe non puras esse? Paulo pòst, In eadem ciuitate apparitori tuo esse concessum, vt in 3 uno nomine tredecies auferret? De Interpretibus, testis eft epistola ad Therm. lib. 13. epist. 55. Quum multa mihi gratæ fuerit, quæ in addictus mea commendatione fecisti: tum in primis, quod M. Marcellum amici atque interpretis eius filium liberalissime tractauiti. In fine, Ego quum ante ftudiosse commëdabam Marcellum, tum oultio nunc ftudiosius, quòd in longa apparitioe singularem & propè incredibilem patris Marcij, bonem cognoui. De Lictoribus autem, ad Quint. lib. 8. epist. 1. Si lictor non fuse sed tuæ lenitatis apparitor: nunquique præterire faices illi ac fecures signatas insigna, quam potestatis. Et apud Gell. lib. 2. cap. 2. ex libro Quadrigarij, Quod postea quam lictor illi qui apparebat, cuò intellexit, Maximum Protconsulem defendere iuste.

Apparitus, apparitus, pen. prod. (ἀφανισμός.) Adus ipfe alicui apparendi. nomen fe fouteatum vt Scriptura. Vnde, Apparitorum facere dicitur qui eft apparitor. Suetoo. de claris Grammat. Ob hilus apparitoram magiftratibus fretus.

Apparo, apparas, pen. corr. (ἑτοιμάζω, παρασκευάζω, κατασκευάζω.) apparare. Valla lib. 5. Præparare & Apparare ita differunt: quod Præparare, eft Ante parare ftit quæ vtilia funt, aut fore credit: Apparare, ad dignitatem quandam, ac veriùs pompam. Id eoque oratores præparant, quibus obtinere causam possint. Cic. 3. Offic. Erat opiparè a Pythio apparatum conuiuium.

Apparare aggerem. Cæsar 7. bel. Gall.

Bellu. Cic. pro leger Man. Pompeius extrema hyeme bello apparauit.

Cenam. Terent. Heaut. 1. 1.

Conuiuium. Terent. Adelph. Et Cic. 6. Verr. Ornare & apparare conuiuium.

Crimina apparare in aliquem. Cic. ad Q. frat. lib. 2. 7.

Crimina infoni. Seneca in Hippol. 6.

Tabiteam. Plaut. Pœn. 16. Nunc hoc eoofilium capio: & hanc fabricam apparo, Id eft hanc fallaciam paro. Quasi magno eum molimine & apparatu.

Fogam. Hirtius de bello Alexandrino.

Iter. Cic. pro Mil. Qui illud iter ad eudem faciendam apparasset.

Ludos. Cic. ad Q. frat. lib. 3. 24. Ludos apparat magnificentissimos: fic inquam, vt nemo fumptuosiores.

Nuptias. Terent. And. 4. 1.

Prandium. Plaut. Menæch. 4.

¶ Apparare, pro Parare. Plaut. Epid. 8. Nunc iteruin vt fallatur parati, vbique autilium apparetur. Sic Apparare præsidium apud eundem in Rudente, 17.

Apparatus fum, vt videris. Plaut. Merc. 12.

¶ Apparare, cum infinitiuo. Plaut. Asin. 9. Vah delenire apparas. pro Paras.

¶ Apparare animum, pro Præparare. Vt in Rhetoricis ad Herennium, Per quod animus auditoris vel iudicis conflituitur, vel apparatur ad audiendum.

¶ Apparatur, impersonale. Terent. Eunuch. 3. 1. Dum apparatus,

virgo in conclaui sedet. Id est, Dum sit eius rei apparatus. De baleneo loquitur.

Apparate {παρασκευάζω} adverbium qualitatis, apparatius, apparatissimè. Cic. Att. lib. 13. Itaque & edit & bibit ἀπαρασκεύως iucundè opiparèq; sanè, & apparatè.

Ludi magnificè apparatéque facti. Liu. t. bel. Maced.

Apparatus, adverbium, Luuius, sumptuosus, maiore apparatu. Plin. Iunior, lib. 1. epist. 15. ad Erutium, Potes apparatius cœnare apud mul tos, nusquam hilarius, simplicius, incautius. Subaudi, quàm apud me.

Apparatus, participium {παρασκευασμένος} fiut nomen ex participio: Vnde Apparatior, & Apparatissimus. Cic. ad Marium, lib. 7. Ludi apparatissimi, sed non sui stomachi.

Apparatus homo. Cic. t. de Legib. Aeque ad illam causam opera rum ad quam ego nunquam nisi apparatus & meditatus accedo.

Instructa & apparata domus omnibus rebus. Cic. t. de Inuent.

Apparatus oratio, & apparatus rerum. Author Rhetor. ad Herenn. lib. 1. Vt non apparata oratio esse videatur. Ibidem, Item vitiosum est, quod nimium apparatis verbis compositum est. Vtrobique loquitur de Exordio ex procœmio vitioso.

Apparatus, huius apparatus, pen. prod. {παρασκευὴ} verbale. Cic. 3. de Oratellia quæ in apparatu, fori appellanur iuligna.

Apparatus, & ornatus. Cicero in Vatinium, Sed omitto epulum, Pop. Rom. festum dirm, argento, veste, omni apparatu ornatúque vsendo.

Epularum apparatus ſ magnificentia ree cdens. Cic. in Brutū.

Magnificus apparatus. Cic. 2. Offic. Vide MAGNIFICVS.

Minorem apparatum habrnnia præcepta docendi. Cicero de claris Oratoribus.

Nullo apparatu, pure & diluculè dicere. Cic. 1. de Orat.

Apparatus Perfectus. Vide PERFECTVS.

Apparatus belli. Cic. 4. Aeneid. De hoc autem Valla lib. 5. Apparatus (inquit) videtur interdum significare & apparatum ipsum, & præparationem: vt Apparatus belli, quali præparatio.

Apparatus triumphi. Cic. Attico, lib. 6. Dices nummos multi opus esse ad apparatum triumphi.

Apparato, aliud verbale {παρασκευάζω} Idem quod Apparatus. Cic. 2. Offic. Et enim multus in laudanda magnificentia, & apparatione popularium muerorum. Idem 1. de Inuent. Propterea quod ex his fuspicio oritdam apparationis, atque artificiosæ diligentiæ nasci tur.

Appello, appellas {φωνήεντα συμφωνοῦντα} appellare, ex Ad, & Pello, pellis, mutata coniugatione. Prope & significat Nominare, id est nomen imponere. Cic. pro Cœcina. Vtinam eodem tum in ædibus, quo in lege non appellantur.

Nomen appellare. Cic. de Vniuerſit. Cæterorum siderum ambitus ignorantes homines præter admodum paucos, neque nomen appellant, neque inire fe numero commeminer.

Appellare nutu & significatione. Cic. Lentulo, lib. 9. Quidam homines, & idem illi quos sæpe nutu significatione que appello.

¶ Appellare, Dicere. Cic. in Lælio. Nunc dubitare illum in omni sermone appellare sapientem.

Appellare & vocitinare. Cic. in Lælio, Vnum te sapientem appellanti, & existimanti.

¶ Appellare, Vocare. Plaut. Trinum. 3. Si appellatrix, respondulcet nomine.

Appellare nomine vel nominatim. Cic. 7. Verr. Appellabantur à multitudine mulieres nominatim. Cic. 4. Acad. Me autem nomine appellabat. Idem ad Patrum, lib. 9. 22. Placet Stoicis suo quaneque rum nomine appellare.

Appellare nomine, aliter. Cic. pro Cerinna, Scruos non numero distinguunt, sed appellant vno familiæ nomine.

Appellare nuncupatione, aliter. Cic. pro Cœcina, De liberis quiſquis est, procuratoris nomine appelleiur.

Nomen oriri vti eum lacrymis identidem appellare. Cicero 2. de Inuent.

¶ Appellare authores. Plin. lib. 28. cap. 3. Fides tantum authores appellet. Plin. ep. 8. Fides ſit penes authores. Non enim hic fidem meam obstringo, ſed ad authores relego lectorem.

¶ Appellare solum. Plin. lib. 16. cap. 33. Hoc est, terram solicitare & mouere, vt fructum pariat.

¶ Appellare, Alloqui, & verba eum aliquo facere. Plaut. Pœnulo, 16. Vin' te appellem hunc Punicè? Id est, Iunico sermone eum alloquar. Est autem eius qui verba prior facere incipit. Cic. t. Phil. Te autem M. Antoni absentem appello. Ex Budzo.

¶ Appellare, Familiariter respondere. Terent. lib. 2. 7. Quum mei me adeunt seruuli, non dominum ego appellem meam?

Appellare & interpellare. Cic. ad Q. fratrem 2. 12. Tu verò vt me & appelles & interpelles, & obloquare & colloquare velim.

Appellare blande. Plaut. Casin. 5.

-blandè hæc mihi{mala res}

Appellanda est vxor mea, Bea amentia, quid tu agis? Cicero pro Cluentio, Appellat hilari vultu hominem Balbus, vt blandissimè poteſt.

Comitet vnumquemque appellare. Cic. 13. Philipp.

Verbo grauiore. Cic. 5. Verr.

Aperius aliquem. Cic. contra Rullum.

Superbius aliquem. Cic. pro lege Manilia, 6.

Honorificentissimè aliquem. Cic. ad Ceeinnam, lib. 6. 6.

Appellare de re aliqua, in eodem significatu. Plautus Aulul. 7. Est quod te volo de communi re appellare mea & tua. Quasi dicat, Teeum agere.

Appellare literis quempiam, Quasi alloqui per literas. Cic. Trebonio, lib. 12. 20. Quo tolerabilius feraniis ignieulum desiderij tui, crebris nos literis appellasti. Id eſt, Sæpe ad me scribto.

¶ Appellare interdum est nomen alicuius efferre & prodere. Cic. 3. Verr. De quo nullius fi velim dicere omnia: nullus appellandi, tedendique fuit. Id est, Nominatim prodendi.

¶ Appellare, pro Interpellare, vt, Tacitum aut legentem appellare. Horat. 1. Serm. sat. 3.

Simplicior siquis, (qualem me scpe libenter

Obtulerim tibi Mecœnas) vt forte legentem,

Aut tecum appellet: quouis sermone molestus, &c. Cic. in Bruto, Videor enim iam te assurus appellare, quonam longo mercatlo modò primum animaduerti paulò ex hilariorem. Lambin. Quidam impellat legunt in Horatio sed mendosè.

¶ Appellare aliquem, pro In iudicium vocare. vt, Appellare aliquè de aliqua causa. Cic. 1. Offic. Cauendum est etiam ne nesidem de causis alij plectantur, alij ne appellentur quidem.

Virginem appellare de stupro. Quinct. lib. 4. cap. 2.

Appellare aliquem in iudtum ætimandis. Cicero pro Rabirio Posthumo.

¶ Appellare, cum infinitivo. Liu. 1. Dec. lib. 3. Virgini & eumanum iniectu, ſeruas ſua natam, ſeruúmque appellans effe.

¶ Appellare, reddere vt ei debitum flagitantis à debitore. Cic. pro Quintio, Brennio iam confecto fere, appellas. Idem Attico, lib. 15. Tulliola deliciæ nostræ iuum munuſculum flagitat: & me vt sponsorem appellat.

Appellare de pecunia aliquem. Cic. 2. Philipp. Appellatus es de pecunia quam pro domo, pro horris, pro sectione debebas.

Appellare ad diem & horam. Seneca de Beneficiis lib. 1. cap. 2. Nec auarus exactor ad horam & diem appellat.

Appellari pecunia. Quinct. lib. 5. cap. 13. Eras hæres & pauper, & magna pecunia appellabare creditoribus.

¶ Appellare, Auxilij gratia quempiam implorare. Cic. pro Milone, Vos, vos appello fortissimi viri, qui multum pro Repub. sanguinem effudistis: vos in vri & in rium inuicti appello pereulo Centurionis, vosque milites.

Appellare, & implorare. Cic. pro Quinctio, Quid agedum est? qui deus appellandus est? cuius hominis fides implorandæ est?

Implorare & appellare. Cic. 7. Verr. Vos etiam atque etiam imploro & appello sanctissimæ decæ.

Vltro aliquem appellare. Cic. pro Flacco, Me vultu appellat, meâ quidammodo ſtem fidem implorat.

Vsurpare & appellare deum. Cic. de Vniuerſit. Iouem atque Iunonem reliquos fratres inter ſe, agnatióque vsurpare atque appellare solemus.

Appellare deum, Testari deum. Cic. ad Octauium. Nam per deûm immortalium fidem (nisi forte fruſtra eos appello, quorum aures, atque animos à nobis abhorret) peto, tortunam populi Romani, &c.

¶ Appellare aliquem victorem, Pronuntiare. Virg. 5. Æneidos.

Et primum ante omnes victorem appellat Aeſſen. Hoc eſt, Eum victorem pronuntiat.

Regem. Cic. ad Attic. lib. 5. Deiotarus ſilius qui rex ab Senatu appellatus est.

¶ Appellare virginem vel matremfamiliàs. Est blanda oratione pudicitiam eius attentare. Vlp. l. Item apud Labeonem. D. de iniuriis.

¶ Appellare literas fasuere, Id eſt, Latetas neque putidus, neque obscurus, ſed dulci ſono expriment. Cic. neque expreſſe nominat, neque opreſſe sint. Cic. in Bruto, Fuit in Catulo sermo Latinus: quæ laus dicendi non mediocris, ab oratoribus plerique neglecta est: Nam de sono vocis, & fuauitate appellandarum literarum, quoniam ſilium eſt cognouiſſe, noli expectare quid dicam. Idem de Catulis ferbet Cic. lib. de Offic. & 3. de Orat.

¶ Appellare, Est à sententia inferioris iudicis ad superiorem prouocare: aut etiam extra iudicium implorare ſuperiorem poteſtatem in iniuria, quæ fit nobis ab inferiore magistratu. Vlpianus, l. t. D. de appellation. Qui appellat, maiorem iudicem debet appellare. Sentpetarem connungitur accuſationis, cliquc vel sine præpoſitione, vel ea interuenience. Cic. pro Planeio, Appellauit populum: tribubus ſubmiſi me. Liu. 2. ab Vrbe, Ad Volerouem lictor miſſus eſt à Conſulibus. Volero appellat Tribunos.

Appellare ad Tribunos. Cic. ad Att. lib. 13. Ad tribunos quòd appellet, vale probo. Aliquando additur eius perſona à qua appellatum eſt. Cic. pro Quintio, Cuius procurator à Prætore ad Tribunos appellare ausus. Quinct. lib. 11. cap. 1, Modò & apud eos à quibus appellatum erit, ſi forte ad roſdem remittentur, adudienda ratio.

A literis pridem ſibi editis appellare. Maeer in l. vltim. D. quando appellard.

A ſententia appellare. Paulus in l. vltim. D. Quæ ſenten. sine appellat. recten.

Ab executore ſententiæ appellare non licet. ſed ab eo qui malè ſen tentiam iam interpretari dicitur, appellare licet. Macer l. 4. D. de appellation.

Aduerſus aliquem appellare. Paulus l. 1. D. An per al. eau. appell. red. poſſ.

Alieno nomine appellare. Vlp. l. 1. 6. Tutores. D. quando appellan.

Contra aduerſarium appellare. Vlp. l. 3. D. de appellation.

Contra prolatam ſententiam inuitam appellare. Modeſtinus in l. præſes. D. de re iudicat.

Ex ſtntentia aliqua appellare. Modeſtinus in l. Si expreſſum. D. de appellation.

Fruſtra appellare. Vlp. l. 1. 5. ſiquis tutor. D. quando appellan.

In alirna rauſa ei, qui in iudicio expensus non eſt, appellare non licet. Macer in l. 1. D. quando appellau.

Non iuſtè appellare. Papyrius in l. Imperatores. D. de appellation.

Per procuratorem appellare. Macer l. 4. D. de appellanon.

Procuratorio nomine appellare. Macer in l. 2. D. quando appellan.

Pro hac cauſa appellare, Macer in l. t. in fine. D. quæ ſentent. ſine appellat. reſeun.

Vna voce aqua actà appellare. Macer l. 2. D. de appellation. & Martianus in l. A ſententia. eod. tit.

¶ Appellare pro appliare, apud veruſtiſſimos. Afranius apud Nonium.

Appellatio,

Appellatio, verbale (ἀπὸ τοῦ ἀγγέλλω) ſi pius idem quod nomẽ ſignificat. Plin. lib. 7. cap. 13. Quint. Metellus Macedonicus qui ſex liberos reliquerit, videtur nobis reipſa: nurus vero generoſiores, & omnes qui ſe parits appellatione ſalutarent, viginti ſeptem.

Appellationes nauium, & clorum vocabula. Gell. lib. 10. cap. 25. Ignominioſa. Vide TOPONOMIA.

Appellatio probroſa. Gell. lib. 1. cap. 5. Maledictis appellationibuſque probroſis in Cæſarem.

Regum appellationes venales erant: ſeruatum omnibus vicatim celebrabatur tota vrbe deſertipto. Cic. pro Domo ſua.

Appellatione eadem ſignare. Quintil. lib. 9. c.

¶ Appellatio, apud antiquos pars erat orationis à nomine diſtincta. Quintil. lib. 1. cap. 7.

¶ Appellatio, læſe eſt prouocatio à minore iudice ad maiorẽ. Plin. lib. 6. cap. 23. Nec niſi plurium ſententia quenquam capite damnari: ſic quoque appellationem eſſe ad populum.

Admittetur eius appellatio. Vlpian. in l. Si cuius. D. de appellation. retinend.

Cognoſcere de appellatione. l. vnic. D. de libel. dimiſſor.

Auxilium appellationis denegare. Scæuola in l. vtim. D. de appellation.

Exequi appellationem, Id eſt, Perſequi. Scæuola in l. negotiorum. D. de appellation.

Explicare appellationem. Scæuola in l. negotiorum. D. de appellat.

Euaneſcit appellatio. Macer D. Si penden. appellat. Appellatore defuncto, ſiquidem ſine hæredc, cuiuſcunque generis appellatio ſuerit, euaneſcit.

Fiat ab iſto appellatio. Vlp. l. 6. Sed etſi. D. quando appellan.

Interponere appellationem. Scæuola in l. vlt. D. de appellation. & Vlpian l. Quum ex cauſa. eod. tit.

Pendet appellatio, & Pendente appellatione. Papyrius in l. Imperatores. D. de appellation.

Pergere appellationem, Id eſt, Perſequi. Macer D. ſi pẽden. appellat. Quod ſi appellatori heres exiſterit: cogendus non eſt peragere appellationem.

Appellationis cauſam perſequi. Paulus in l. penult. D. de appellat.

Appellationis merita probare. in l. penult. D. de appellation.

Pronuntiare de appellatione. Vlpian. D. mihil in oua appellation. interpo.

Recipere appellationem alicuius. Macer l. 4. D. de appellat. recip.

Appellationis cauſas reddere. Scæuola in l. vlt. D. de appellation.

Neceſſitas appellationis remittitur, quum contra factas conſtitutiones iudicatur. Macer in l. 1. D. qui ſe ſenent. ſine appellat. refem.

Auxilio appellationis vti. Macer in l. Serui. D. de appellation.

Appellatio Tribunorum. Cic. pro Quint. Videturne interceſſiſſe appellatio Tribunorum, nõ more, ſed auxilij cauſa? Quo loco Turnebus, Appellantur Tribuni (inquit) more & inſtituto, & exempio, quum eorum interceſſio poſſulatur, ſiquid vnique à Prætore, verbi gratia, decernatur: at quum auxilij cauſa appellantur, id verò non fit more in cauſis: quia qui id facit, de cauſa ſua cognoſcet non vult. Qui autẽ auxilij cauſa Tribunos appellabat in litibus, is ſe æquo iudicio certare nõ poſſe clamabat. Obiicit Vatinio Cicero quod appellare Tribunos ne cauſam diceret, iuraſſeque ideò ſe cierare, quòd æquo iure vti non poſſet. Turnebus.

Appellatiuus, penul. prod. (ἀπὸ τοῦ ἀγγέλλω) adiectiuum eſt ſictum à Grammaticis vt quum dicunt Appellatiuum nomen. Priſcian. lib. 2. Appellatiuum nomen natura eſt commune ſit multorum, quos eadem ſubſtantia, ſiue qualitas, vel quantitas generalis vel ſpecialis iungit. Generalis vt, Animal, corpus, virtus. Specialis vt, Homo, lapis, gram maticus, albus, niger, magnus, breuis.

Appellator, pen. prod. appellatoris, pen. prod. verbale (ἀπὸ τοῦ ἀγγέλλω) qui appellat: Hinc eſt, qui ab aliquo iudice ad alĩ prouocatur. Cic. 6. Verr. Quæſtor Prætorem appellat. Et paulo poſt, Quo quidem die mihi ægrius factum eſt multo labore meo, quam vt manus ab illo ap pellatore abſtinerentur.

Appellatorius, a, dictum, Quod ad appellationem pertinet. vt, Libelli appellatorij, Vlp. l. 6. vti. D. de appellat.

Tempora appellatoria. Tempora illa dicuntur intra quæ appellatio interponi poteſt. l. ſi cuius. D. de appell. recipiend.

Appellito, appellitauis, pen. corr. (ἀπὸ τοῦ ἀγγέλλω) Feſtus, Appellitauiſſe (inquit) pro Appellauiſſe.

Appello, appulſi, appulſum, pen. corre. appulſum (ἀμφοτερόκλιτως) ſimpliciter. Propriè dicitur quum ex pelago aut freto quis ad littus acceſſerit, ait Donatus. Eſt autem verbum actiui generis: & proprie dicimus, Nauis appulſa eſt, non autem appulit: ſed, Homo aut ventus nauem appulit. Author Laurentius in Ioguint. Cic. 7. Verr. Poſteaquam paulum prouecta claſſis eſt, & Pachynum quinto die denique appulſa eſt. Ibidem. Appellunt nauis Syracuſas.

Appellere nauem aut claſſem ad locum aliquẽ. Cic. 3. de Nat. deor. Qui quum ad Peloponneſum claſſem appulliſſet.

¶ Appellere, interdum videtur abſolute poni. Liu. 8. ab Vrbe, Eo anno Alexandrum Epiri regem in Italiam claſſe appulliſſe conſtat. Quintil. lib. 7. cap. 4. Pater cui à trauſmarina peregrinatione, quum ad littus idem appulliſſet: lecto nomine ſuſpendit ſe. In priore poteſt ſubaudiri se accuſantium: in poſteriore verò NAVEM aut se. Sed vtcunque eſt, hoc eſta eſt huiuſmodi loquutio.

Appellit ſe homo. Terentius Andr. 4. 6. Haud aſpicere à hoc me appuli. Verba ſunt Critonis, qui naui Athenas venerat.

Appellere aliquem alieni loco. Virg. 3 Æneidos,

Hinc me digreſſum veſtris deus appulit oris. Pro ad veſtras oras.

Ad ſcopulos, dicitum per metaphorã. Cic. pro C. Rabirio perduellionis reo, Nec tuas vsquam rationes ad eos ſcopulos appuliſſes, ad quos Sextii Titij afflictam nauem, & in quibus C. Decianæ naufragium fortunarum videres.

¶ Ad aliquem. Cic. 1. de Diuinat. Viuas eſt in ſomnis paſtor ad me appellere. Subaudi, Gregem.

¶ Appellere, Applicare, admouere. Cæſ. bel. Ciu. Contra hæc Pẽpeius naues magnas onerariàs, quas in portu Brundiſino deprehenderat adornabat. Ibi turres eum tertis tabulatis erigebat: eaſq; multis tormentis, & omni genere tormentorum cõpleias, ad opera Cæſaris appellebat: vt raies perrumperet, atque opera diſturbaret.

Ad aquam animalia, Id eſt, potum agere. Varro de Re ruſt. libro 2. cap. 5. Æſtate ad aquam appliendum bis, hyeme ſemel. Id eſt, appelendæ ſunt. Sic enim fere Varro loquitur. Eſt autem illud de vaccis dictum.

¶ Appellere animum ad aliquid. Terent. in prol. And. Animum ad ſcribendum appulit. Hoc eſt, Adhibuit, adiunxit, applicuit: quod eſt ſe ad ſcribendum contulit.

Ad vxorem animum appulit. Terentiin And.

Mentem ad philoſophiam. Cic. 2. de Orat. Timidè tanquam ad aliquem libidinis ſcopulum, ſic tuam mentem ad philoſophiam appuliſti.

Aliquem ad aliquem vel aliquid. Plaut. Rud. 23. Ad ignorum arbitrum me appellis. Videtur antiquè dictum pro Cogis, cõpellis, adducis. Idem Aſin. 2. Argenti viginti minæ, me ad mortem appulerunt. Quaſi dicat, pẽné ad mortem vſque me compulerunt.

Appulſus participium (ἀμφοτερόκλιτως) vt, Appulſæ aquæ. Cic. 7. Verr. Vt eos quæ eſſent appulſi naues interfecere poſſent.

Appulſus, huius appulſus (ἀμφοτερόκλιτως) verbale, eſt Acceſſus qui fit nauigio. Liu. 7. bel. Pun. Vt Attalum, quem claſſe Euboeam petiturum audierat, portubus ab littoran appulſu arceret. Id eſt, vt prohiberet eum, ne ad portus aut littora claſſem appelleret.

¶ Appulſus Solis, per metaphorã pro ſolis acceſſu, cui opponitur Abſceſſus Solis. Cic. 1. de Nat. deor. Atque terræ maximas regiones inhabitabiles inculiáque videmus: quòd pars earũ appulſu Solis exaſſerit, pars obrigurrit niue, pruinaq; longinquo Solis abſceſſu. Sic appulſus caloris & frigoris.

Appendo, appendis, appendi, appenſum (ἀπὸ τοῦ σταθμίζω καὶ ἀναφέρω) appendere. Verbum actiui generis, Suſpendere. Plin. Atque vuas iam maturas ad Solem appendere. Valla lib. 3. Appruidere, eſt tum ſuſpendere (vt nouum eſt) vt appendi vuas: tum ad iancem, ſtateráve ponderare.

¶ Appendo aurum vel pecuniam (ἀπὸ τοῦ ἀγοράζω) Cic. 6. Verr. Autibicem iuſſit vocari in forũ, ad ſellam Curulem: & ei palam appendit aurum. Idem 2. Philippica, Vt iam appendantur, non numerentur pecuniæ.

Annumerare & appendere. Cic. pro Roſc. Amer. Tibi eptima fide ſua omnia conceſſit, annumeravit, appendit.

Appendere mutuò, pro Date mutuò. Plin. lib. 9. cap. 55. Sex millia nummo murænarum mutuò appendit.

¶ Appendere per metaphoram tranſlatum ad incorporea. Cic. de opt. genere Oratorum, in proœmio orationum Æſchinis & Demoſthenis, quas ipſe tranſtulit. Nõ enim verba me annumerare lectori putaui oportere, ſed tanquam appendere. Ex Valla. lib. 5.

Appenſus, participium (ἀμφοτερόκλιτως) Suſpenſus. Cic. 5. Tuſcul. In hoc medio apparatu fulgentem gladium è lacunari feta equina appenſum demittit iuſſit.

Appenſum rutum. Liu. 5. ab Vrbe.

Appendix, appendicis, penul. prod. ſg. (ἀπὸ τοῦ σταθμίζω καὶ ἀναφέρω) propriè ædificium quod alteri adiungitur, & quaſi appẽditur: cuiuſmodi formam nunc ædium tabernas, aut officinas vidimus. Feſtus, Appendices dicebantur ab antiquis, quòd circumpenderent: quas nunc appendices appellamus.

¶ Appendix per metaphoram dicitur, quod alij eſt adinnctum, quaſi ex alio pendeat. Cicero in Hortenſio, Videt enim, quod videndum fuit, appendieem animi eſſe corpus: nihilque eſſe in corpore magnum. Hæc Nonius. Budæus, Appendix dicitur quæquid ita accedit rei, vt pars eius ſit, aut reſpiat, vt vua in vite. Varro primo de Re ruſtica, cap. 16. Relinquitur altera pars, quæ extra fundum eſt: cuius appendices veheuenter pertinent ad culturam, propter affinitatem.

Appendix, dictum in acie militari. Liu. 1. bel. Pun. In ripa elephantos ante quadragina diſpoſuit. Carpetanorum cum appendicibus Oleadum Vaccæorúmque cectum imillia fuere. Appendices dixit, quaſi milites additos ad iuſtum aliorum numerum.

¶ Appendix, Spina. Plin. lib. 14. cap. 13. Spina eſt appendix appellata, quoniam baccæ punico colore in ea appendices vocantur. Plura apud eundem.

Appenticula, penul. corr. diminutiuum (ἀπὸ τοῦ σταθμίζω καὶ ἀναφέρω) Cic. pro Rabirio Poſthum. Eſt enim hæc cauſa, quòd ea pecunia peruenerit, quaſi quædam appendicu'a rauſæ iudicatæ, atque damnatæ.

Appeto, appetis, penultima correpta. appetiui, & appetij, per ſyncopam. appetitum, penultima producta (ἀμφοτερόκλιτως, ἀμφοτερόκλιτως) appetere, Vehementer aliquid cupere, deſiderare. Stat. 1. Thebaidos,

-& immemor gremium inceſtatæ parentis Appetit.

Cupidè appetere agros alienos. Cic. pro Roſc. Amer.

Nihil ſibi appetiſſe præcipue Pompeius. Cic. contra Rullum.

Appetere, & depoſcere cæde. Recuſare contrarium eſt, vel abnuere. Cic. 1. Philip. Id non modo non recuſem, ſed appetam etiam atque depoſcam. Seneca in Thyeſte, 35. Nec abnuendum, ſi dat imperium Deus: Nec appetendum.

¶ Appetere & Declinare, vel Refugere, contraria. Cic. 3. de Natura deor. Appetuntur autem quæ ſecundum naturam ſunt, declinantur contrariæ: & omne animal appetit quæ dam, à quibuſdam refugit.

¶ Appetere alicui, & Referuare, veluti oppoſita. Cicero 6. Verr. In hac partitione ornauis, non plus victoria Marcelli Populo Romano appetuit, quàm humanitas Syracuſanis reſeruauit. Appetuit, hoc eſt, Acquiſiuit.

Appetere amicitiam. Cæſar 1. bel. Gall.

Bona. Cic. 4. Tuſc. Quoniámque vt bona, natura appetimus: ſic & à malis, natura declinamus.

Inimicitias. Cic. pro Mil. Ego inimicitias postèum pro te appetiui. Laudem. Cic. 6. Verr. Non alienam mihi laudem appeto. Sic Appetere gloriam, apud eundem.

Mortem. Cic. de Senect.

Regnum. Cæs. 7. bel. Gall. Et eam ob causam, quòd regnum appetebat, ab eis interfectus. Cic. pro Domo sua. & de Senect.

Voluptatem. Cic. 1. de Finibus. Omne animal, simul atque natum est, voluptatem appetit.

Appetere ad. Cic. 2. de Legibus, Quid est quod ad ius pontificium, ciuile appetaris, quæro.

Appetere sibi aliquid de. Cic. 3. de Orat. Quantum illi ipsi oratores de præclarissimis artibus appetuerint.

Appetere quid piam in aliqua. Martial. lib. 1,

Adeone pulchra est mihi fœdius nil est:

Quid ergo in illa appetitur?

¶ Appetere, pro Defiderare. Hirtius de bello Alexandrino, Neque se turò discessurum arbitrarentur: si cuudinones quas reiecerat, rursus appeterent.

Appetere per auaritiam. Cic. pro Rosc. Comœd. Et Roscium quicquam per auaritiam appetisse.

Europam appetere conatur. Hoc est, Perucnire in Europam. Cic. ad Brutum, epist. 1. 1.

¶ Appetere, Ad alterius perniciem interdù referrur, quod vsi tatus dicitur Petere, inuadere, aggredi vt, Appetere vitá hominis id est, Conari eum perdere, seu interficere. Cæs. 3. bel. Ciu. Humerum apertum gladio appetit. Liu. 7. ab Vrbe, Sed quoniam eque ut certamen mutum est, ictuum fœdus os occidisse modo, dolto & vngue hus appetit.

Appetere ferro, aut lapidibus, aut re alia. Cicero pro Domo sua, A quibus ille se lapidibus appetitum, & percussum esse dicit?

Vita, ferro, atque insidias appetita. Cic. pro Rosc. Amer.

Ignominiis omnibus appetitus. Cic. pro Quintio.

Appetit me amor. Plaut. Cibti. 5.

¶ Appetere dextram osculis, Osculari. Plin. lib. 11. cap. 45. Inest & aliis partibus quædam religio, sicut dextra osculis aduersa appetitur, in fide porrigitur.

Appetere aliquid manibus, Est conari aliquid manibus apprehendere. Cic. 2. de Diuin. Puer lapsuier eum lunone in gremio Fortunæ sedem, mammam appetens, &c.

Appetere genas vngue. Ouid. 3. de Arte,

Nec dominæ teneras appetet vngue genas.

Oculos. Tibullus lib. 1. eleg. 6.

¶ Appetere, celtum ad aliquem rem, pro Appropinquare, instare, adeuntare. Liuius 5. bel. Pun. Comitiorum consularium iam appetebat tempus.

Nox appetit. Liu. 5. ab Vrbe. Tacit. lib. 18.

Appetit meridies. Plaut. Mostell. 2.

Appetebant fasa Veiorum. Liu. 5. ab Vrbe.

Propinqua partitudo cut appetit. Plaut. Aulul. 4.

Mare terram appetens. Cic. 2. de Nat. deor.

Deelue, In montis declituatæ ius. Horat. 3. Carm. ode 29.

Dumosa, Dumis obsita. Lucan. lib. 6.

Fallacia, Quod spem agricolæ sæpe fallant, & plus in herba pollicentur quàm præstent in messe. Ouid. 1. de Arte.

Herentia. Ouid. 2. Meram.

¶ Genitale aruum, per metaphorá vocat Virgilius matricem equinam, Georg. lib. 3.

Hiulca fit, Fissa vimis ficcitate. Virg. 2. Georg.

Læta, Probè culta & florentia. Virg. 6. Æneid. De campo Elysio.

Odorifera Arabum arua. Stat. 2. Sylu. 4.

Oluiifera. Quæ oliuam ferunt. Ouid. 3 Fast.

Operosa, Quòd multum operis & laboris exigunt. Ouid. 1. de Arte amandi.

Optima pingui arua solo. Virgilius 2. Georgic. Id est, Arua pinguia, optima.

Pingue. Horat. 3. Carm. ode 4. Virg. 5. eclog.

Vasta. Seneca in Herc. furente 6.

Vtifera. Silius lib. 7.

¶ Credenda Ceres arua. Ouid. 1. de Arte am. Nec sempet credenda Ceres fallacibus aruis. Per Ceresrem semina intelligenda. Diducta aua ingis. Sil. lib. 2.

Laxant arua sinus Zephyrique tepentibus auris. Virg. 2. Georg. Id est, Vere aduentante refoluuntur qux hyeme concreta, frigoribus rigebant.

Imperare aruis, Est ita arua colere, vt fruges ferant quantas ipse desiderat agricola. Virg. 1. Georgicotum.

Exercetque frequens tellurem, atque imperat aruis.

Flauis aruis mellotè indueere, id est maturis. Virg. 1. Georg. Seru. Infequs

Insequi arui ſacro ſemine. Virg.1. Georgicorum,
Quid dicam, ſacro qui ſemine cominus arua
Inſequitur? Cominus. Id eſt, ſtatim, ſine intermiſſione. Inſequitur, Proſequitur & non ſinit quieſcere. Seruius.
Iuuare arua, Prodeſſe aruis. Virg.1. Georg.
Parére arua colono dicuntur, quum ſequum laboribus fructum exhibent. Virg.1. Æneid. Reſponſet illi quod i. Georg. ſcribit idem, Imperare aruis.
Aruo ahquem paſcere, Id eſt, frumento, & iis quæ in aruo naſcuntur. Horat.1. epiſt.17.
Marte populata arua, Vaſtata bellorum tumultibus. Horatius 3. Carm.
Aliena arua iugo premere, Arare alienos agros. Virg.10. Æneid.
Florentia proterit arua, exurſique herbas. Ouid.2. Metamorphoſ. de Inuidia.
Eurus arua radit imbribus. Horat. E pod.16.
Renouare aruum. Ouid.15. Metam.
Mutatis requieſcunt ſcribus arua. Virg.1. Georg.
Ab aruis arua reuellere. Ouid. 6. Metamorph. Achelous fluuius de ſeipſo.
Lato ſpatiari aruo. Ouid.4. Meram.
Squalêſ abductis arua colonis: Quia nemo colit ea. Virg.1. Georg.
Subigere arua, Colere. Virg.1. Georg.
Vrit arua Sol. Ouid.6. Metam.
¶ Arua, araurum, fœm. gen. legitur apud antiquos. Næuius Lycurgo lib.3.
Quæque inecdunt omnes aruas obterunt. Pacuuius,
Poſtquam calamnas plures annos aruas calutur. Ex Nonio.

A R X

Arx, arcis, ſ. g. {ἀκρόπολις, ἄφυξ} dicta eſt authore Varrone, lib. 5. de ling. Lat. ab arcendo, quòd in ſit locus munitiſſimus vbris à quo facilimè poſſit arceri hoſtis. Afconius, Arx, eſt edinus in ciuitate, & munitus ad ſalutem omnium locus. Virgil. 2. Æneid. Quo res ſumma loco Panthu? quam preodimus arcem? Ergo prima ſpes io muris eſt. ſecunda in arce, ſi in mœros hollis irruperit. Hactenus Aſconius. Seruius, Arx eſt in ciuitate munitus locus: ab arcano, id eſt ſereto, dicta.
Arx (vt ait Aſconius) loerdum ſedes tyranni, id eſt regis, dicitur, vt ſæpe apud Ciceronem. Virgil. 4. Æneidos,
— quum littora fèruere laiè
Proſpicere arc et ſumma. Vbi Seruius, Regum enim ſuit habitare in arcibus propter tutelam. Plin. lib. 4. cap. 11. Inuus Byzia arx regum Thraciæ.
¶ Arx, per metaphoram. vt, Arx omnium prouincia rum, Africa. Cic. pro Ligar.
Arx omnium geotium, vrbs Roma. Cic. in Catil.
In arce legis præſidia conſtituere defenſionis mex non licet. Cic. pro Cluent.
Aeriæ arces, Altiſſimæ. Virg. 3. Æneid.
Celſa. Virgil. 2. Æneid.
Edita, Alta. Seneca in Octau. 7.
Fellæ Palladis arces, Id eſt templa. Ouid. 2. Metam.
Igneas arces volant rocat. Horat. 3. Carm. 3.
Inuictiſſima Capitolij. Tacit. lib. 19.
Laeræ. Ouid. 11. Metam.
Munitiſſima. In NEPOTE.
Poteos opibus. Seneca in Troade, 6.
Præcipites, Altæ & in præcipitio velut poſitæ. Lucan. 3.
Præturpta. Seneca Agamemn. 6.
Præluſtris. Ouid. 3. Triſt. eleg. 4.
Saeræ, Templa. Horat. 1. Carm. 2.
Summa. Virgil. 3. Æneid.
Superbæ. Horat. Epod. 3.
Tuta. Virgil. 10. Æneid.
¶ Antollere arcem tectis. Virgil. 3. Æneid. Id eſt, domos ædificare. Seruius.
Concutere arces. Ouid. 11. Metam.
Condere. Virgil. celoga 2.
Conſtruere. Silius lib. 8.
Erigere. Stat. 3. Syl. 1.
Euertere. Silius lib. 17.
Fugere in arcem. Cic. de Senect.
Fundere. Virgil. 4. Æneid.
Impoſitæ montibus arces. Horat. 2. epiſt. 1.
Inuaderc in arcem cauſæ. IN INVADO.
Liberare arcem. Cic. Antequam iret in exilium.
Moliri. In MOLIOR.
Moliri arcem. Id eſt, factis molibus extollere. Virg. 1. Æn. Seruius.
Munire. Cic. in L. Piſonem, & pro Sylla.
Pon in arce. Cic. in Parad. Hoc opus in apertum vt proferas, nihil poſſulo: non enim eſt tale, vt in arce poni poſſit quaſi illa Minerua Phidiæ: ſed tantùm vt ex eadem officina exiſſe appareat.
Retinere. Cic. 2. de Orat.
Subruere, Ouid. 3. Triſt. eleg. 11.
Tradere. Tacit. lib. 19. Vacuam arcem furtim tradi futurum.
ARYAS, {ἄρυας} vrbs eſt Armeniæ prope Araxem fluuium & iuxta fines Atropatiæ. Strabo lib. 11.

A R Y

ARYANDES, {ἀρυάνδης} Ægypti prætor fuit, à Cambyſe conſtitutus, qui aliquanno poſt tempore, quum æmuiari Darium vellet, ab eo eſt interfectus. Herodot. lib. 4.
ARYTENAM, ſiue Artenam, vas ab hauriendo ſic appellabant. Feſtus.

A S

As, vel aſſis, huius aſſis, m. g. {ἀσσάριον.} Varro lib. 1. de lingua Latina aſſem ab ære dictum eſſe putat: as enim & libra, & pondo idem ſignificant. Budæus.
¶ As, libralis nummus erat, quatemos denarios noſtros valens, paulo plus. Plin. lib. 21. cap. 3. de Scipione cognomento Serapione ſoquens, Nec eſſut in bonis funeris impenſa. Aſſes ergo conſulit populus, ac funus elocauit. Sueton. in Auguſto, cap. 91. Ex nocturno vſu etiam ſtipem quotannis die certo emendicabat à populo, exuam manum aſſes porrigentibus præbens. Hæc Budæus. Cæs. Offic. Ne Marco quidem Scio vitio datum eſt, quod in eaniate animone aſſe modium populo dedit.
Aſſem appellare poſſumus quem duodenarium vocamus, & ita in partes diuidere, vt annequi ſuum aſſem diuidebãt, in ſui gentens partes, quadrantes, ſextantesque dicentes. Budæus.
Ad aſſem impendium redderc. Vide AD præpoſitionem.
In aſſem. Vide IN.
In aſſe, pro In ſumma, apud Columellam, teſte Budæo.
¶ As etiam pro integra quacunque re accipitur. Veteres enim voluentes aliquid diuidere in partes æquales, vt bæredi tatem, & quidlibet ſimile, id aſſem appellebant, & partes vncias. Cic. pro Cecinna. Teſtamento facto, mulier moritur: facit hæc hæredem ex deunce & Teſtamento Cecinnam, ex duabus ſextulis M. Fulcinium libertum ſuperioris viri, Ebutio ſextulam aſpergit. Colum. lib. 13. Ad præditum autem modum muſti adiici debet hi odores, myrrhæ quinc unx, calami pondo libra, caſſiæ ſeſibra, amomi pondo quadrans, croci quincunx. Plin. lib. 13. cap. 15, de cedrinis mensis, Qua in re non omittendum videtur, Tiberio principi mensam quatuor pedes ſextante & ſicilico excedentem: tota vero craſſitudinis ſeſquenalis, opertimento lamnæ vellutæ fuiſſe. Quibus verbis Plinius meſſam eam quatuor pedes longitudinis habuiſſe ſignificauit, & duos præterea polliceres, & pollicis quadrantem: craſſitudine vero ſeſquipollicem æquauiſſe. Liu. 5. ab Vrbe, Terna iugera & ſeptunes virium diuiſerunt. Septuncs dixit pro dimidiato iugere & duodecima parte iugeri. Hactenus ex Budæo. Iuſtinianus de Hæredibus inſtituendis lib. 2, Hæreditas plerunque diuiduntur in XII vncias, quæ aſſis appellatione continetur. Habent autem & hæ partes propria nomina ab vncia vſque ad aſſem, vtputa hæc ſeſcunx, ſextans, quadrans, triens, quincunx, ſemis, ſextuox, bes, dodrans, dextans, deunx, as.
As Cæanus. Sæc. in Sylui, Emptum plus minus aſſe Cæano. Hoc loco quid ſit As Cæanus comminiſci non audeo. Turnebus ſuſpicatur, quum aſſis interponeretur coemptionibus nuptialibus, quæ imaginaria venditione celebrabantur, & vir & vxor ſe mutuò coemoteres, Caios & Caias vocarent, aſſem Caianum eſſe aſſem illum coemptionalem.
Ex aſſe hæres dicitur, qui ſolus eſt hæres.
In trunis ſirum quum ſe dimittat ob aſſem. Horat. 1. epiſt. 17.
Litere pretio vnius aſſis. Horat. 1. Serm. 6.
Aſſem negat ſeſe daturum. Cic. pro Quinctio.
Ad aſſem omnia perdere. Horat. 2. epiſt. 2. Id eſt, Vſque ad aſſem, ſiue omnia. Porphyr.
Redigere ad aſſem. Horat. 1. Serm. ſat. 1.
Vendiare aſſe. Catull. 31.

A S A

Aſa, Aſa fœtida, vel vt alij proferunt, Aſſa putrida: vulgò à medicis & pharmacopolis dicitur, quod Latini Laſer nuncupant, Græci σίλφιον. Matthiol. in lib. 3. Dioſcor. cap. 79.
ASACHAE, populi ſunt in montibus Æthiopiæ, qui abeſſe à mari dicuntur dierum quinque itinere, vtuotes, elephantorum venatu. Plin. lib. 8. & lib. 6. cap. 30.
ASACVS, fluuius eſt alluens Heracleam ciuitatem, ſtram ad radices montis Oetæ, teſte Lin. lib. 5, de bello Macedonico.
ASAR {ἄσαρ} vicus eſt Peloponneſi in agro Corinthio, non procul à Genea ciuitate, vt author eſt Stephanus.
ASARA {ἄσαρα} oomen eſt proprium monti. Author Suidas.
ASARVS {ἄσαρος} mus ſuit ex primis Græcorum, interfectus ab Hercule. Author Homer. lib. 18. Iliados.
ASAMPATAE, populi ſunt circa Mæotin, teſte Plin. lib. 6. cap. 7.
ASAN A, flumen eſt in Mauritania, ab Sala ca. mill. pall. marino hauſtu, ſed portu ſpectabile. Plin. lib. 5. cap. 1.
ASANDER {ἄσανδρος} vir proprium, apud Strab. lib. 7, qui Tauriean Cherſoneſum à continente ſeparauit, ductio per eius iſthmum muro, à ſinu Cateinitico, vſque ad Mæotin paludem.
Aſaroton, aſaroti, n. g. pen. prod. {ἀσάρωτον} genus pauimenti artificioſis picturis elaboratum: ſic dictum, quòd ſcopis verri non debeat, ab {ἀ, & σαίρω}, quod eſt Verro. Nam ex iis colligebantur purgamenta manibus, & ſpongiis mundabantur. Vel potius quia ſic pictum erat, vt putaretur ſcopis euerſum atque mundatum non fuiſſe. Apparebant enim hoc in pauimento velut analecta, & reliquiæ, purgamentaque cernz, quaſi minuſtri ex non euerriſſent. Plin. lib. 36. cap. 25, Pauimenta origioem apud Græcos habent elaborata arte, picturæ ratione, donec lithoſtrota expulere eam. Celeberrimus fuit in hoc genere Sofus, qui Pergami ſtrauit, quem vocant aſaroton œon, quoniam purgamenta cernz in pauimento, quæque euerri ſolent, velut relicta feeeræ parui è teſtulis, in ſiſque in varios colores.
Aſarum, aſari, pen. corr. {σάυρον} herba, de qua ſic Plin. lib. 21. cap. 13. Nardi vim habet & aſarum, quod & ipſum aliqui ſylueſtre nardum appellant. Eſt autem hederæ ſolus, rotundioribus tantùm mol lionibuſque, flore purpureo, radice Gallici: ſemen acinoſum, ſaporis calidi ac vinoſi. Dioſc. lib. 1. cap. 9, Aſarum, quod & ipſum aliqui ſyluestre nardum appellã, Magi ſanguinem Martis. Latini perpenſum, alij baccar. Matthiolus Senenſis ait Aſarum eſſe eam herbam, quam nunc officinæ vocãt baccaram, quanuis Baccara apud Dioſcoridem vere ſit alia herba ab Aſaro longè diuerſa.

A S B

Asbeſtinum, penult. prod. {ἀσβεστινὸν} genus eſt lini quod ignibus non abſumitur, Vinum id vocant, ai deteſque in focis conuiuorum ex eo vidimus mappas fordibus exuſtis ſplendeſcentes igni magis, quàm poſſent aquis. Vocatur autem à Græcis asbeſtinum ex argu-

mento naturæ. Hæc Plin. lib. 19. cap. 1. Asbeſtinum Latinè dicitur quod non comburitur.

Asbeſtos {ασβεστος} gemma quæ in Arcadiæ montibus naſcitur, colorem ferrei. Plin. lib. 37. cap. 10. Vide infrà ASYBETUS.

Asbolus {ασβολος} pruinæ aut cor, nomen canis. Ouidius 3 Metamorphoſeos,

Et niueis Leucon, & villis Asbolus atris. Id eſt, Pilis nigris. Nam {ασβολος} dicitur Fuligo Latiné.

ASBOTUS {ασβοτος} vide Thraſilæum, Stephano.

ASBYLUS; Crotoniata, cuius memnit Pauſanias & Plato in libris de Repub.

A S C

ASCA Siciliæ ciuitas, quam Elymus princeps Troianorum dicitur condidiſſe. Seruius in 3. Æneid.

Aſcalabotes {ασκαλαβωτης} animal venenatum, ex genere ſtellionis, huic ſimile plenum, acerbi ſtridoris, diuerſum ab eo quod Itali Tarantolam ſua lingua vocant. Vide Plin. lib. 29. cap. 4.

Aſcalaboum. Caual. Dy magni aſcalaboum differtum. Hoc vocabulum repoſuit Turnebus, quod antea ſcriaſſe rudeus diuinarcus, & deprauarai malè pronuntiando, & Saiapatum dixerat.

ASCALAPHUS, penult. cort. {ασκαλαφος} Martis & Aſyoches filius, cuius meminit Homerus lib. 2.

Aſcalaphus, Achereontis filius & Orphnes nymphæ Auernalis: priſtea in bubonem mutatus. Paſſhan vide apud Ouidium, 5. Metamorphoſeos.

ASCALENGIVM {ασκαλλιον} Ptolemæo vrbs Germaniæ, hodie Hildeſh. m.

ASCALON, Aſcalonis, pen. prod. {ασκαλων} Palæſtinæ ciuitas Idumæorum. Author Strabo. De Aſcalone plura Diodorus lib. 1, hodie Eſcalona dicitur.

Aſcalonia, Aſcalonitæ, penult. prod. {ασκαλωνιτης.} Qui eſt de Aſcalone. Teſtimonium frequens apud Ioſephum lib. 6. cap. 1.

Aſcalonia nux, genus pruni, ab Aſcalone oppido Iudææ nominata. Plin. lib. 19. cap. 6. Eſchalotes.

ASCALVS {ασκαλος} Tamali frater fuit, Hymenæi filius, ve ſcribit Xanthus.

ASCANIA {ασκανια} inſula eſt vna Sporadum, non procul ab Anaphe, & Aſtypalæa, de qua Plin. lib. 4. cap. 12. Eſt & Aſcania Phrygiæ lacus, de quo Plin. lib. 5. cap. vlt. Item alius in ſuperiori Mylia, ſiue Bithyniæ, iuxta Aſcanium lacum: quam Myſiacam vocat Strabo ad differentiam ſuperioris, quam Phrygiam appellat. Vide ipſum lib. 12. & 14.

ASCANIVS {ασκανιος} Æneæ filius ex Creuſa regis Priami filia, fugæ laborumque in querendo ſegno ſocius, teſte Virg. Liu. lib. 1. ab Vrbe condita, dubitat vtrius fuerit filius, Creuſæ an Lauiniæ: ſed hiſtoriæ ceteri omnes & poetæ cum Virgilio, Creuſæ filium fuiſſe affirmant. Eſt & Aſcanius Phrygiæ fluuius, à quo Aſcanius Æneæ filius dictus eſt. Huius fluuij meminit Virg. lib. 6. Georg. 3.

ASCANIVS {ασκανιος} populi circa Mæotin ad montes Ceraunios, de quibus Plin. lib. 6. cap. 7.

Aſcaulæ {ασκαυλαι} Tibienes, quorum armamentum muſcum imitatur vtriculum: Latine vtriculi aut dierres. Meminit Vopiſcus in Carino, vbi tamen hactenus Campanulæ inemendatè lectum eſt. Turnebus.

Aſcendo, aſcendis, aſcendi, aſcenſum {ἀναβαινω, ἀναβασις.} aſcendere, Ex Ad & Scando compoſitum, ſignificat Ad aliquid ſcanderc.

Aſcendere iugum. Cæſar. lib. 1. Gall.

Equo aduerſum aſcendere npiam. Cic. t. de Diuinat.

Cælum. Cic. de Amic. Et in cælum, Idem pro Milone.

Equum. Liu. 3. bel. Pun. Suetonius Cæſare.

In equum. Liu. 10. bel. Pun. Cic. de Senect.

Naoem. Terent. Adelph. 4. 5. Et in nauem. Hirtius de bello Alexandrino.

In ærarium. Liuius 9. bel. Pun. Item, in Capitolium. Plinius libro 19. cap. 3.

Veh iam aſcendiſſet in vrbem. Virg. 2. Æneid.

Scalis muros aſcendere. Virg. 9. Æneid.

In Amanum aſcendit. Cic. ad Catonem, lib. 15. 4.

Aſcendere in concionem, pro Orationem habere ad populum. Cic. Anticd. lib. 4. 7. Tum ſubitò ille in conciouem aſcendit, quam Arpius ei dedit.

In Roſt. a. Idem, Liu. to. bel. Pun.

In tribunal. Cic. in Vatinium.

Aſcendere altiorem gradum. Cic. 2. Offic.

Gradum dignitatis. Cic. pro Murzna, Qui primùm, dum ex honoribus communis familiæ maiorúmque ſuorum vnum aſcendere gradum dignitatis conatus eſt, venit in periculum.

Aſcendens gradibus magiſtratuum. Cic. de clariis Orat.

Altiſſimum gradum. Plin. epiſt. 2. lib. 3.

Ad honores. Cic. de clariis Orat. Quódquia multis grauis erat, & probabiter aſcend. ff. ad honores, quia in facinore deprehenſus.

In honor. m, Idem. Cic. in Orat. Sed ent duplex omnis eius oratus ille admirabilis, propter quem aſcendis in tantum honorem eloquentia.

Aſcendere gradatim dicitur vox. Cic. 3. de Orat. Hinc gradatim aſcendere vocem, vtile & ſuaue eſt.

A minoribus ad maiora aſcendimus. Cic. in Partit.

Aſcenſurus, penultima prod. Participium {ἀναβασιλογ. 2.} Tibullus 4. elegia 2.

Quintiam Aleides deus aſcenſurus Olympo.

Aſcenſus, hatus aſcenſus {ἀναβασις} verbalis. Ipſe aſcendendi actus. Cæſar 5. belli Gallici, Nouiſſimóque premere, & primos prohibere aſcenſu.

Actius & aſcenſus. Cic. pro Domo ſua, Homines audaces, ab eius templi ædiuo atque aſcenſu pro hibuiſti.

Gradus, actus, aſcenſus. Cicero de Aruſp. reſp. Atque hic ei gradus ad Rempub. hic primus eſt actus ad populærem iactationem atque aſcenſus.

Primus aſcenſus ad amplioris honoris gradum, is eſto. Cicero 3. de Legibus.

Difficili aſcenſu atque arduo oppidum. Cic. 6. Verr.

Aſcenſu arduo ingredi. Cic. 2. de Orat. Demoſthenes coniectis in os calculis, ſummavoce verſus multos vno ſpiritu pronuntiare conſuefecbat: neque is conſiſtens in loco, ſed inambulans, atque aſcenſu ingrediens arduo.

In quus aſcenſus. In tentvs.

Aſcenſu ſuperare fatigat. Virg. 2. Æneid.

Molli. In molles.

Aſcenſio, onis, aliud verbale. Idem. Cic. de claris Orator. Quorum quidem quæ fuerit aſcenſio, & quàm in omnibus rebus difficilis optimi perfectio atque abſoluto, ex eo quod dicam, exiſtimari poteſt. Quæ fuerat aſcenſio, id eſt Quo pacto, & per quot quaſi gradus aſcenderint oratores.

Aſceteria {ασκητηρια} vocantur monaſteria in codice Iuſtiniani, à verbo {ασκεω,} quod eſt Mentem exercco in contemplatione rerum diuinarum.

ASCRA, ſeſte Plinio, appellatiuur loca Indiæ, ſo quibus vmbræ non ſunt, Septentrióque non conſpiciunt, nec horæ dinumerantur. Hæc ille lib. 2. cap. 73.

Aſcia, aſciæ {ἀξινη} inſtrumentum fabrorum, quo ligna dolantur, rodiuntúrve. Plin. lib. 16 cap. 40. Moſi ſſima ſilua eadem videtur & caliditſima: argumentum afferunt, quòd cetiſſimè aſcias retundat.

Rogum aſciæ ne polito. Ex Ingibus 2 te Tabul. apud Cic. lib. 2. De legib. Ne pyra ſtat ex dolatis ſu politis lignis, leg. cauetur. Alij de ſepulchris intell gunt, putáuique veram ne quibuſdam arrificioſis ſtructuris ea expoliantur. Exiſt. mant quoque aſciam ab abſcendendo dictam.

Aſcio, aſciat {ἀξινω} aſciare. Virtus. lib. 2. cap. 2. Sumatur aſcia: & quemadmodum materia dulauuſſe eaſt in lacu maceras aſciatur.

ASCIBVM, Ptolemæo, vrbs G rmaniæ. Vulgò Emerich.

Aſciſco, aſciſcis, aſciui, aſciſum, pen. prod. {ἀποκτωμαι, προσαγωγιζομαι, προσαγω} aſciſcere, Eſt remouum aliquid, quaſi ſcite vocatum capere. Cic. in Orat. Itaque Carta, & Phrygia, & Myſia, quòd minimè polita minimèque elegantes funt, aſciuerunt ſibi non ſuis auribus optimè quoddam, & tanquam ad pale dictionis genus. Hæc Valla lib. 3. Feſtus, Aſciſcere, adiungere, & aſſumere.

Aſciui præterium. Virg. 12. Æneid.

Segregare, & aſciſcere, contraria. Cicero pro Archia, Perſiciam profectò, vt hunc A. Licinium non modò non ſegregandum, quum ſit ciuis, à numero ciuium, verumetiam, ſi non eſſet, quoteis aſciſcendum fuiſſe.

Aſciſcetur, & Fugitur, contraria. Cic. t. de Leg. Id enim vi ſuau tate dedetans, ſic ab errore mentis tamquam ſibilare aliquid aſciſcetur, ſimilique infernia mors fugnur, quaſi diffoluto natura.

Aſciſcere & Reprobare, contraria. Cic. 1. de Inn. Cooſirmat autem illud vel maxime, quòd ipſa natura, vt ante ille, aſciſcat & reprobre, voluptatem & dolorem.

Aſciſcere ſibi laudem. Cic. pro Domo ſua. Nihil enim vnquam de me dixi ſublatius aſciſcendæ laudis cauſa potius, quàm crumins depellendi.

Sibi nomē regium, Liu. 3. bel. Maced. Nomen tyranni, Cic. ad Brut. 16. Nonne hoc eſt in eaſdem tenebras recidiſſe, quum ab eo qui tyrannum nomen aſciui ſibi, nomen in tyrannis cunctatibus libera tyrannorum oppreſſis illis, eodem ſuppliciu afficiantur, vi, & e.

Aſciſcere ſibi ſocios. Cæſ. Keeeptos ad ſe ſocios ſibi aſciſcunt.

Sibi oppidum. Cic. 6. Verr. Et quum ex hiſce ſe locis receperent, eodem deferrentur, aſciuerunt illud ſibi oppidum piratæ, primùm commercio, deinde ſocietate.

Aſciſcere ſibi quaſi propinquitate coniunctos atque naturæ. Cic. de Amicitia.

Aſciſcere ad fœdus aliquem. Cic. 2. in Catil. Nemo non modò Romæ, ſed ne illo in angulo ionus Italiæ oppreſſus arc alieno fuit, qué non ad hoc incredibile ſceleris fœdus aſciuerit.

Aſciſcere conſpiratiunem. Cic. de claris Orat. Ideireo hanc conſpiciudinem libentiùs aſciuimus.

Leges. Cic. pro Corn. Balbo. Innumerabiles alię leges de ciuili iure ſunt latæ quas Latini voluerunt, aſciuerunt.

Ritus. Liu. 1. ab Vrbe, Nequid dimin iuns negligendo patrios ritus, peregrinóque aſciſcendo, tutbaretur.

Særa. Cic. de Aruſp. reſpon. Sacra illa maiores noſtri aſcita ex Phrygia Romæ collocauerunt.

Aſciſcere & accipere à Græcis ſacra. Cic. 7. Verr. Quarum ſacra populus Romanus à Græcis aſcita & accepta, tàm religione & publicè & priuatim tuetur, non vi ab aliis hæ allata, ſed ve cateris hinc tradita eſſe videantur.

Aſciſcere genetum. Virg. 12. Æneid.

Aſciſcere in ciuitatem, Donare ciuitate. Liu. 6. ab Vrbe. Nos ex quo aſciſi ſumus ſimul in ciuitatem, &c.

Aſciſci ciuitate. Cic. pro Corn. Balbo, Iure enim noſtro neque mutare ciuitatem quiſquam inuitus poteſt, neque ſi velit mutare no poteſt: modo aſciſcatur ab ea ciuitate, cuius eſſe ciuitatis velit.

Aſciſcere ciuem. Cic. pro Corn. Balbo. Defendo rem, vtuuctſam, nullam eſſe gétem ex omni reg one terrarum, cx qua nobis interdictum ſit, vt neque aſciſcere ciuem aut ciuitate donare poſſimus.

Aſciſcere, Appetere. Cic. 3. de Finib. Eas ipſas cognitiones per ſe aſciſcendas arbitramur, quod habeaot quiddàm complexum & continens veritatem.

Aſcitus, penultima produ ta, participium {ἐπωνυμος.} Ouidius 4. de Ponto, elegia 9.

Tu certè feis hæc ſuperis aſcite, videſque Cæſar.

Aſcitum cognomen. Sil. lib. 2.

Natiuus & Aſcitus, contraria. Cornelius Nepos in vita Attici, Atticus

Atticus Græcè loquebatur, vt Athenis natus videretur. Tanta autem erat suauitas sermonis Latini, vt appareret in eo nationum quendam lepórem esse, non affectum.

¶ Afcetus, pro longæ cæ rimo. Ouid. 6. Fast.

Nec petit afcetas luxuriosa dapes.

Afcititius, a, um {ἐπίκτητος}, apud Plaut. & Ouid. 6 Fastor. Id est Adfectitius.

ASCLEPIADES, pen. cor. {Ἀσκληπιάδης} historicus Cyprius, quo tempore Pygmalion in Oriente regnabat. ¶ Fuit & philosophus eo nomine, de quo Cic. lib. 5. Tusc. Hic autem, qui scripsit de Prudentia, medicorum eloquentissimus, Cn. Pompeio familiaris, quum in arte Rhetoricæ faeul tates decoxisset, medicinam fectatus est, aliam à cæteris viam ingressus. Dicebat salutem conflare cibi potusque abstinentia: præterea gestationes, ambulationes, fricationes. Ipse condita nouis fectis, spretis legatis & politicationibus Mithridatis regis, reperta ratione qua vinum ægris medetur, relato è hoste homine & seruato: sed maxime ipsonsione fatta eum fortuna, ne medicus crederetur. Si vnquam inualidus vllo modo fuisset ipse: & victor fuperna ab senecta lapsu fcalarii exanimatus est. Haec Plin. lib. 7. cap. 37. De eo quoque multa refert Apul. lib. 2. ¶ Afclepiades alius fuit Antiochenus martyr.

Afclepias, adis {ἀσκληπιάς} herba est, ramos oblongos, & hederæ fo lia habens; & radices numerosas: ita dicta ab Afclepio inuentore. Dioscor. lib. 3. & Plin. lib. 26. cap. 5. & Galen. lib. 6. de Simp. medicam. facult.

ASCLEPIODORVS, pend. prod. {Ἀσκληπιόδωρος} pictor erate Apellis, Olympiade CXIII, quem in symmetria mirabantur ipse Apelles. Huic Mnason tyrannus pro XII duis dedit in singulos mnas tricenas, vt ait Plin. lib. 35. cap. 10. ¶ Afclepiodorus item fuit Alexandrinus, singularis ingenio ad omnia mathematica, ad inquisitionem cognitionemq; herbarum & lapidum. Author Suidas.

Afclepius, genus herbæ, quam & Asclepion vocamus; sic dictum, quoniam is filium Panaeam vocauit. Plin. lib. 25. cap. 4.

ASCLETARION {Ἀσκλητάριον} Mathematicus fuit temporibus Domitiani, qui aliquando dixerat se disserpum iri à canibus. Eaproptersa Domitiano iussus est interfici, & securanissime fepelri, vt vanitas eius arus redargueretur. Sed regenina ne impellias dilecto funere, semustum eanes disserpere. Sueton. in Domitian. cap. 15.

Afcoli 2, oum. plur. {Ἀσκωλιασμός} Festa erant apud Atticos, quibus inter vires saltantes bacchabatur: vnde & ab vtribus oomina fumpsere. Meminit Virgilius Georgicis,

Vnctos saltare per vtres.

ASCONIVS {Ἀσκώνιος} Padianus historicus circa Neronis tempora, annonitæ LXXIII captus luminibus, XII postea summo eum honore & hominum gratia vixit annos. Author Euscbius. Hic etiam in Ciceronis orationes commentarios edidit.

Afcopera, æ, pen. prod. {Ἀσκωπήρα} Latinè dicitur mactipulum, aut facculus pellicius. Compositum ex {ἄσκος}, quod vtrem: & {πήρα}, quod peram hue facculum significat. Suet. in Claudio Nerone, cap. 45. Alterius collo & ascopera dehgata, simúlque titulus, Ego quod potius sed eu eluem metuilli. Sacculus ille allugatus collo Neroniano statuae, significabat Neronem metuendum esse, dum eulo fuppleium meret. Turnebus tamen legendum ita esse affert: Alterius collo afcenta dehgata, quum antea Afcopa eo in loco legeretur.

ASCRA {Ἄσκρη} Bœotiæ vicus ad radices montis Heliconis, Hesiodi poetæ clarissimi patria, teste Ouid. lib. 4. de Ponto, eleg. 14. Iniumuie vati non tamen Aefea fuo. Inde Afcræus nomen adiectum. Virg. a. Georg. Afcræumque cano Romana per oppida carmen. Et Ouid. 6. Fast. Afcrææ aues.

Afcribo, afcribis, pen. prod. afcripsi, afcriptum {προσγράφω} afcribere, ex Ad & Scribo compositum, significat Adscriptum aliquod, nomen, vel sententiam alicuius, vel etiam dem subiungere. Cic. ad Q. frat. lib. 3. 7. In qua primum erat quod antiquor dies in tuis fuisset afcripta literis, quàm in Cæsaris.

Afcribere, adiungere, vel etiam addere fine scripto, & quouis modo. Plin. lib. 13. cap. 22. Et feruilam inter externas diuiste conuenier, arborúmque genere afcripsiste. Cic. de Optimo gen. orat. Qui Tubyd: dem laudauit, afcribat & noftram fententiam.

Afcribere ad numerum aliquem. Cic. Q. frat. lib. 1. 1. Hùc ad tum numerum libenter afcribeo.

Afcribere in legibus. Cic. pro Ceeinna, Nam oili esset, hoc in omnibus legibus non afcribertur.

In Senatu. Cic. pro Ceeinna, Hoc tibi respódeo, afcripsiste eandem Syllam in eandem legem, fiquid ius non esset togari, eius ea lege nihilum rogatum.

In ciuitatem, in ciuitate, & ciuitati, Reeipi in ciuem. Cic. pro Archia, Quæ quum esset ciuitas æquissimo iure ac fœdere, afcribi se in eam ciuitatem volue. Ibidem, Prefertim quòd ais quoque in ciuitatibus fuerit afcripsus. Ibidé, Qui fœderatis ciuitatibus afcripsi fuisset.

In numerum, ad amicitiam. Cic. 2. Philipp. Tu verò afcribe me tatem in numerum. Idem 3. Offic. Admiratus eorum ádem tyrannus, petiuit vt se ad amicitiam tertium afcriberent.

¶ Numinibus, pro Accenseri & annumerari, & vt vulgò loquuntur, canonizari. Plin. lib. 2. cap. 7. Horat. 1. epist. 20.

¶ Afcribi facto. pro Adiungi. Plin. lun. lib. 8. epist. 6.

¶ Afcribere pœnam fœderi. Cic. pro Corn. Balbo, Qui hanc pœnam fœderibus afcribat, vt omnium præmiorum beneficiorúmque noftrorum expertes fateat fœderatos.

¶ Aliquem alteri. Cic. pro lege Manil. Mea quidem fententia, Quirites, vnus A. Gabinius, belli maritimi, rerúmque gestarum author, comes Cn. Pompeio afcribitur.

Aliquem tutorem liberis suis. Cic. pro Cluentio.

Tutorem pupillo. Paulus in l. Neseanius. D. de excusationib.

Ale eu falurem. Cic. Att. lib. 13. Et te fororóque tuum & matrem maximè diligit, faluémque tibi pluriinam afcribit.

¶ Afcribere sibi, pro Tribuere & impurare. Cic. Neque enim mihi negligentiam velim afcribas.

Sibi in testamento, Est sua manu, ciúsve qui in potestate est, aliquid in rem fuam alieno in testamento scribere. l. 15. D. ad L. Cor. de fal.

Afcribere & attribuere. Cic 3. de Nat. deor. Nonnunquam bonos exitus habent boni: eos quidem afcribimus attribuimúsque fine vlla ratione diis immortalibus.

Afcriptus, participium {προσγραφείς}, vt, Afcripta dies literis. Cic. ad Q. frat. 3. 17.

Afcriptus Heraclensis. Cic. pro Archia, Adsunt Heraclienses legati nobilissimi homines, huius iudicij causa, tum mandatis & cum publico testimonio venerunt, qui eum afcriptum Heraclienem dicunt.

¶ Afcripti dicebantur, qui in colonias nomina dedisient, vt essent coloni. Festus.

Afcriptio, verbale {προσγραφή} Cic. pro Cecinna, Vt ne longius abeam, declarat ista afcriptio esse aliquid.

Afcriptitius {προσγραφόμενος} Qui (vt ait Valla) ad aliquam rem afcriptus est, & qui ex numero eorum est qui se in alterius imperium dedederunt. vt, Afcriptitius ciuis. Cic. 3. de Nat. deor. Quos, quasi nouos & afcriptitios ciues in eælum receptos putant.

Afcriptitij dicuntur illi quos villanos vocamus, quòd villæ (vnde Villici dicti) afcripti, & enlonanze conditioni addicti, aut ipsi fint, aut eorum maiores fuerint. Quarum rerum vestigia non obscura multis in locis extant, quod rameo nomen loquentium iosciita in contumeliam sim vertit. Villanum enim & vilem vernacula simplicitas confundit. Haec Budæus. Rursus idem alio loco, Afcriptitius non multum à seruo differebat, qui fcilicet eum certa & posse fionibus vendi poterat, vt seruus eum peculio. l. Ne dnutius. 20. C. de Agricol. & censitis.

Afcriptitij vocari possunt Latinè in collegiis magistratuum; qui vulgò Creati & extraordinarij vocantur, vt nonnulli sunt hodie inter rationales & præfectos rationi orum, quos *Clerici magistratuum temporum* appellamus. Budæus.

Afcriptitij, Veluti quidam scripti dicebantur, qui supplendis legionibus afcribebantur. Hos & Adcensos dicebant, quòd ad legionum cenfum essent afcripti. Quidam Velatos, quòd vestiri inermes sequerentur exercitum: nonnulli Ferentarios, quòd fundis, lapidibusque præliarentur ea modò ferrent, quæ in hostes iacerent: alij Rorarios, quòd id genus hominum antequam acies conseri, in modum rorantis tempestatis dimicarent. Festus.

Afcriptor {προσγραφεύς} verbale; videtur idem significare quod Subscriptor. Est autem Subscriptor (vt ait Perdanus) cauidem qui adiuuare causam poterat. Cic. pro Domo sua, Denique ille nouitius Ligur, vexalis afcriptor & subscriptor tuus, quum M. Papirij sui fratris esse testamento & iudicio improbatus, mortem ciusse velle perfequi dixit.

¶ Afcriptor, vt Subscriptor pro fautore & aliipulatore. Cic. Poli reginum, itaque exitus non modò falutis defensoi, qui antehoc vnò be ficium fuerat inimicis, verum etiã afcriptor dignitatis ex tat. Budæus.

Author & afcriptor in restituendo. Cic. Poli reditum, Quòd si Q. Metellus illo tempore cósul fuisset vnicus, dubitatis quo animo fuerit in me conferuando futurus, quum in restituendo authorem fuisse afcriptorémque videatis?

Afcriptura, pen. prod. {προσγραφή} Idem quod afcriptitius. Plaut. Menzch. Idem istue alius afcriptus ad lemooem fuisti.

¶ Afcriptius, inquit Varr. lib. 6. de ling. Lat. quòd olim afcribebantur inermes, qui fuec ederent armatis militibus, fiquis eorum deperisset.

ASCRIVM {Ἀσκήριον} vrbs Liburniæ Prol. hodie Afcriuium.

ASCVLVM, pen. cor. {Ἄσκουλον} oppidum est Apuliæ memorandum eladeillata Pyrrho à Curio & Fabricio Romanis eoofsulbus, velatè osfiedit Plutarch. in vita Pyrrhi. Ab hoc Afculanus, adiect. pen. prod. Cic. de clari Orat. Bartus Afculanus cuius sunt aliquot orationes Afculi habitæ.

ASCYRON {Ἄσκυρον} herba eadem est, quæ Androsæmoe. Vide suprà in dictione ANDROSAEMON.

A S D

ASDATAE, populi sunt Caucasi montis iocolæ, apud quos Calais gémaasciitur. Author Plin. lib. 37. cap. 8.

ASDRVBALES, pen. cor. {Ἀσδρούβας} genet Amilcaris patris Annibalis: post eius mortem sepeem annos imperium tenuit fauente factione Barchina, demum à seruo barbaro, cuius domitum occiderat, interfectus est in medio fuorum. qui comprehensus deinde à cireuolatoribus, haud facti portentes, inter cruciatus & tormenta, fpeciem sem per ridentis præbuit. Author Liu. lib. 21.

Afdrubal item, Gisconis filius, cuius meminit Plutarchus in vita Scipionis.

Afdrubal item alius fuit Annibalis frater. de quo vide eum qui An nibalis visam Latine conscripsit. nam Græcè à Plutarcho compofita non extat. quæ quidem veneris in lucem, eam cæteris Plutarchi vitis.

Præterea Afdrubal, cui Caluo cognomẽ erat, eo tempore quo Annibal in Italia erat, in Sardiniam dux classis mittitur: sed tempestate reiectus ad insulas Baleares; ibi tantisper quoad quassas reficeret naues, resedit. de quo plura apud Liuium.

Afdrubal, præter hos alius fuit dux tertio bello Punico à Scipione Æmyliano victus factæ deditioot. Eius vxor qui pauris antè diebus à viro impetrare aon potuisset vt ad victorem trasfugeret, in medias vrbis flammas fese eum filis iecit. Author Liu. lib. 51. Ouid. 6. Fast. Et cecidit telis Afdrubal ipse fuis.

A S E

ASELLI, due stellæ appellatur in signo Caneri, exiguum inter illas spatium obtinente nubecula, quam Præsepia appellant. Plura Plin. lib. 18. cap. 35.

ASELLIVS Sempronius historicus, & tribuous militaris fub Scipione Æmyliano apud Numantiam fuit, idque bellum literis mandauit. Citatur sæpe vestus à Gellio. ¶ Afellius item Claudius, cques Romanus, Tribunus militum fub Claudio Nerone, apud Lucanos memoranda furtitudine. Huius meminit Volaterr.

Asellus, Vide ASINVS.

A S I

ASIA (ἀσία) tertia pars est orbis, tametsi magnitudine Europæ & Africæ par sit. Sic autem dicta volunt ab Asia Iaperi coniuge, quæ Oceani & Tethyos filia fuit: vel (vt Herodoto placuit) à Prumethei matre. Lydis verò, ab Asiæo Atys filio. Vnde & gens quædam Sardis Asia dicitur, vt tradit Eustathius. Est autē Asia duplex: maior, & minor quæ in se continet Phrygiam, Cariam, Lycium, Lydiam, Lycaoniam, vt est apud Strabonem & Pomponium. Asia hæc minor, hodie vocatur Anatolia seu Turcia. Cic. pro Flacco, Nanque (vt opinor) Asia vestra consitat ex Phrygia, Mysia, Caria, Lydia. Huius vocis prima corripitur. Virg. l. 7. æneid. Horat. l. 1. Serm. far. 7.

Brute prætore tenente Ditem Asiam.

Amœna Asiæ. Tacit. lib. 3. Per Amœna Asiæ atque Achaiæ.

Asia opima. Vide OPIMVS.

Asiam curare. Tacit. lib. 4. Qui proconsul Asiam curauerat.

Asia, Asiæ, fœm. gen. prima prod. (Ἀσία τὸ πᾶν) Stephan. palus est Mysiæ, Caystro fluuio cohærens. Alia vero quum pronunciam significari primam corripit. Hæc ex Scruio in illud 7. æneidos,

-sonat amnis, & Asia longè Pulsa palus. Et in illud 1. Georgicorum, - & quæ Asia circùm

Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri. Quo in loco adiectiuum est Asiæ Vt fit, Asia prata. Sunt tamen qui Scruio non subscribant, negantes vllam esse paludem quæ vocetur Asia: dicunt esse in vroque Virgilij versu Asia adiectiuum esse, pro Asiatica, seu Asiæ regionis: nam Mysia & Cayster in Asia sunt. Adde quod ἀσία Græcis pratum significat: ἀσιάζω, ludum & cœnum.

Asiagus, pen. corr. (ἀσιάγος) vel ἔθι, Asiaticus. Quid. 12. Metam.

Asiaticus (ἀσιάτικος) adiectiuum. Virgil. 4. Georgicorum,

Arque Ephyræ atque Opis, atque Asiæ Deropea.

Asiaticus, adiectiuum, penul. corr. (ἀσιάτικος) vt, Asiaticum orationis genus. Cic. de claris Orat.

Asianus, aliud adiectiuum, pen. prod. (ἀσιανὸς.) Qui est ex Asia. Quintil. lib. 8. cap. 2. & lib. 12. cap. 10.

¶ Asiani, Asiæ publicani, Id est, equites Romani. Nam omnes publicanorū societates erant ex ordine equestri. Cic. ad Att. lib. 1. epistol. 14. Asiani, qui de Censoribus conduxerunt, questi in Senatu, se cupiditate prolapsos, nimium magno conduxisse vt inducerentur locatio, postulauerūt.

Asiarches (ἀσιάρχης) Vir cranē ciuium Asiaticarum ciuitatum consensu delectus, qui communia negotia curaret: de quibus Strabo lib. 14.

Asis, Asidis, pen. corr. vt, Asis terra, pro Asia. Ouid. 9. Metam.

ASIDA, æ, oppidum mediterraneum, in Bætica Hispaniæ regione. Plin. lib. 3. cap. 2.

ASILAS (ἀσίλας) Auguris nomen, qui Æneæ in auxilium venit contra Turnum. Virgil. lib. 10.

Tertius ille hominum diuūmque interpres Asilas.

Asilus, asili, m. gen. pen. prod. (ἄσιλος) Insecti genus quod horrisonum stridorem facit. Virgil. 3. Georgicorum,

Est lucos Silari circa, ilicibusque virentem

Plurimus Alburnum volitans, cui nomen asilo

Romanum est, cessiron Graij vertere vocantes. Græci itaque ἀσῆλον vocant a fono vocis: vnde poetæ diuino correpti furore, estro concini dicuntur. Vide Chiliadas Erasmi. Seruius ait vulgò tabanum appellari.

ASINARIES (ἀσινάρις) vel (vt est apud Strab.) Asina, pen. corr. Vrbs est Peloponnesi iuxta Mellenium: vnde sinus Asineus. Author Strab. lib. 8. Et Pompon. lib. 2. Lucan. lib. 8,

-vique fecarer,

Quas Asinæ cautes, & quas Chios asperat vndas,

Hos dedit in pœnam, ennec hos in puppe tuentes.

¶ Asinæ item, insula est vna ex Sporadibus, quas Electrīdas nonnulli vocant: iuxta Adrianeo, cuius meminit Pomponius lib. 2. & eius interpres Vadianus.

ASINIVS Pollio (ἀσίνιος πολλίων) celebris in primis orator fuit Romæ, Augustique amicus. Is primus omnium Romanorum, aduocatus ho minibus, scripta sua recitauit. A Quintiliano autem his verbis taxatur, Multa in Afinio Pollione inuenta, summa diligēia: adeo vt quibusdam etiam minima videatur: & consilij & animi sani a nitore & iucunditate Ciceronis tralūge abrū, vt vnderi possit seculo prior. Hactenus Quint. lib. 10. cap. 1. ¶ Afinius Gallus, eius filius, vir etiam doctissimus (vt Seneca testatur in Declamationibus) libros edidit de comparatione patris Pollionis & Ciceronis, in quibus patrē Ciceroni prætulit. Author Ceselius. Plin. lib. 11. epist. Cotta quos Claudius Cæsar postea Ciceronis eloquentiæ defensionem, vt author est Tranquillus in Claudio. ¶ Præterea alius fuit Afinius cognomento Capito, doctissimus artis grammaticæ: librum eciliquit epistolarum, in pri mâque ad Pacuuium Labeonem scripta, erat titulus, Pluria & non plura simili oportere: ratione scio, ad dit. Author Gellius. ¶ Præter hos Afinius Pollio fuit Trallianus ille, docuit Romæ tempore Pompeij Magni, successit scholæ Timagenis, scripsit bellum ciuile Cæsaris & Pompeij. Author Suidas.

Asinus, pen. corr. (ὄνος) animal notum: cuius fœmininum, Afina. Varro 2. de Re rustica. cap. 8. Ex equa enim & asino fit mulus. Contrà ex equo & asina hinnus.

Ab asinis ad boues transcendere, prouerbium, pro eo quod est ex humiliore conditione ad dignorum patres transire. Plautus Aulul. 7. Erasmus.

¶ Afini homines, pro stupidis & stolidis. Plaut. Pfeud. 4. Neque homines magis asinos vnquam vidi, ita plagis colle callent. Cicero in Pisonem, Quid nunc re aliæ literas doceamus non opus est verbis, sed fustibus. Inde Asellus bipes apud Iuuenalem. Vide Bipes, in BIS.

Asellus (ὀνάριον) diminuiuum. Plin. lib. 17. cap. 5. Campum nullis quam siccus est, arabilem rarius posit in bres, vli aselio.

Aureus asellus. Ouid. 2. Amor. eleg. 7.

Miseranda sortis asellus. Ouid. 2. Amor. eleg. 7.

A S O A S P

Lentē gradiens. Ouidit. Metam. de Mida.

Pandus asellus. Id est, eurusus. Ouid. 4. Metam. de Sileno.

Rudens. Ouid. 12. Fast.

Tardus. Virgil. 1. Georg.

Agitator asellū. Id est, agaso. Virg. 1. Georgicorum,

Demitto auriculas, vt inquæ mentis asellus

Quum grauius dorso subierit onus. Horat. lib. 2. epist. 1.

Onustus asino. Cic. Att. lib. 12.

Fabulam narrare furdo asello, prouerb. Horat. 2. epist. 2. In eos qui non audiunt, qui non attendunt, qui sermonem negligunt, aut respuunt.

¶ Asellus, Pisti is, dictus quòd si colore emericio: quemadmodum & asinus vulgo mercilium vocatus. Plin. lib. 9. cap. 17.

¶ Asellus Stellæ dux in signo Cancri. Plin. lib. 18. cap. 35.

Asinarius, adiectiuum (ὀνικὸς) Quod pertinet ad asinum: vt, Mola asinaria quam circumagit asinus. Et Plauti Asinaria dicta est comœdia, quòd de asinorum venditione tractet.

Asinarius, substantiuum (ὀνικὸς) Qui pascit asinos, vel qui asinos ducit. Cato cap. 10. Operarios, quinque, bubulcos tres, fabulcum vnum, asinarium vnum. Sueton. in Augusto, cap. 96.

Asininus, pen. prod. aliud adiectiuum (ὀνικὸς, ὀνώδης) Quod est asini: vt, Asininus pullus, Varro. a de Re rusti. cap. 8. Ossa asinina, Plin. lib. 16. cap. 36. Asinina prunæ, idem lib. 15. cap. 13.

ASINIVS, cognomen fuit Cornelium: quod à Co. Cornelio Scipione ad posteros est propagarum. Hic enim quum sponsores ab eo poscerentur, asinam produxit in forū cum pecuniæ onere, quasi pro sponsoribus præsens pignus: & impuc ob causam Asina postea dictus est, vt scribit Macrobius lib. 3. Saturnal.

Asio, nis (ἀσιὼν) Auis est ignere noctuarum, minor bubone, plumas creētas habens aurium modo. Plin. lib. 10. cap. 23. Oris bubone minor est, noctua maior, auribus plumeis eminentibus: vnde & nomen illis. Quidam Latinè Afionem vocant.

ASSIVS (ἄσσιος) oppidum, cui mons imminet: & Assinates, pen. prod. qui oppidi incolæ Plinio & Ptolemæo.

ASTVS (ἄστυς) filius fuit Dymantis, vt in Iliade scribit Homerus. Hic aduersus Græcos Priamo fauit. ¶ Fuerunt & alij Asij, quorum pater fuit meminit Homerus. ¶ Est & Afius Ptolemæo Senonum fluuius in Italia. Æsium hodie, vulgo Esino.

Asius lapis (λίθος ἄσιος λίθος) Est pumicis instar leuis, fungosus, friabilis, lutei coloris, intercus sanibus venis. Hoc, quòd carnes obsumat, vicebitur antiquitas ad defunctorū sepulcra, vt author est Plin. lib. 36. cap. 17. In Asso (inquit) Troadis lapis sarcophagus fissili vena scinditur. Corpora defunctorum condita in eo absumi constat intra quadragesimum diem, excepto dentibus. Hæc ille. Plura vide apud Dioscor. lib. 5. cap. 169. Et Galen. lib. 9. Simplic.

A S O

ASOMATOS (ἀσώματος) Latinè dicitur sine corpore. Cic. 1. de Nat. deor. Quòd verò sine corpore vllo deum vult esse, vt Græci dicunt, ἀσώματον id quale esse possit, intellīgi non potest.

ASOPATES (ἀσωπάτης) populi sunt gentis Epiroticæ, qui Acarnaniam inhabitant. Strab. lib. 7.

ASOPIDES, Vide ASOPIS.

ASOPIADES, patronymicum masculinum (ἀσωπιάδης) quod apud poetas recipitur pro Æaco Asopi nepote, qui pater fuit Æginæ, matris Æaci. Ouid. 7. Metamorphoseos.

Huic Asopiades, Peleus irrita, dixit, &c.

ASOPIS, pen. prod. (ἀσωπὶς) Asopidos, Danaë Asopi fluuij filia. Ouid. 6. Metam. Aureus vt Danaen, Asopida lusserit ignis.

ASOPIS, idis (ἀσωπὶς) Regnerula est Peloponnesi, in tractu Achaiæ propriè dictæ, circa Phlium terminata dicta ab Asopo fluuio cui adiacet. Ab Homero Arathyrea dicitur, teste Plin. lib. 4. cap. 5. Strabo lib. 8. enā Asopiam appellat.

ASOPVS, pen. prod. (ἄσωπος) amnis Sicyonīorum, vt ait Strabo. Propert. lib. 3. eleg. 15. Sæpe vago Asopi flumina pernoua fluenta. ¶ Est nē Asopus alius fluuius Thebas præterfluens. ¶ Item alius in Heraclea Trachinia, lacens apud Prigum, quem Prasopios nominant. ¶ Est item hoc nomine fluuius in Paro insula. Horum omnium meminit Strabo lib. 8.

ASOVS, fluuius est, esse Ilio lib. 6. bel. Maced. alluens Heracleam citeriorem, situm in radicibus montis Oeæ. Hunc esse conici potest, de quo Plin. lib. 4. cap. 10. In ora Heraclea, fluuen Apidas. Hic à Bocatio Asasius, ab aliis Asæus vocatur.

ASOTVS, asoti, pen. prod. (ἄσωτος.) Asoti (inquit Budæus) dicitur verbor Græco, qui luxu & ganeæ studio sunt perditi. & lanne nequā verbo significantissimo: eorum que vitium asotia, quam Gell. lib. 17. cap. 10. luxum, prodigalitatem atque nequitiā interpretatur. de quibus Cic. in 1. de Fin. loquens, ita inquit, Nolim enim mihi fingere asotos (ve soletis) qui in mensam vomant, & de conuiuiis auferantur, eruditque postridie se rursus ingurgitent, qui Solem (vt aiunt) nec occidentem viquam viderint, nec orientem, qui cōsumptis patrimoniis egestate nemo nostrūm istius generis asotos iucundē putat viuere.

Asotos, aduerbium Græcum (ἀσώτως) Incontinenter, prodigaliter. Martial lib. 4. epigram. 9. ἄσωτος ἀσώτως.

A S P

ASPAGONES, populi Indiæ regionem vitis, & lauri, & busi, pomorumque omnium in Græcia nascētum fertilem incolentes. Horum meminit Plin. lib. 6. cap. 21.

Aspalathus (ἀσπάλαθος) Frutex est furculosus, multis spinis horrens, cuius meminit Galen. lib. 8. Simp. ſic inquiēs, Aspalathus gustu quidem acris simul & astringens est: faculare verò ex dissimilibus constat, nempe partibus fuis acribus exsalfacientes, partibus verò aliis, aulteris scilicet, refrigerans. Hactenus Galenus. Vide & Dioscor. lib. 1. cap. 19. ¶ Aspalathus, Spina est candida (teste Plin. lib. 12. cap. 24.) magnitudine arboris modicæ, flore rosæ, cuius radix vnguentis exportatur. Putatur id em esse cum eo quod hodie officinæ Lignum Rhodum appellant. Vide Ruell. lib. 1. cap. 38.

Asparagus

Asparagus, asparagi, m. (pen. corr. ἀσπάραγος) herba: dicta, vt ait Festus, quòd in aspero virgulto nascatur. Varro 4. de ling. Lat. Asparagi, quòd ex asperis virgultis leguntur, & ipsi asperi sunt, tion lenes. Mart. lib. 13.

Mollis in aquoreæ quæ creuit spina Rauennæ,
Non erit inrultis grauior asparagis. Hinc prouerbium de re quæ celeriter fit, dicitur, Citius quàm asparagi coquantur. Vide Chiliadas Erasmi.

Asparago, inis, pen. corr. (ἀσπάραγος) vitium ex pluuia, vndæ contractum. Calliph. in l. 4. §. 2. D. ad l. Rhod. de iact.

Aspasia (ἀσπασία) mulier Milesia fuit magna doctrinæ fama, sophistria & rhetoricæ magistra: Perielem docuit, simul & amauit, ab eoque in matrimonium accepta quum esset captiua, caussa fuit & ipsa Pyrronis quidam historiarum auctor de Coenionete variam historiam scripsit, vt idem Suidas author est.

Aspathines (ἀσπαθίνης) ex Persis vnus, qui cum Dario in Smerdim magum coniurauerat. Herodot. lib. 3. Mufarum 3.

Aspectabilis, Aspecto, Aspectus, Vide Aspicio.

Aspelis, vnum ex Cypri insulæ nominibus, apud Plin. lib. 5. cap. 31.

Aspello, aspellis, aspuli, aspulsum (ἀσπίζω) aspellere, Pellere à se. Plaut. Capt. 10. Nec vt exilium exitio est, neque ædeo spes, quæ mihi hunc aspellat. Cic. 2. Tusc. Sed longè à tanto numine aspellor louis.

Aspendios. Vuæ genus & amnatum ars, quod nec ab vlla alite etiam attingitur, author est Plin. lib. 14. cap. 18.

Aspendys, citharœdus fuit, à quo prouerbium, Aspendij citharistæ. Vide Iuuenalem in Cano.

Aspendys (ἀσπένδυς) Pamphyliæ vrbs, Argiuorum ædificium. Hic Veneris simbus fuit, de quo & author eius generis Mopsus ex Argo hinc profectus, & primum obuium sacrificare vouerat: concreuit autem fus. Author Stephanus, & Pomponius lib. 1.

Asper, aspera, asperum, pen. corr. (τραχύς) a verbo Græco deducti videtur, a sero. Proprie autem vocamus asperum, quod vel visu, vel gustu, vel tactu, aut alio sensu insuaue est, vt ait Sipontinus. Hinc asperam arteriam vocat Plinius, atque adeo medicos omnes, quam Græci τραχεῖαν, propter multorum semicirculorum asperitatem.

Asperum & lene, contraria. Cic. 2. de Finib. Sensus tudicat dulce amarum, lene asperum, longè prope & c.

Leuis & asper, contraria. Cic. 11. Part. Orat. In locis autem & illa naturalia leuis aqua, asper, salubres ao perniciosa, & c.

Maris aspera. Tacit. lib. 4. Hoc est, asperitates.

Asper sti. Siticulosi, animodum frigens, & nimia siti os asperum habens. Virg. 3. Georg. de serpente.

Æquore quoties asperior. Ouid. 2. Fast.

Asperrimo hyemis Tempora vique progressus. Tacit. lib. 3. Aut substantiuum est, aut subaudiatur, Tempore.

¶ Asper, Iniquus. Virg. 12. Æneid. Quin aspera Iuno. Seruius.

Asper natura, & omnibus iniquus. Cic. pro Cn. Plancio, Tu delegas ex omni populo aut amicos tuos, aut inimicos meos, aut denique quos ignorabis, quos inhumanos, quos crudeles esse dixisti, & c. Eodémque adiungas, quos natura putes asperos, atque omnibus iniquos?

¶ Asper, Asperna tor, fastidiosus, ingratus. Virg. 8. Æneidos.
-trebusque veni noo asper egeou. Seruius.
Monitoribus asper. Horat. in Arte poet.
Prompsum ad asperiora ingenium Druso erat. Tacit. lib. 1.

¶ Asper animos. Liu. 9. bel. Maced. Asperi proculdubio animi, & linguæ acerbæ, & immodicè liberæ fuit: fed inuicti à cupiditatibus animi, & rigidæ innocentiæ.

Adius. In asperis.
Bella. Horat. 2. epist. 1.
Cornu aspera bos, quæ coralbus ferire soles. Virgilius 3. Georgicorum.
Horrere capillis asperis. Horat. Epod. 5.

¶ Cena aspera Plautus Canna, Redibo hùc ad cenem, ad cenam asperam.

Crabio. Virgil. 4. Georg.

Asperior & durior doctrina. Cic. pro Murœna, Accessit his tot, doctrina nec moderata nec mitis, sed, vt mihi videtur, fauló asperior & durior, quàm aut veritas aut natura patiatur. de Catonis virtutibus.

Dominatio nimia atque aspera. Pomponius in l. 5. & quum plaeuisset. D. de origin. iuris.

Tacere. Tacit. lib. 15. Ille ferociam amici metuit, spe asperis facetiis illusus.

Gens culta aspera. Virg. 7. Æneid.

Exuere cultu aspera. Horat. 2. epist. 2. Id est, læuigare.

Glacies. Virgil. 10. eclog. 10.

Homo asper & durus oratione & moribus. Cic. 4. de Fin. Peripatetici verba tenent mordicus, quæ dum sibi coelli ex ordine nolunt, horridiores euadunt, asperiores, dentiores, & oratione & moribus.

Aspera ereseit hyems. Ouid. 11. Metam.

Iugum. Cæsar 2. bel. Ciuil.

Lapis. Ouid. 3. de Arte.

Leo. Horat. 3. Carm. 2.

Lingua. Virg. 12. Georgicorum,
-& obsellas fauces premit aspera lingua. Obsellas fauces: Id est, clausas. Aspera, nimia siccitate. Seruius.

Litera. Quid. 1. fast. De Lemuriis loquitur, quæ remuria dicta fuerant, sed mutata.

Loca. Cæsar 3. bel. Ciuil.

Lupus dulcedine sanguinis. Ouid. 11. Metam.

Nubila. Lucret. lib. 6.

Nummus. Recentes eulus & signatus. Suetonius in Nerone. Perfusus fauilla.

Odia. Virgil. 2. Æneid.

Aspera & horrida oratio. Cic. in Orat. Et grandiloqui, vt ita dicã, fuerunt cum ampla & sententiarum grauitate, & maiestate verborum, vehementes, & c. quod ipsum alij aspera, tristi, horrida oratione, neque perfecta, neque concluſa, & c.

Asper & malediczt patronus. Cicero de claris Orat. C. Fimbria reprobatus ísdem fere, fed longius ætate prouectus, habitus est fané luculenté patronus asper, & malediczs, genere toto paulò seruidior atque commotior.

Pelles. Horat. 2. Carm.

Piper. Plin. lib. 12. cap. 7.

Aspera signis pocula, pro Sculpta, anaglypha. Virgil. 5. Æneidos.

Seruius,

Pugna. Virgil. 12. Æneid.

Rubus. Virgil. 3. eclog.

Sapor. Virgil. 4. Georg. de flore amello.

Saporis asperrimi fruges. Plin. lib. 12. cap. 12. Et lib. 14. cap. 2.

Saxa. Cic. 1. Tuscul. Ouid. 6. Metam.

Seeula. Virgil. 1. Æneid.

Sentes. Virgil. 2. Æneid.

Studia asperioribus formare mentem. Horat. 3. Carm. ode 24.

Sylua. Virg. Georg. -interunt segetes, subit aspera sylua. Sylua autem hor loco de herbis intelligendum, vt Seruius adnotat.

Sylua aspera & denſa. Cic. Artico. lib. 11.

Tempora. Cicero pro Cornelio Balbo. Summa vtilitate ac maximo fere præsidio in periculis atque asperis temporibus earendugo erit.

Aspera tractatu terra. Plin. lib. 17. cap. 7.

Verba. Quid. 2. de Ponto, eleg. 6.

Victus. Plaut. Capt. 4.

Vinum. Teren. Heaton. 3. t.

Virtus. Silius lib. 7.

Studiis beli asperrima vrbs. Virg. 1. Æneid.

¶ Aspri pro Asperi, Synæresis vſitata apud poetas. Virg. 1. Æneid.

Asperitas, penult. corr. (τραχύτης, τραχυτῆτος) contraria est lenitati, authore Donato. Cic. 4. de Finib. Quam illorum fruſtiam atque asperitatem fugiens Panætius, nec acerbitatem sententiarum, nec dissérendi fúnas probauit.

Asperitas arci. Plin. lib. 9. cap. 3.

Loci inquus asperitas. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 4.

Asperitas animi. Plin. lib. 12. cap. 14. de asperitate mearum spiritus fu vocis. Ergo & hæc animi asperitas, feu potius animæ, dulcioreſucco mitigatur.

Aeris asperitas. Ouid. ad Pisonem,
-tu mitis, & acri Asperitate carent.

Asperitas imbricata. Vide in Imbricata.

Bellum, belli {πόλεμος, μάχη, σύστασις} Est tum ipsa pugna , tum totum tempus quo in militia sumus : quam illiterati guerram vocant. Præsum , ipsum tantummodo armatum certamen. Nam & pugna certaminque etiam extra arma sit.interdum etiam sit nudis verbis. Hæc Varia lib.4.

Bellum à bellis dicitur: quia belluarum sit pernicioſa diſſenſio. Hæc Festus. Seruius autem bellum dici vult per contrarium, quòd minimè bellum sit. Sic enim ait in illud 1. Æneid. 6. -ſie volvere Parcas. Parez dicte sunt {παρὰ τὸ πάρεσθαι}, quòd nulli pareant : sicut lucus,à non lucendo: & bellu,à nulla re bella. Cicero tamen à duello per contractionem bellum dicit factum,in Oratore , Quid verò, inquit,licentius,quàm quòd hominum etiam nomina conuocabãt, quo essent aptiora? nam vt duellum bellum, & duis bis: sic Duellum cum qui Pœnos classe deuerit, Bellum nominauere , q̃ am superiores appellaui essent semper Duelli. Idem tradit Quintil.lib.1.De literis & earum potestate. Plaut.Amphit.3. Nam cum Thelebois est bellum Thebano populo.

Bellum & pax,contraria. Terent. Eunuch.t.1.

Tumultus & belluni. Cic.8.Philipp. Potest enim esse bellum sine tumultu: Tumultus esse sine bello non potest.

Bellum à prælio differt , quòd prælia partes sunt belli , hoc est in bello congressiones. Vide Nonium. Liu.9.ab Vrbe, Pop. Rom. etsi nullo bello,multis tamen prælijs victus est.

¶Bellum pro prælio aliquando ponitur.Salluſt.In eo bello trecenti milites desiderati.

¶Belli ,genitiuus , qui aliquando ponitur pro aduerbio in loco. Cic.2. Offic. Præterea quibuſeunque rebus vel domi vel belli potenrur,

rum, Remp. augeant imperio, agris, vectigalibus. Liu. 3. ab Vrbe.
Omnibus bellatoge dotibus eminentissimus fui seculi P. Scipio Æmilianus. Patercul. lib. 1.
¶ Belli vocabulo, bellatores, milites, & ea quæ ad bellum pertinet, omnia comprehensa est Ouid. 11. Metamorphoseos.
Permanet Aunus Nereus violentius in undis,
Bellaque non transferet. Id est mens tempestas trahicere Græcos in Asiam non patitur. Sic Sil. lib. 7.
Sed vitæ fera bella dea vexere per æquor,
Atque excisa suo parirer cum iudice Troia est.
¶ Bellum fine hoste, Ciuile bellum vocauit Lucan. lib. 1.
Acta belli domisique. Ouid. 11. Metam.
Aduersi bella. Vide A DIVERSA.
Æstus belli commouere. Lucret. lib. 5.
Altrix bellorum tellus. Sil. lib. 1. De Numidia.
Apex bellorum, id est caput & dux. Stat. 5. Sylu. 2. Ille fecundus apex bellorum. De A DOLANO.
Asperima studia belli gens. Virg. 1. Æneid.
Auida mens belli. Ouid. epist. 7.
Author temeritas belli. Ouid. 5. Metam.
Caligo belli. Stat. 8. Thebaid. Caliginem vocat illum belli tumultum, quo quid agedum cuique sit, nemo videt, nec amicus amicum, nec frater fratrem agnoscit.
Casum belli meuentes. Cic. pro Sextio.
Causæ bellorum. Tacit. lib. 10.
Celeritas belli. Cic. 5. Philipp.
Certamina belli. Lucret. lib. 2.
Commercia belli. Vide COMMERCIUM.
Communia belli Mars. Vide COMMUNIS.
Concitores belli. Tacit. lib. 4.
Confector belli. Cic. Plancio, 10. 20.
Contentione belli magna superare. Cic. pro Sextio.
Durus bello, id est fortis & infractus. Virg. 2. Georg.
Egregia belli gens. Virg. 1. Æneid.
Eluentus belli varij. Virg. 10. Æneid.
Examinata bello pectora. Statius 4. Thebaid. Bello, id est timore belli.
Secundi belli exitus. Horat. 4. Carm. ode 14.
Expers belli. Ouid. 5. Metam. humanis a bello.
Expertus belli, qui opponitur Subtus miles. Tacit. lib. 20.
Expertus bello & armis. Virg. 7. Æneid.
Expertus bellis. Tacit. in Vita Agricolæ.
Extinctor belli. Cic. de Arusp. resp. 20.
Feroce bello, & ad vim paratus. Ouid. 11. Metam.
Fetus belli. Stat. 3. Sylu. 1.
Fortuna belli prædet. Ouid. 8. Metam.
Fracti bello ductores Danaûm. Virg. 2. Æneid.
Fremens bello Italia. Virg. 4. Æneid.
Froms bellorum, Acies exercitus. Stat. 12. Thebaid.
Furiosa bello Thraee. Horat. 2. Carm. ode 16.
Grauida bello vrbs. Virg. 10. Æneid.
Habilis bello ætas. Ouid. 1. Amorum, eleg. 9.
Immunis belli. Virg. 12. Æn. Id est sine officio dimicandi.
Incendia belli. Virgil. Æn. Seruius. Incendia vim interpretatur: Semper enim inquit, diuturno aut incendio comparatur bellum.
Incerta belli meuerre. Tacit. lib. 4.
Inciyta bello mœnia. Virg. 2. Æneid.
Inexpertus belli. Tacit. lib. 17.
Infolens bellorum. Tacit. lib. 17.
Insuperabiles bello Getæ. Ouid. Virg. 4. Æneid.
Intractabile bello genus. De Carthaginensibus ait Virg. 1. Æneid.
Id est, insuperabile, asperum, fœuum. Seruius.
Iura belli. Cic. pro Corn. Balbo.
Lecta bello iuuentus. Virg. 8. Æneid. Id est, ad bellum.
Magnus bello. Virg. 2. Æneid.
Malus a bello. Columel. in præfat. lib. 1. Vera illa Romuli proles assiduis venatibus, nec minus agrestibus operibus exercitata, firmissimis præualuit corporibus: ac militiam bellum, quum res postulauit, facile sustinuit durata pœnis laboribus.
Modo bello. Liuius Decad. 1. lib. 8. Id est ritu seu more belli.
Nobile bellum. Vide NOBILIS.
Offensiones belli. Vide OFFENDO
Pericula belli tentare. Lucret. lib. 5.
Præda belli. Stat. lib. 4. Thebaid.
Materiabilem præstat. Quintil. lib. 3. cap. 7.
Præsans bellis, Virtute bellica. Sil. lib. 5.
Regina bellorum virago, periphrasis Minervæ. Stat. 4. Sylu. 5.
Reliquæ belli, Quicquid post bellum peractum superest, & non totam perit. Sil. lib. 15.
Rudis belli, Ignarus belli. Horat. 1. epist. 2.
Simulacra belli cernere. Vide paulo post, Cicre bella.
Spectatus bello. Tacit. lib. 1.
Studium ad bella. Virg. 3. Georg.
Subita belli. Tacit. lib. 11. Quando impetum & subita belli horas abnuerer.
Summa belli. Liu. 4. Decad. lib. 1.
Superbus bello populus. Virg. 1. Æneid.
Superstes bellorum. Tacit. lib. 2. de moribus Germanorum, Multique superstites bellorum, insamiam laqueo finierunt.
Trepidantia bello corda. Virg. 4. Georg. Seruius interpretatur alacriter pugnandi, non timore.
Tumultus belli. Lucan. lib. 6.
Vnus veteri bellum, eleganter dictum à Stat. lib. 11. Thebaid. pro bello duorum inter se fratrum.
Vexatus bello. Virg. 4. Æneid.
Belli vices. Stat. lib. 9. Thebaid.
Victoria belli. Stat. lib. 12. Thebaid.
Victoribus bello duc bus maximus honor datus. Quintilian. libro 2. cap. 16.
Virtus bello vigida. Virg. 4. Æneid.
Acerbum bellum. Cic. Verr. 5.
Acre bellum. Vide ACRE. Ouid. in Ibin, versu vltimo.
Acutum bellum, id est periculosissimum. Porphyr. Vide ACUTUS: Horat. 4. Carm. ode 4.
Aduersum bellum. Horat. 2. Serm. sat. 7.
Æterna bella gerere. Senecs in Hercule furente. 1.
Aspera bella. Horat. 2. epist. 1. Ouid. 8. epist. 6.
Bisubre bellum. Ouid. 2. Amorum, eleg. 12.
Calamitosum. Vide paulo post, Exitabile, &c.
Ciuile, Quod inter ciues geritur. Lucan. lib. 2.
Clausum pectore bellum. Sil. lib. 1. Bellum, id est amor belli.
Creperum, Id est dubium. Lucret. lib. 5.
Crudele & exitiosum. Cic. Attico, lib. 9.
Difficile. Cic. Minh. daticum bellum magnum atque difficile.
Diuturnum. Cic. Verr. 5.
Domestica & externa. Cic. de Senect.
Durissimum. Cic. pro Corn. Balbo.
Exhausta bella, id est finita. Virg. 4. Æneid. Seruius.
Exitiabile ciuibus, & calamitosum. Cic. Att. lib. 10.
Exitiosum. Vide paulo ante Crudele, &c.
Externum. Vide paulo ante, Domesticum, &c.
Fera. Silius lib. 7.
Finita triumphis. Ouid. 15. Metam.
Fodum. Cicero. Ita percussa & prostrata fœdissimo bello iacent omnia.
Formidolosum. Cic. in Pison.
Funebre. Horat. 1. epist. 20.
Furiale. Silius lib. 8.
Genialia. Bella quæ gerunter inter conuiuia. Sic Centaurorum & Lapithatum bella vocat. Stat. lib. 1. Achil.
Horrida. Virg. 6. Æneid. Iuuenal. sat. 14.
Horrificum, nefarium, omni imbutum odio bellum inferre. Cic. pro Domo sua.
Immensum exarserat bellum. Patercul. lib. 2. Sub M. Vinicio immensum exarserat bellum: erat & ab eo quibusdam in locis gestum, quibusdam sustentatum feliciter.
Impia bella ciere. Stat. 11. Thebaid.
Inania bella gerere. Sil. lib. 1.
Indomitum. Seneca in Agamem. 7.
Inexpertum. Tacit. lib. 18.
Inexpiabile. Vide INEXPIABILIS.
Inexpiabilia bella excitare. Quintil. lib. 3. cap. 16.
Infandum. Stat. 3. Thebaid.
Infaustum. Stat. 6. Thebaid.
Ingens. Virg. 2. Æneid.
Inusitum. Ouid. 5. Metam.
Interneciuum. In INTERNECO.
Bellum intestinum, pro domestico. Cic. in Catil.
Iuuatum. Sil. lib. 11.
Lacrymabile. Ouid. 8. Metam.
Lacrymosum. Horat. 1. Carm. ode 21.
Latrantia. Claudian. 2. in Eutrop.
Longinquum. Sil. lib. 13.
Longinqua non finitima bella gerebant. Iustinus lib. 1. non procul ab initio.
Longo equis bella obruti. In LONGUS.
Longum, Diu durans. Ouid. 12. Metam.
Luctuosum. In LUCTUOSO.
Lugubre. Horat. 2. Carm. ode 1.
Magnum bellum. Virg. 2. Æneid.
Magnum & periculosum bellum. Cicero ad Quintum fratrem, libro 1. 2.
Maritimum bellum. Vide paulo post, Nauale, &c.
Martia. Horat. in Arte poetica.
Miserabile. Ouid. epist. 13.
Mollius bellum gerere. Vide MOLLIS.
Mortiferum. Virgil. 6. Æneid.
Mulierbre. Vide MULIER.
Quasi naturale bellum est mihuo cum coruo. Cicero 2. de Natura deorum.
Bellum nauale & maritimum, Quod nauibus fit, & iuxta mare. Cic. pro lege Manilia. Ouid. 1. de Arte.
Nefandum. Sil. lib. 17.
Nefarium. Vide paulo ante, Horrificum, &c.
Nobile, Celebre & notum omnibus. Horat. in Arte poet.
Opera, Clandestina. Virg. 2. Georg.
Pectora, Fœdifragum. Stat. 4 Sylu. 3. de Annibale.
Pendula. Claudian. de bello Gildon.
Perfida. Sil. lib. 15.
Periculosum. Vide paulo post, Terribmum, &c. & paulo ante, Magnum, &c.
Pestiferum. Cic. Attico, lib. 8. Video enim quantum id bellum, & quam pestiferum futurum sit.
Pigmæa. Claudian. epigram. 17.
Ploranda. Stat. 1. Thebaid.
Puerile. Stat. 6. Thebaid.
Rapida. Claudian. Panegyr.
Reduuia. Silius lib. 10.
Sæuum. Stat. 12. Thebaid.
Sanguineum. Stat. 5. Thebaid.
Seruile. Cic. pro lege Manilia.
Spatiosum. Ouid. 13. Metamorph.

Terrerimum & periculosissimum. Cic. Plancio, 10. 19.
Tristia. Virg. eclog. 6. Seneca in Octavia, 6.
Trux. Valer. Flacc. 5. Argonaut.
Violenta. Ouid. 1. Amorum, eleg. 1.
Virginum, id est ab Amazonibus virginibus gestum. Valer. Argonaut. lib. 5.
¶ Absistere bello. Liu. 4. Decad. lib. 1. Si Antiochus regno Attali absistat, bellóque absistat. Horat. 1. Serm. sat. 3. Vide ASSISTO.
Absoluere bellum. Lucan. lib. 1.
Absoluere bello. Tacit. lib. 4.
Abstinere bellum ab aliquo. Vide ABSTINEO.
Abscise à bello. In ASSVM.
Accendendo bello aes. Tacit. lib. 20.
Acceptum bellum prono mihi. Lucan. lib. 1, ad est susceptum mihi properanti ea causa imperator volubat.
Administrare bellum. Cic. pro lege Manilia, Idem eum Theutonis bellum administrauit. &c.
Admotum bellum. In ADMOVEO.
Adornare bellum In ADORNO.
Affectum. Cic. de Prouinc. Consul. Bellum affectum videmus, & vereor dicam pene confectum.
Agere bellum. In AGO.
Agitare bella. Stat. lib. 10.
Alere bellum. Plautus Cicerони, lib. 10. 13. Verebar ne cui obtrectatorum videre & nimium pertinaciter Lepido offensus, & mea patientia etiam alere bellum.
Apparere bellum. In APPARO.
Aderere Syria bello. Cic. Attico, lib. 6. 16.
Assuescere bella animis. Virg. 6. Æneid.
Attenuatum & imminutum bellum. In ATTENVO.
Cadere in bello. Senecain Herc. fur. 6.
Capere bellum in CAPIO.
Capessere bella. Sil. lib. 9.
Cauponari bellum. In CAVPONARI.
Cedere bello. Lucan. lib. 5.
Certare bello. In CERTO.
Ciere bella. Virg. 5. Æneid.
Simulacra belli ciere. Virg. 5. Æneid. Voeant belli simulacra, belli velut imaginem quandam, vbi non pro locis & lanbus, sed exercitij tantùm causa pugnatur.
Cogitare de bello. Cæs. de bel. Gall.
Coire ad bella. Ouid. 9. Metam.
Committere bellum. In COMMITTO.
Commouere bellum. In COMMOVEO.
Commotum, & confirmatum bellum. Cic. Dolabellæ, 9. 13.
Comparare bellum. Cic. Bellum mari & terra comparat.
Componere bellum. Asin. Cic. 1. Famil. 11.
Concidi bellum. Tacit. lib. 18.
Conegere bella. Est mandatum de bello alicui inferendo. Sil. lib. 1.
Conerare bellum. In CONCITO.
Conuerrere bello alicui, id est contra. Virg. 10. Æneid. Seruius.
Condere bella apud Virgil. eclog. 6, bella describere, & historiam bellorum componere significat.
Confiere bellum. Tacit. lib. 2.
Confirmatum bellum. Vide paulo ante Commotum, &c.
Confare bellum. In CONFLO.
Confidunt bella. Sil. lib. 16.
Consummatum bellum. In CONSVMMO.
Consurgere ad bellum. In CONSVRGO.
Consurgit nouum bellum. Virg. 8. Æneid.
Contendere bello cum aliquo. Virg. 4. Æneid.
Contrahere bellum semeritate. In CONTRAHO.
Coortum bellum, & Coortus ad bellum. In COORIOR.
Contractum bellum ex infinito tempore. Lucret. lib. 2.
Coquere bellum. In COQVO.
Bellum crescens in segetem. Claudian. de bello Getico.
Dare bellum, Occasionem belli. Strat. 2. Thebaid.
Dare bellum alicui, pro Illum bello præficere. Cic. 11. Philipp. Seruorianum bellum à Seruio primùm datum est.
Operam dare bello. Ouid. de Remedio amoris.
Decernere bellum alicui. In DECERNO.
Decerrant agmina bello. Stat. 4. Thebaid.
Defendere muros bello. Virg. 9. Æncid.
Delere bellum. Cic. de Amic.
Depellere bellum. Cic. Famil. 6.
Deponere bellum. Ouid. 1. Metam.
Dimittere. Stat. lib. 6. Thebaid.
Dirimere. Virg. 12. Æneid.
Ducere eum aliquo. Id est gerere, aut in longum ducere. Virgilius 8. Æneidos.
Ducere, pro Extrahere. Tacit. lib. 12. Cic. Mario, 7. 3.
Duplicare. Tacit. lib. 10.
Eleuare, Id est minuere & extenuare. Liu. Decad. 4. lib. 2.
Ire in bella. Ouid. 3. de Arte.
Erumi bella. Gerenius bella. Virg. eclog. 4.
Inuitus ut cupiendibus esse bellum. Tacit. lib. 1, Fama dediti, beneficque ut cæpta Sycellis vulgata, vt quibusque bellum inuitis aut cupientibus erat, spe vel dolore accipitur. Hoc sermonis genus Græcis familiare, dicunt enim ἀχθόμενον αὐτῷ τοῦτο, id est inuitis aut lubentibus esse, quum significant molestum existere quicquam aut gratum.
Extendere bellum. Cic. pro Ligar.
Excitare. Cic. Fam. 6.
Expedire ad bellum. Tacit. lib. 18.
Extendere bellum. Sil. lib. 17. Producere significat.
Extinguere. Cic. Famil. 11.

Facere patriæ. Tacit. lib. 3.
Fangare bella. Id est agitare. Sil. lib. 7. De Scipione Africano.
Ferre bella, Mouere, aut inferre. Ouid. epist. 2.
Flagrare bellum. Lucan. de bel. Pun.
Fraudare bellum sanguine detur, quum sine hominum clade & cruento exitu perficitur. Lucan. lib. 2.
Fugere. Seneca in Troade, 4.
Fulminat bello, inquit Virg. 4. Georg. De Cæsare.
Gerere. Virgil. 1. Æneid.
Gerere & confiere. Cic. pro Corn. Balbo.
Gesta & consummata bella. In CONSVMMO.
Glomerare manum bello. Virg. 3. Æneid.
Gubernare bellum. Cic. 4. Philipp. Bellum quod ab opinione plerunque & fama gubernatur.
Habere bellum susceptum cum aliquo. Cic. de lege Agrar. Bellum habet nefcio quod susceptum Consulatus cum Tribunatu.
Imbutum odio bellum. In IMBVO.
Imminet belluns ab Tarquinio. Vide IMMINEO.
Imminutum bellum. Vide paulo antè, Attenuatum, &c.
Finem bello imponere. Ouid. 8. Metam.
Impulsum bellum. In IMPELLO.
Incendere aliquem bello, Id est belli cupidine inflammare, aut ad bellum incitare. Stat. 3. Thebaid.
Inchoare bellum. Cic. de Prouinc.
Ineidit illis bellum, Bellum inter eos obortum est. Horat. 1. Serm. satyra 7.
Incipere bellum. Sallust. in Catil.
Incumbere ad vel in bellum. In INCVMBO.
Ineuerre bellum. Horat. 2. Serm. sat. 1.
Indicere bellum alicui. Ouid. 6. Metam.
Indicere bellum philosophiæ. Cic. 2. de Orat.
Indicere bellum nefarium. Cic. pro Deiotaro.
Indigere atque inferre. Cic. 3. Verr.
Ventri bellum ind. ceee, leuiuare significat apud Horat. 1. Sermon. satyra 4.
Indigere bellum voluptatibus, aut sibi. In INDICO.
Infestre. Virgil. 3. Æneid.
Inflammare. Cic. Fam. 11.
Inire. Liuius lib. 4.
Inire concilium de bello. Cæs. de bel. Gall.
Insistit in bellum totus & mente & animo. In INSISTO.
Instans bellum. In INSTO.
Instaurare bellum. In INSTAVRO.
Instruere. Cic. de lege Agraria, Vrbs quæ facere atque instruere bellum possit.
Integrare. Stat. 8. Thebaid.
Intendere in aliquem. In INTENDO.
Intendere animum ad bellum. Sallust. in Iugurth.
Inuadere bellum. In INVADO.
Inuoluum bellum. In INVOLVO.
Lacessere bello. Cic. pro lege Manil.
Mandare bellum. Liu. lib. 5.
Minari. Virg. 9. Æneid.
Minitari. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Molirì. In MOLIOR.
Mouere. Virgil. 1. Georg. Horat. 4. Carm. 1.
Mutare bellum pro pace. In MVTO.
Nasci gens bellis, & ad bella. In NASCOR.
Nuuare bellum alicui. Tacit. lib. 21.
Obire bellum. Tacit. lib. 3.
Obiectare bello corpora, Ad arma congredi. Virg. 4. Georg.
Obortum bellum. In OBORIOR.
Obruit bellis longinquis. Plin. lib. 7. cap. 54.
Opprimere bello. In OPPRIMO.
Opprimere bellum exortum. In OPPRIMO.
Orum & patratum bellum. Tacit. lib. 3.
Ostendere bellum. In OSTENDO.
Parare. Ouid. 7. Metam. Vide PARO.
Para bello. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Pacere bellum. Vide paulo antè Longinquum bellum.
Patrare. Id est conficere & debellare. Tacit. lib. 2.
Pauescere. Tacitus lib. 1.
Pendet belli fortuna. Ouid. 8. Metam.
Pendet ex eius origine bellum. Ouid. 1. Metam.
Perpetrato bello. In PERPETRO.
Perrumpere bellum. Id est vincere. Seneca in Agamemn. 7.
Persequi aliquem bello. In PERSEQVOR.
Petere bella, Aggredi bella. Sil. lib. 15.
Petere aliquem bello. Virg. 3. Æneid.
Ponere bellum, Positum bellum. Virg. 1. Æneid.
Portare bellum. Virg. 3. Æneid.
Præficere bello. Cæs. de bel. Gall.
Prodit bellum. Ouid. 1. Metam.
Profligare bellum. Tacit. lib. 18.
Prolatare. Tacit. lib. 13. Promittere. Stat. 3. Theb.
Prorogare. Cic. Philipp. 12.
Propulsare. Liu. lib. 2, Tamen quum mœnibus bellum propulsare posset, &c.
Pugnata bella. Horat. 3. Carm. ode 19. & 2. epist. 17.
Quærere belli contentum. Cæs. de bel. Gall.
Recipere sese ad belli cogitationem. Cæs. 3. de bel. Ciuil.
Redintegrare bellum. Brut. Cic. Fam. 11.
Renouare belli contentum. Cic. 8. de bel. Gall.
Redire bellum. Liu. lib. 3. Renasci bellum. Cic. Fam. 12.
Renouare bellum. Cic. Fam. 12.
Repellere bella. Ouid. 3. Trist. eleg. 10.

Reprens

Repens bellum Lin.1. Dea ad lib.10.
Refedit bellum, Id eſt aequieuit. Horat.3. Carm.ode 3.
Reſtingere. Cic. Fam.11.
Ruere in bella. Virg.7. Æneid.
Senecſcere bellum. Liu.8. de bel. Pun.
Sepulta bella. Patercul.lib.2. Finita viceſimo anno bella ciuilia, ſepulta externa, reuocata pace.
Serere. Tacitus, Ex bellis bella ſeruntur.
Struere. Cic. Att. lib.9. epiſt.12.
Suadere. Ouid. 6. Faſtor.
Subigere bello. Liu.5. Decad. lib.2.
Subacti bello Trougenae. Lucret. lib.1.
Sumere bellum. Tacit. lib.19.
Sumere pro aliquo. Ouid. epiſt.15.
Surgunt bella, Surgentia bella. Virg.4. Æneid.
Suſcipere bellum eum aliquo. Ouid.14. Metaeo.
Suſcerpum bellum externum cum, &c. Cic. pro Sylla, Quare non ſum neſcius quanto periculo viuam in tanta multitudine improborum, quam mihi vni cum omnibus improbis aeternum videam bellum eſſe ſuſceptum.
Suſcitare. Brut. Anton. to. Fam.11.
Suſtentare. Vide Immanitum exarſerae bellum.
Tenere irrita bella. Seneca in Herc. furente, 9.
Tentari bella. Ouid. epiſt.7.
Tractare bellum. Tacit. lib.5.
Bello aliquem ad letum trahere. Virg.4. Æneid.
Tument bella. Ouid. epiſt.7. Quonam Hiarbas bellum Carthaginenſibus minabatur.
Tumeſcens bellum. Patercul. lib.2. Mors Druſi iam pridem tumeſcens bellum excitauit Italicum.
Vexare bello ad mcenia alicuius. Virg.1. Æneid.
Verſatur bellum in his terris. Cic.5. Verr. Nam quum quadriennio poſt in Siciliam veniſſem, ſic mihi affectus vita eſt, vt hae terrae in quibus bellum acerbum diuturnumque verſatum eſt.
Vocare bello. Lucan. lib.1.
Vndanem bello Nilum vocat Virgil.3. Georg. tanquam non vndans, ſed bella portantem, vt adootat Seruius.
Bellicus {πολεμικὸς} adrectiuum, pen. corr. vt. Bellica diſciplina. Cic.2. de Nat. deor. Horat.4 Carm. ode 3.
Bellica eorona, Quae bellatoribus victoribus dabatur. Plinius lib. 16. cap. 4.
Bellicos Deus, Romulus. Ouid.1. Faſt. Et lib.3. Dea bellica, Pallas.
Equus Propert.4. cleg.4.
Haſta. Ouid.1. Amor. eleg.3.
Laus. Seneca in Troade, 8. Cic. in Bruto, Et bellica laude aſpirare ad Africanum nemo poteſt.
Manus. Ouid. ad Piſonem.
Nauis. Propert. lib.2. eleg.18.
Virtus. Cic.1. Tuſcul.
Inſigne virtutis bellicae annulus. Plin. lib.33. cap.1.
¶ Bellicum, ſubſtantiuum, Soni nomen, vt ait Seruius. Vnde Bellicum canere. Eſt ſono tubae ad praelium milites excitare, & accendere vt praelium ineant. Lio. Dec.4. lib.5. A Macedonia Philippum, vbi primum bellicum canitur audituſſet, arma capturum: neque ſe ſpiritus eius, noſſe animum. Per tranſlationem poſuit Cic. in Orat. Alter incauo ſortur, & de bellicis rebus canit etiam quodammodo bellicum.
Bellicum canere, per metaphoram, pro eo quod eſt animare ſue exeitare diſſidium. Cic.7. Philipp. Itaque iidem quaſi prouidi cives & Senatores diligenter, bellicum me cremiſſe dicunt.
Bellicoſus, pen. prod. {πολεμικὸς, πολεμικώτερος} Ferox. Salluſt. in Jugurtha, Libyes quam Getuli minos bellicoſi erant. Sic Bellicoſus rex, Lio. 1. ab Vrbe.
Bellicoſior annus. In annvs.
Cuniae. Liu. 1. ab Vrbe.
Bellicoſiſſima nauis. Cic. pro lege Manilia.
Bellicoſe, bellicoſius, bellicoſiſſimè {πολεμικῶς} Liu. 9. ab Vrbe, Cepiſſe enim eos non Romam, ſicut antè Gallos: ſed quod multò bellicoſiſſi fuerit, Romanam virtutem ferociámque.
Bellicrepa, pen. corr. {πολεμόκροτος} Feſtus, Bellicrepam ſaltationem dicebant, quando cum armis ſaltabant: quod à Romulo inſtitutum eſt, ne ſimile pateretur quod fecerat ipſe quum à ludis Sabinorum virgines rapuit.
Bellifer, pen. corr. bellifera, bellifer um, pen. corr. {φερόμαχος} Qui bellum infert. Claudian. in Eutrop. lib.2.
-quid bellifera communibus vruntIraliam maculis?
Belliger, adrectiuum, pen. corr. {πολεμιστὴς} A bello gerendo dicitur. vt, Belliger Mars. Stat. t. Achill. Belligerum ceu numen amans.
Acies belligerae. Stat. 12. Thebaid.
Haſta. Marcial. lib.15.
Labores Valer. Argonaut. lib.5.
Manus. Ouid.1. de Arte.
Mens. Silius lib.3.
Degener belligeri ritus, Qui belli mores, aut laborem & aſperitatem militiae ferre non conſuetut. Sil. lib.7.
Belligeris trophaeis annumerare. Stat. Thebaid. lib.10.
Belligero, belligeras, penult. corr. {πολεμικὸς} belligerare, Bellare. Ennius apud Cicer. lib.1. Officiorum,
Nec cauponantes bellum, ſed belligerantes.
Belligerare Aeoli cum Aulide. Plaut. Capt.3.
Belligerare cum genio ſuo. Plaut. Trucul.4. Cic. Poſt reditum ad Quirites, No ſolum cum iis qui haec delere voluiſſent, ſed etiam cum fortuna belligerandum fuit.
Par aheui in belligerando. Cic. pro Fonteio, Excitandus erit nobis ab inferis C. Marius, qui inductomaro iſti minaci atque arrogaoti par in belligerando eſſe poſſit.
Bellipotens, adrectiuum, penult. corr. {πολυμάχητος} Qui bello pollet.

Ennius apud Cic.1. de Diuin. Aeciduz bellipotẽtes ſunt magis, quàm ſapientipotentes.
Diua bellipotens, Pallas. Stat.2. Thebaid.
Magnus Bellipotens. Virg.12. Æneid. Bellipotens, id eſt Mars, eſtque hoc loco ſubſtantiue poſitum.
Bellofus {μαχητὸς} Veullum eſt nomen, idem ſignificans quod Bellicoſus. Catalus apud Nonium, Tanrum bellum ſuſtentare conari aduerſarios contra bellofum genus.
Bello, bellas {πολεμῶ} bellare, Bellum gerere. Cic. pro lege Manilia, Fuit propitium pop. Rom. loogè à domo bellare.
Bellare cum diis. Cic. de Senect. Quid enim eſt aliud gigantum more bellare cum diis, niſi naturae repugnare?
Bellare alicui, Id eſt contra aliquem. Stat. lib.8. Thebaid.
Bellare de re aliqua. Tacit.
Bellare caeſtu. Stat. lib.6. Thebaid.
Enſe bellare. Sil. lib.3.
Manu bellare. Sil. lib.8.
Acies bellant. In acta 1.
Aſtu bellandum eſt. Sil. lib.5.
¶ Bellatur pro bellant, dixit Virg. 12. Æneid. Seruius. nam ſolent verba pro verbis poni. Vode nunc paſſiuam declinationem ſub actiua poſuit ſignificatione.
Bellator {πολεμιστὴς, πολεμιστὴν} Verbale, pen. prod. Qui bellum gerit, vel longa bella exercitatione praeſtat & excellit. Virgil. 12. Æneid. Interea extremo bellator in aequore Turnus. Cic. 4. Tuſcul. Nec verò de bellatoribus ſolum diſputans, &c.
Bellator bellet. Ouid. 3. de Arte amaodi.
Bellator enſis. Sil. lib. 13.
Bellator equus, Per quem bellum geritur, vt ait Seruius. Virgil. 2. Georg. & 10. Æneid.
Bellator felix. Claud. Paneg. lib. 3.
Meri bellatores. In nbrvs.
Bellatores feueri. Claudian. Ploeg. lib. 4.
Bellatorius, um, {πολεμικὸς, πολεμικὴ} Plin. Iunior epiſt 9. lib. 7, Et quaſi bellatorium ſtylum ſuaſerim.
Bellatrix, pen. prod. {πολεμικὴ} Verbale formoionum. Virg. 1. Æneidos, Aurea ſubnectens exerrae cingula mamorae
Bellatrix. De Penthelilea Amazonum regina loquitur.
Bellatrae cohors. Stat. lib. 6. Thebaid.
Diua bellatrix, Pallas. Ouid. 1. Trift. eleg. 4.
Bellatrix iracunda. Cic. 4 Tuſculan.
Bellatrix iriremis. Claudian. Paneg. lib. 4.
Bellvnvm, Veneriarum oppidũ in Italia vt. Patauium, Opitergium, Altinum, Concordia. Colonia. Plin. lib. 3. cap. 19.
Bellus. Vide bonvs.
Bellutulus, eſt bellae ſimilis, vt ait Feſtus. Hoc cognomen tulit L. Sicinius primus Tribunus pl. b. author Dionyſio & Paduano.
Belon {βόλος} Nomen vrbis & fluuij in Hiſpania Batica, Strabonj libro 3.
Belone {βελόνη} Piſcis eſt, qui alio nomine dicitur Acus, Vtroque nomine à tenui, recta & oblonga figura deducto, qualem ferè in acu ſartoris cernimus. De hoc Plinius libro 9. cap. 51. Acus, inquit, ſuae Belone, tunus pulcium dciſcente propter multitudinem vtero parit: à parto coaleſcit vulnus, quod & in caecilius ſerpentibus tradunt. Vulgo Aorgiſcula dicitur.
Belos {βέλος} Latine dicitur telum. Caius de Verborum ſignificatione. Quod non telum appellamus, illi ſolae appellant: eoque nomine vulgo quidem id ſignificatur quod ab arcu mittitur.
Belus, Vide belvm.
belvs {βῆλος} Nomen proprium primi regis Aſſyriorum, & patris Ninus. Sole deducium, qui Aſſyrorũ lingua Bel dicitur. ¶ Hoc etiam numine dictus fluuius Syriae, vbi primò repertum fuiſſe vitrum Plinius ſcribit lib. 5. cap. 19. Joſeph. lib. 1. bell. Iudaic. Hadit, air, duobus à Ptolemaide Belum amnem diſtare, iuxta quem ſepulcrum Memnonis eſt, & vitrea eo tempore valle arena, quam veros ex circundatis iugis conuehunt, incebauſta ſeculis vt, ſed ante omnia mirabili natura mutandi alia quoque in vitrum, quae attigerit, metalla. ¶ Belus alius fuit Phoenices rex, & pater Didonis, vr mihi tris ſcientiae peritiſſimus, qui Cyprios Phoenicum hitus inſeſtantes piratica fugbegit, vt eſt apud Virg. lib. 1. Aeneidos,
-genitor tum Belus opimam Vaſtabat Cyprum, &c. Alio nomine dicebatur Metres, vt ait Seruius ¶ Belus Stephano, oppidum eſt Hiſpaniae, non procul ab Herculis columnis, idem fortaſſis cum eo quod à Plinio Belon appellatur. ¶ Belus item gemma eſt, vitrea ſpecie, magnitudine nucis vgladis, in Arbelis naſcens, vt ex Democriti ſententia refert Plin. lib. 37. cap. 10.
Beliplures fuerunt, quorum primus Epapho natus eſt Aegyptio rege, Iouis & Iſidis filio: ſiue, vt placet Euſebio, Iſidis & Telegoni euiuſdam: cui poſt Apidis mortem Iſis nupſit regnante Atheoi Cecrope, anno mundi 3. D. CCX. Is Priſeus dicitur, ad diſſerentiam Beli patris Didonis, & item alterius patris Ninj regis, cui templum Babyloniae aedificatum eſt. Ex Belo Priſeo, Danaus & Aegyptus, vnde regio nomen accepit, & Agenor genitj. Danaus quum eſſent ei quinquagiora filiae, & Aegypto totidem mares, reſponſum accepit ſe à genero interfectum iri. quapropter vt nuptiae recuſarei fratris, fecelit Argos. Tandem quum ad hoc cogerentur, filiae monitis patris, coniuges noctu omnes interfecerunt, praeterquam Hypermneſtra, quae Lyneeo viro pepercit: à quo Danaus poſtquam annos regnaſſet 1. interfectus eſt. Coniuges verò quae & Danaides & Belides vocantur, dare etiminis poenas apud inferos ponuntur, aquis implere fracta dolia coadcae. de quibus plura Volaterranus & Lucianus.
Belides, penultima longa {βελίδες} Patronymicum maſculinum. Virgilius lib. 2. Aeneidos,
-ſi forte tuas peruenit ad aures Belidae nomen Palamedis. Id eſt ſeptimo gradu originem ducentis à Belo. Seruius.

Belis, belidis {βηλὶς} Patronymicum fœmininum vnde Belides, penult. corr. Beli nepres dicuntur, quæ & Danaides a patre Danao. Vide OVID. Ouid. 4. Metamorphoseos,
Molirique suis lethum patruelibus aufæ,
Affiduè repetunt quas perdant Belides vndas.

Belzoinum, Genus quoddam gummi, à pharmacopolis fic dictum, ſiphij liquorem mentiens, quum non ſit reuera. De hoc multa Matthiol. apud Dioſcor. lib. 3. cap. 78. Vide LABER.

B E M

BEMARCHIVS {βημάρχιος} Ex Caſſiæa Cappadocia ſophiſta, qui ſcripſit res geſtas Conſtantini Magni principis libris decem: præcerea declamationes quaſdam & orationes. Author Suidas.

BEMBINADES, Plinio lib. 4. cap. 6. nomen quo regio Nemeæa vocitata eſt. Hoc autem in loco contentus Hermolaus, Bembinadia, no Bembina legendum. Cuius verba hæc ſunt, Legendum eſt Bembinadia. Fuit enim vicus Nemeæ Bembinâ, vnde Nemeæus leo à poetis Bâbinites dictus. Sed & in Plautino Milite, vbi dicitur, Bombamatides eiuium trifur, cogitent legentes an emendandum ſit, Bembinatidis beluæ inſtar, hoc eſt, Nemeæi leonis inſtar.

B E N

BEN. ME. Bene merito, vel Bene merenti.

BENACVS, pen. prod. {Βήνακος} Lacus eſt Venetiæ, è quo fluuius naſcitur Mincius, vt ait Seruius in hunc Virgilij locum, 10. Æneidos,
Hinc quoque quingentos in ſe Mezentius armat,
Quos patre Benaco velatus arundine glauca
Mincius inſeſtâ ducebat in æquora pinu. Idem 2. Georgic. Vbi idem Seruius, Benacus lacus eſt Italiæ, qui magnitudine ſui, tempeſtates efficit manares. Vide Serabonem libro 4. & Plinium libro 9. cap. 22.

BENDIS, vt ſcribit Hefychius, lingua Thracum Diana appellatur, vnde & Bendidia eius feriæ Athenis vocabantur. Nam eius ſacra & Thraciam aſcita Athenienſes recepterant, poſtſquæ ferus diſſeruum Pireo de optimo Reipublicæ ſtatu Socrates, vt à Platone refertur. Liuius, Romanorum, inquit, primum agmen extra ſaltum citra templum Bendidium. Ex Turnebo.

Bendidia {Βενδίδεια} Sacra fuiſſe apud Thraces narrat Strabo, ex quibus Orphica originem ſumſſere. Cæl. Rhod. glab. 18. cap. 23.

BENE, ex {ἐκ Stephano} Oppidum Cretæ ſub Gortyne ſitæ, cuius incolæ dicuntur Benæi.

Bene, Benedico, Benefacio, Beneficiarius, Beneficium, Vide Bene in BONVS.

BENEVENTVM {Βενέβεντον, Strab. Βενίβεντον. Steph.} Oppidum eſt Samnium in Italia, vt ſcribit Plin. lib. 3. cap. 11. Antea Maleuentum vocabatur. Hæc vrbs à Diomede condita ferunt: qui quam XXX. millia Samnitum cæſa fuerit, Sulpitio & Perulio CONSS. Horat. 1. Serm. ſat. 5. Tendimus hinc recta Beneuentum. Feſtus, Beneuentum, Campaniæ vrbs, quum eò Colonia deducereture, boni ominis gratia vocari cœperum. nam antea Maleuentum nuncupabatur.

Beneuolens, Benigitas, Vide Bene in BONVS.

Benna {Βέννα} Lingua Gallica genus vehiculi appellatur: vnde vocantur embennitones, in eadem benna ſedentes. Hæc Feſtus. Cato cap. 23. Bennæ emantur: olæ caduæ ſalantur.

Beo, beas, beare, Vide BEATVS.

B E R

BERBESVLA, Oppidum eſt Hiſpaniæ Bæticæ, in conuentu Gaditano. Author Plin. lib. 3. cap. 1.

BERECINTES, Populi ſunt Galliæ Aquitanicæ, apud Plinium libro 4. cap. 19.

BERECYNTHVS {βερεκυνθεύς} Mons Phrygiæ eſt, & nomen oppidi, in quo mater deûm Cybele priſcorum ritu colebatur: vnde Berecynthia dicta eſt Plin. lib. 16.

Berecynthia {Βερεκυνθία} Adiectiuum, vt, Cornu Berecynthium, Horat. 1. Carm. 18. Id eſt quo excitantur ad furorem Cybeles Berecynthiæ ſacerdotes.

Tibia Berecynthia. Horatius 3. Carm. ode 19, Hoc eſt Phrygia. & quæ in facris Berecynthiæ Cybeles adhibebatur. Vel forté Buxea. In Berecynthio enim tractu plurima eſt buxus, teſtis Plinius libro 16. cap. 16.

Berecyntia (inquit Seruius) Mater deûm, dicta à monte Phrygiæ Berecynto, cuius vlima ſyllaba caret aſpiratione: quâ addimus quotiès mótem Deli Cynthum dicimus. Eſt autem tenuis ità diſcretio, quibus nominibus ſuberhali debeat aſpiratio. Nam ecce, Ripæi montes Arcadiæ, non ſcribuntur eum aſpiratione: quum addimus quum Riphæos montes Scythiæ ſignificamus. Hæc Seruius apud Virgilium lib. 9. Æneidos,
Ipſa deûm fertur genitrix Berecyntia magnum
Vocibus his aſſaia louem. Quicquid tamen dicat Seruius, video ab omnibus aſpirari Berecynthius & Berecynthia.

Mater Berecynthia. Virg. de Æneid.

Genitrix. Virgil. 9. Æneid.

BERENICE, Berenices, pen. prod. vel Beronice {Βερενίκη} vxor Ptolemæi Lagi, mater Philadelphi, rara mulier forma, & viro dilectiſſima: de qua apud Theocritum. ¶ Berenice item altera, Philadelphi ſilia, quæ deinde Ptolemæo Euergeti fratri nuptiſcuius crines in cælum relati parauerur perſuaſione Canonis mathematici. De quibus elegiam cõpoſuit Callimachus, conuerſam deinde à Catullo.

Alia præterea fuit Berenice Herodis Aſcaloniræ ſilia, quæ nupſit etiam Agrippæ fratri. Strabo ſic ait, Cæſar Auguſtus magno honore proſequutus eſt Herodis liberos, ſimiliter ſororem Salomen, eiuſque ſiliam Berenicen. ¶ Alia item ex eadem progenie Berenice fuit, quæ Salomes Herodis ſororis ſilia fuit, nupſit Ariſtobulo Herodis eiuſdé filio, quem pater poſtea interfecit. Author Ioſephus. ¶ Berenice quoque quam Grzci Pherenicem appellant, fama celeberrima, & ſilia, & mater, & ſoror Olympionicarum fuit, vt ait Plin. lib. 7. cap. 40. Pauſanias quoque hanc dicit cognominatam Callipatram, ac habitu virili diſſimulatem ludis interfuiſſe: vbi Pithiho dum ſilium coronatum vidit: cognitâ eque, ac queſtione habita, quòd ad ludos mulieribus interdictos veniſſet, meritis ſuorum abſolutam fuiſſe. Author Æthanus de varia hiſtoria. Valer. item lib. 8. cap. vlt. Berenice (inquit) eontigit quod nulli alij mulieri, vt Gymnico ſpectaculo intereſſe contigeret. Eu Volaterrano. Quinta lib. 4. cap. 13, Et ego pro regina Berenice apud ipſam, cauſam dixi.

Berenices crines, ſeptem ſunt ſtellæ ad Leonis caudam veluti in triangulo collocatæ. Vide Sipontinum.

Berenices, pen. prod. {βερενικεῖος} ad Berenicem. Catullus epigram. 61, & Berenicen vertice cæſariem. Vide totum hoc Catulli carmen.

BERENICES, ſiue Beronices: vel Bereuicis, huius Berenicidis {βερενικίδης, βερονικίδης} Ciuitas eſt Africæ, prope Syrtes, iuxta lacum Tritonidem, vnde vndoſa vocatur Silio lib. 3. Plin. lib. 5. cap. 5. Berenice in Syrtis extimo cornu eſt, quondam vocata Heſperidum ſupradictarum, vagantium Græcie fabulis, &c. ¶ Vrbs item Berenice eſt ad ſinum Arabicum 3 à Ptolemæo Philadelpho condita, & à nomine matris ita appellata: in qua ipſo ſolſtitij die hora ſexta vmbras penitus abſumi tradit Plin. lib. 6. cap. 29. ¶ Alteram cognomento Panchryſon: & item aliam Epidiren dictam, enumerat idem Plin. loco iã citato. ¶ Duæ præterea eiuſdem nominis vrbes reconſentur à Steph. quarũ alteram in Cilicia collocat, alteã Chium olim vocatã affert. quarũ alteram in Cilicia collocat, alteã Chium olim vocatã affert.

BERENICIDAE {βερενικίδαι} Prætiatæ ſtirpis populi, apud Athenienſes. Steph an.

BERENICIS, dis {βερενικὶς} Tractus Africæ Cyrenaicæ, qui eſt circa Berenicem vrbem. Lucan. lib. 9.
-nam quicquid Berenicis ſicco
Separat ardentem tepida Berenicida Lepti,
Ignorat frondes.

BEROIDVM {βέροιδον} Vrbs Hiſpaniæ Ptolemæo. vulgò *Vrgel.*

BERGION, & Albion, g-gantes, filij fuere Neptuni ab Hercule interæ ci, vt ſcribit Pompon Mela lib. 2. Vide ſupra ALBION.

BERGOMVM {βέργομον} Oppidum Italiæ tranſpadanæ, quæ regio eſt vndecima à Bergomates, eius oppidi incolæ, vt ſcribit Plin. lib. 3. cap. 23. vulgò *Bergomo.*

BERILLVS, Vide BERYLLVS.

BERMIVS, Mons eſt Theſſaliæ, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 8.

BERNABA {βέρνακα} apud Ptolem. lib. 2. cap. 6. oppidum eſt Hiſpaniæ Tarraconenſis, non procul à Cæſarea Auguſta, Celtiberis & Beſſetanis ad Orientem proximum. vulgò *Benauar.*

BERO, beronis, Saecus, quaſi pero à pera dictus. qua dictione ſunt qui putent vſum fuiſſe Aſſenum in Lin naue. D. Locar. vbi aliglegunt cẽtonibus, alij peronibus. Vide prores Budæi annotationes. Plin. lib. 36. cap. 14, de tempio Epheſiæ Dianæ, Id conſequutus eſt architectus ille beronibus arena plenis. In emendationibus codicibus legitur peronibus.

BERO A {βέρρη} Oppidum in Theſſalia. Cic. in Piſonem, Qui quum concurſum plorantium ac tempeſtatem querelarum ferre no poſſes, in oppidum demum Beream perfugiſti. Teſtatur ſuperius oppidum, in quo Baſſianus eſt etiam in caua Syria huius nominis oppidum, in quo Baſſianus ſit, hetor narus tradtur. à quo dicti ſunt Beroenſes, quorum meminit Plin. lib. 5. cap. 23.

BEROE, pen corr. {βοὴ.} Semeles matris Bacchi nutrix, teſte Ouid. lib. Metam. 3. Ipſaque erat Beroe Semeles Epidaura nutrix.
Beroe coniunx Doryclì apud Virg. Æneid.
Beroe, nympha Pentelici Oceani, foror Clus. Virg. 4. Georg.

BEROEA {βέροια} Oppidum eſt Antiochiæ ad orientẽ adiacens, Dionyſio tyranno Heraclionis filio olim ſubiectũ. Author Strabo lib. 16.

BERONICE. Vide BERENICE.

BEROSVS {βήρωσσος} Chaldæus in Aſtrologia clarus, cui ob diuinas prædictiones, Athenienſes in gymnaſio ſtatuam inaurata lingua ſtatuerunt, vti Plin. refert lib. 7. cap. 37.

¶ Beroſus, Collis eſt Taurorum, trees habẽs fontes, ſine remcdio, & ſine dolore morrifcros. Plin. lib. 2. cap. 103.

BERRHESA {βοιῆσσα} Oppidum Æthiopiæ. Plin. lib. 6. cap. 29.

BERSABE, es, Vrbs Iudææ, quæ putrum iuramẽti ſignificat: quis quum ibi habitaret Abraham cum Abimelech, mẽtatus ſepteni ouibus in ſerdus mutuò iurauerunt. Hæc terminus fuit terræ promiſſionis, poſ ſeſſa à populo Iudæorum, poſtquam reuerſus eſt ex Ægypto, & tenditur vſque ad Dan, ſpatio in longum ex 2. mill. ſicut ſcribit Hieronym. ad Dardanum.

BERSANE, es {βερσανὴ} Vidua fuit Damaſcena, ab Alexandro Magno adamata. Author eſt Diodorus.

Beryllus, m. & ſig. {βήρυλλος} Lapis pallidus tranſparens. Plin. lib. 37. cap. 5. Eandem multis nataram, aut terræ ſimilem habere berylli videntur, iu India originem habentes, raró alibi reperti. Poluntur omnes ſexangula figura artificum ingenis: quoniam hebeſcentia ei colore ſurdus repercuſſu angulorum exeiterur. Alteri enim politi non habent fulgoren eundem. Probatiſſimi ſunt ex iis qui viridiatem puri maris imitantur. Proximi qui vocantur chryſoberylli, & ſunt paulò pallidiores. ſed in aureum coloré exeunte fulgore. Iuuen. ſat. 5.

BERYLLVS {βήρυλλος} Boſtrenæ vrbis Arabiæ præfui fuit, qui quũ plura recté pro religione ſcripſiſſet, poſtremò omnia corrupit, peruguna quæ lam adduceus, & procul à veritate abhorrentia. Quamobrem conuocata præfulum non paucorum ſynodo, maximè admirente Origene, ad ſanitatem reductus eſt. Vide Volaterr. lib. 6.

BERYTOS {βήρυτος} poſt Sidonem eſt, ciuitas Phœniciæ clariſſima, haud procul ab Lyci amnis oſtiis, quam hodie *Berytum* vocant, omnium eius litoris nundinatio meremonio clariſſima, teſte Vadiano. Felix Iulia Plinio, Seb. Munſtero annotatore. Euſtath. vt à Volaterr. lib. 6. cetatur, etymi hanc rationẽ affignat, quòd *Berũ* ex authoritate Hebraica lingua Phœnicũ Robur ſignificat, quaſi vrbs in loco inexpugnabili ac robuſto ſita. Theod. & Valen. AA. metropolitano nomine ac dignitate Berytum exornarũt. vnie. de metrop. Beryt. lib. 21. C. Vocatur ab Vlpiano colonia Berytenſis, in Lx. D. de cenſ. & Auguſtanorum Colonia, quòd Auguſtus inultis beneficiis eam ornauerit.

Bes,

B E S T

BEs, ſiue beſſis, huius beſſis, m. g. {ὁβολὸς} Vncię octo: ab aſſe. Feſtus, Bes appellatus eſt, quòd bis trieni ſit: quanuis dura compoſitio ſiat beſſis ex triente. Beſſis, vncię octo: trientis, quatuor. Hactenus Feſtus. Cic. ad Attic. lib. 4. Fœnus ex triente id. Quint. factum erat beſſibus. Plin. lib. 18. cap. 13. Grzci ab hinc ſemodios farinæ, ſatis eſſe beſſes fermenti conſtituere. Vnde opinor Venetos traxiſſe nomen ſuæ monetæ, quam vocant *Vmbrelo*.

¶ Bes in dimenſione agrorum quid ſignificet vide Columellam lib. 5. cap. 1. vbi docet Beſſem eſſe octo partes iugeri in duodecim partes æquales diuiſi.

¶ Bes. Octo cyathorum menſura. Martial. lib. 11.

Quineunces & ſex cyathos beſſemque bibamus.

Canus vt hac Iolius & Procubus. Vide Seruium Roman. in SEX.

¶ Beſſes vſuræ. Iorſon ſulius dicitur, quum acceptis eenium. poſt annum octo præſtantur: aut menſtrui denarij ſingulis, ſi ſors 150 ſit. Beſſium vſurarum mentio ſit in l. Eos qui per excepuonem. 5. ſuper vſurarum. C. de vſuris.

BEſſalis & hoc beſſale. Adiectiuum, pen. prod. {ὁμωνύμως} vt. Beſſales lacerculi, Varro lib. 5. cap. 10. Supràqi lacerculis beſſalibus pilæ ſtruantur, ita diſpoſitæ, vt bipedales æquale poſſint ſupra eſſe collocatæ. Idem lib. 7. cap. 4. Beſſalibus dixit lacerculos, qui octo pollicum longitudinem habent. Budæus lib. 1. de Aſſe.

BEſa ſimplici {ἁπλῶς} Fons eſt Theſſaliæ, inter Oſſam & Olympum, tuxta Cycelum oppidum, de quo Strabo lib. 8. ¶ Eſt & Beſa tribus nomen in agro Atricocuium meminit idem Strabo lib. 9.

BEsan o, Hiſpaniæ Bæticæ ciuitas eſt, interque ſtipendiarias numeratur à Plin. lib. 3. cap. 1.

BEsbicvs { Βέσβικος} Stephano } Inſula eſt exigua Propontidis, x v i i i. ſtadiorum circuitu, è regione oſtij Rhyndaci fluuij. Vide Plin. lib. 6. cap. vltim.

BEssa, geminato ſſ {Βέσσα} Stephano} Campos eſt Locridis, dictos arbuſtis refertus, vnde & nomen accepit. *Bitto* enim ſalues à Græcis nominantur. Vide Strab. lib. 9. ¶ Eſt & Beſſa, ciuſdem regionis oppidum, apud Stephanum.

BEssar a {Βέσσαρα} Ciuitas eſt Aſſyriæ apud Ptolem. lib. 6 cap. 1.

BEssi { Βέσσοι } Populi ſunt Thraciæ ad Strymonem, magna ex parte Hæmum incolentes montes, latronesque inſignes, vt ait Strabo lib. 7. Cicin. Piſonem, Tibi magna prædida & auxilia à Beſſis, pedirum equitúmque pollicereſur.

Beſſi immanes. Valer. Flacc. lib. 2. Argonaut.

Beſſus pallens. Claudian. Panc. 8.

Beſſicvs {Βησσικὸς} Adiectiuum, pen. corr. vt, Beſſica gens. Cic. in Piſonem, Idémque tu Beſſicus Thrax. Beſſicæ genus præcipem, quum de trecentis talentis regi Cotro vendidiſtes, ſecon percuſſiſti.

BEssippo {Βησσίππων} Ptolemæo } Hiſpaniæ Bæticæ portus eſt, & oppidum, non procul à Mellaria vrbe, patria Pomponij Melæ, vt ipſe teſtatur Geographiæ ſuæ lib. 2.

BEssvs, pen. corr. {Βησσοῦς} Emporium in India, trbi & amnis Beſſygis: vnde Beſſygius, populi qui homana carne veſcuntur. Steph.

BEstia, brſtiæ {θηρίον} crudelitatem exptimit. Belua magnitudinem & quaſi moſtroſitatem.

Beſtias accipere debemus ex feritate magis, quàm ex animalis genere. Vlp. in l. 5. beſtias. Dde poſſuſando.

¶ Beſtiæ, à Cæſare etiam piſces & volucres dicuntur, 5. Tuſcul. Nanque alias beſtias nantes aquarum incolas eſſe volut: alias volucres cælo ſrui libero: ſerpentes quaſdam eſſe gradientes.

Inecrta beſtia. Vide INCERTVS.

Manſuetæ beſtiæ. In MANSVETVS.

Mutæ beſtiæ pene loquuntur magiſtra ac duce natura. Cicero 1. de finib.

Lanitri à beſtia, & Venabulo beſtiam tranſuerberare. Cic. Mario, 7. 1. Sed quæ portèſt homini eſſe polito delectatio, quum aut homo im becillus à valentiſſima beſtia laniatur, aut præclara beſtia venabulo tranſuerberatur?

Ad beſtias damnari dicebantur, qui in hoc damnabantur, vt beſtiis ſubiicerentur. l. 6. D. ad l. Iul. pecul. l. 8. in fin. D. de teſtam. & apud Tertull. lib. 1. ad Scapul. & Gell. lib. 5. cap. 14. Hoc autem ſopplerum Prudentius ſic explicat,

Sanguinis humani ſpectacula publicus edit

Conſiſtus, legéque iubens venale parari

Supplicium, quo membra hominum diſcerpta cruentis

Morſibus obleſcent hilaram de funere plebem.

Inde Ad beſtias dari, in l. 12. D. de pœn. & Ad beſtias pronuntiari, apud Tertull. in lib. De reſurrectio. carnis. Cæterùm qui beſtiis obiiciebantur, ad ſtipitem alligabantur, vt ex Vopiſco in Aureliano, liquet.

Mittere ad beſtias. Cic. in Piſonem, Quid quòd popularí illi facerdoti ſexcentos ad beſtias amicos ſocioſque miſiſti?

Beſtiola. penul. corr. diminutiuum à {θηρίον.} Plin. lib. 11. cap. 6. Apes alueum illinunt amaroribus ſuccis contra aliarum beſtiolarum auiditates. Sic Varro lib. 1. cap. 12.

Beſtiarivs {θηριομάχος.} Beſtiarij dicebantur, qui ludis publicis in amphitheatro cum beſtiis depugnabant, vt cum iauris & leonibus. Cic. pro Sextio, Præclara adhuc iauras, vnus leo, ducenti beſtiarij.

Beſtiarius, adiectiuum, vt, Ludos beſtiarius. Seneca epiſt. 71, vocat ſpectaculum in quo beſtiarij cum beſtiis pugnabant.

BEsti a, nomẽ Romani ciuis, prænomine Lucius, inter coniuratos reconſertor à Salluſtio. Pexiuram petens repulſam tulit, & paulo pòſt ambitus damnatus eſt. Author eſt Cic. Philipp. 11.

B E T

BEta, brex {τεῦτλον} Herba quæ in hortis ſeritur. Plin. lib. 19. cap. 8. Beta hortenſiorum leuiſſima eſt. Eius quoque à colore duo genera Græci faciunt, nigrum & candidum (quod præcrrunt) pareciſſimi ſeminis, appellántque Siculum, candoris ſanè diſcrimine præcrentes & lactucæ. Noſtri beræ genera facmunt Vertum & Autumnale, à tempo-

ribus ſationis, quanquam & Iunio ſeritur. Transferuntur autem in planta quoque, & oblimi ſimo radices ſuas, locúmque ſimiliter mádidum amant. Plaut. Pſeud. 13. Martial. lib. 13.

Vt ſapiant ſtatuæ fabrorum prandia beræ:

O quàm ſæpe pœtæ vina, piérique coquus! Fatuas beras dixit, quia ſunt inſipidæ: vnde prouerbium, Beta inſipidior.

Plebeia. Perſat. 3.

¶ Bετæ quoque à Diogene appellabantur molles & crinzdi: vnde etiam Betizare dixit Augullus pro languere & effœminari. Vide Cæſium lib. 15. cap. 11.

Betaceus, Scribit in cap. de diminutiuis Priſcianus, quædam eſſe diminutiua, quæ genere deficerpant à ſua origine. vt beta, inquit, malua. hic betaceus, malaceus. Mirum mihi videbatur (ait Turnebus) hæc in ſubſtátiuis numerari diminutionis, quum adiectionis nomina videantur. Sed Betaceus abſolutè dicatur, quòd pes intelligatur: ita ratione ſubſtantiuo in ſubſtantiuum migrat, quumque paruulas beras ſignificet, in diminutorum nominibus cenſetur. Pedum betaceorum mentio eſt apud Varronem de Re ruſtica, & de Ling. Latina: ſed & apud Apitum de betaceis Varronis mentio eſt in cibis qui ex olcribus parantur.

BEta { ἄλσις} Ciuitas eſt in ſina Æthiopioci, Arabiæ latere, de qua Plin. lib. 6. cap. 29.

BEtamontes {βουνὸς μέγας} Ab Homero Corybantes vocantur Odyſſ. 8. vt eiam Strabo notauit.

BEtasi {Βέτασοι} Populi Galliæ Belgicæ, quorum meminit Plin. libro 4. cap. 17.

BEthacaryM m, Vicus inter Hierololymam & Thecuam, in monte ſitus. Compoſitum nomen ex lingua Syriaca & Hebræa.

BEthania { Βηθανία } Villa ſecundo miliario ab Hieroſolymis contra montis Oliueti, Marthæ ac Mariæ memoria inſignis. ¶ Eſt & alieta Bethania trans Iordadem, vbi Ioannes quondam baptizabat. Vocitantranos.

BEthbeleZvr, Vrbis Samariæ, quam Gebuſæi condiderunt, quæ priùs vocabatur Luſa.

BEthlehEM {Βηθλεὲμ} Nomen ciuitatis Dauid, quæ alio vocabulo dicitur Ephrata, Chriſti Seruatoris noſtri natalibus inſignis. Nunc vicinus eſt ille dicitur qui ab Ioppe quadraginta millibus diſtat. Ex hac ciuitate ortus, atque illudem ea regè vrctus eſt Dauid. Ibi Rachel ceciubuit, & ſepulcrum ſeſſe patris Dauid oſtendituc. Eſt autem hic locus in tribu Iudæ, ſexto ab Hieruſalem milliario poſitus, contra meridiem, in tumere quo iter Hebron. Quando autem Iacob ibi pecora ſua pauit, loco Beihleem nomen impoſuit, quod Domus panis interpretatur, propter eum panem qui ibi de cœlo deſcendit. Stephano {ὅλως} appellatur neutro genere, & plurali numero. Hinc Bethleemitæ pen. prod. dicti ſunt eius incolæ.

BEthlehEMi, Vna eſt ex decem Iudææ toparchiis, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 14.

BEthsaida { Βηθσαϊδὰ } Galilææ ciuitas, Petri, Andreæ & Philippi patria, ad lacum Tiberiadis ſita.

BEthsamEs {Βηθσαμὲς} Nomen vrbis Galilææ, vbi Dominus perhibetur multa ſigna feciſſeta qua Bethſamitæ populi.

BEthsvA, & Beihſuræ, tantùm plurali num. pen. prod. Munitum fuit Iudææ rum præſidium, de quo multa lib. 1. Machabæorum.

BEtica, BETIS, BETICVS, BETICOLA. Vide BAETICA, BAETIS.

Betizare, pro lingueve vitioſè vſurpauit Auguſtus, teſte Suetonio in vita Octauij Cæſaris: quo & prouerbialiter vti licebit in inſulſos & inſipidos. Catullus,

Languidi, ne tenera cui pendens Sicula beta, &c. Vide BETA.

Beto. beto {φῶ} betere, Verbum obſoletum, pro ſre. Varro de lingua Lat. Mulierem, quòd parere ea nò poterat, foras betere iuſſit. Plaut. Cutcul. 3, Si illam ad me betet?

Betonica, pen. corr. {φυτὸν} Herba Gallis dicitur, quæ ab Italis Serratula: teſte Plin. lib. 25. cap. 8. vbi in emendatioribus codicibus legitur Veronica. Vide Ruell. lib. 3. cap. 76.

Betulla { φυτὸν} Arbor eſt virgis aſperſima, cortice cádidiſſimo, quam Romani ex Gallia in Italiam tranſtulerunt: & ex ea faces conficiebant qui Magiſtratibus ſolebaot præferri. Huios meminit Plinius lib. 15. cap. 8.

Betulli, Gemmæ ſunt è genere Cerauniarum, nigræ, rorundæ, quibus vrbes expugnari, & claſſes, ex Sotaco referr Plin. lib. 37. cap. 9.

Betvlo {βετύλων} Hiſpaniæ oppidum, & Betulo fluuius, cuius ritrigatione ager Bæcinonenſis lætiſſimus eſt. Author Pompon. lib. 2. in deſcriptione Hiſpaniæ. Oppidom hodie vulgò *Beſsa* dicitur.

Betvria { Βετύριον} Regio eſt Hiſpaniæ. Plin. Quæ autem regio à Bæti ad fluuium Anam tendit, extra prædicta, Beturia appellatur, in duas diuiſa partes, quod & genares: Celticos, qui Lusitanam attingit, Hiſpalenſis eo uentus: Turdulos, qui Luſitaniam & Tarraconẽſem accolunt, iuxta Cordubam petent. Haze ille lib. 3. cap. 1.

B E Z

BEzahar, Lapis eſt mollis, colore fluuo, ſapore nullo, cuius peculiaris vis eſt, ſi vt venenis omnibus aduerſetur, antidotúmque ſit omnium præſtantiſſimum, vtpote qui non modò haufius, ſed etiam adligatus, ita vt nudam ſinſtri lateris carnem contingat, omnia ſuperet venena. Ex Matthiol. apud Dioſcor. lib. 5. cap. 73.

B I A

BIzon { Βίων } Vini factiti genus erat, valetudinis cauſa excogitatum. Fiebat ex vuis ad ſolem ſiccatis, & aqua marina. Dictum eſt à cura, quia multum in eo condendo laboris adhibebatur: ſiue quia violentum eſſet, & efficax contra morbos: ſiue à teſtatione atque impetu. Plinius libro 14. cap. 8. Apud Græcos iure clariſſimum nomen accepit, quod appellauerunt *Bίων*, ad plurimos valetudinis vſus excogitatum. Fit autem hoc modo, Vuæ paulo ante maturitatem decerpæ ſiccantur aeri ſole, ter die verſatæ per triduum, quarto expriminntur, dein cadis inoeterantur.

BIANOR, penult. prod. huius Bianoris, pen. corr. {Βιάνωρ} cognomento Oenus, Tyberis & Maniûs fatidicæ filius, dicitur Mantuam condidisse, vt est author Seruius. ¶ Fuit item vnus ex Troianis principibus qui eum Oleo auriga ab Agamemnone interemptus est, teste Homero lib. Iliad. 11. Virg. 9. eclog. 2.

Hinc adeò media est nobis via, nanque sepulcrum
Incipit apparere Bianoris.

BIARCHVS {Βίαρχος} Panos cognomen est, teste Suida, Quasi vice necessaria curans. Vtitur Archias in Epigram.

Biarchi {Βιάρχοι} Qui præsunt communibus, vicisque necessariis cum parandis, tùm emtis Græcis, non modò vtam, verumetiam victum significat. Aliàs dicti Biarchi, quòd vice necessaria curarent. Alciatus tit. de Agent. in rebus lib. 11. C.

BIAS, huius Biantis {Βίας} Prieneus, vnus è septem sapientibus Græciæ, ferur re causis otandis acutissimus fuisse. Quum patriam eayram fu gerent, publicque vti eam exportarer, rogâti causam, illud vulgatum apud Ciceran Parad. respondit, Omnia mea mecum porto.

BIASTA {Βιάστα} Hispaniæ vrbs apud Ptolem. zmmbodie *Barca.*

B B B

Bibacistas. Bibaculus. Bibasius. Bibulus. Vide BIBO.

BIBACVLVS, pen. corr. Patria Cremonensis, vt scribit Eusebius, qui inter poetas lamborum Latinorum ponitur Quintilliano. ¶ Est & Bibaculus alter, cuius meminit Cæsar in Commentariis.

Bistones, Bistonis (*Βίστων*) Martis & Callirrhoës filius, qui Bistoniam Thraciæ vbem condidit, vnde omnes Thraces, & Bistonios dicere poetæ ipsâmque Thraciam, Bistoniam, aut terram Bistonis.

Bistonis, pen. coc. (*Βιστωνὶς*) Siepe in Ciuitas & stagnum in Thracia, Abderæ vbi propinquum, a Bistone (vt dictum est) conditum.

Bistonis ora. Ouid. in epist.

Bistonia terra. Ouid. de Ponto, lib. 4. eleg. 9.

Bistones, Bistonum, pen. corr. (*Βίστωνες*) Populi sunt in Thracia teste Plinio, lib. 4. cap. 11. Valerius Flaccus 1. Argonautico,

Bistonas ad uertitos quum cornua fœua Thyaneus
Torsit. Ideo hoc dicit Valerius, quod Lycurgus Thracum ex Liberum contemnens, vires amputauerit, ibi cruri ferum, vt ait seruius in illud 4. Æneidos,

-aeri quoddam cognata Lycurgo, &c.

Vtrum Bistones, id est vtrumThracæ populi. Seneca in Hercule Œtheo, 3.

Bistonius, adiectiuum (*Βιστώνιος*) Thracus Ouid. 12. Metamorphoseos,

Edidit Troia fuis, Ebrygæ contermina tellus,
Bistonijs habitata viris.

Nunc Bistonicæ. Stat. lib. Thebaid.

Bistorta herba est rumici. foliis, leuibus, sinc ene rubescentibus, & in terra quadantenus caulis. Radicem vero habet crassam, serpentis tenuem modo contractam, & nonnunquam (quod & nomen habet) colore rubro, non (vt Plinius inquit) in gyro. Sum qui tandem est, cum Britannica contendant. Vide apud Matthiolum Dioscor. lib. 4. cap. 2.

Bisulcus, Bisulcior. Vide BIS.

Bisygis, Strabone lib. 7. Germaniæ est fluuius, fercentis à Rheno Isidis dictans. Componunt Visurgim appellati hb. 3. Hodie dicitur vernacula Germanorum lingua, *der Wiser.*

B I T

Bithia (*Βιθία*) Pharaonis filia, quæ Mosen adoptauit.

Bithon (*Βιθὼν*) Viri nomen proprium, qui tanta corporis fortitudine excellus, vt Paulsania teste, taurum humeris gestantem admiratione, statua apud Aegos dignus est habuisse. Vide Cæl. Rhodigi. lib. 11. cap. 13.

Bithyschi, Nomen gladiatoris. Vide BACCHVS.

Bithus contra Bacchii. Hoc prouerbio non interpretiuer veemur, quoties duo æqualiter impudi contendunt inter se, ita vt neutre alteri vincedere, Erasm.

Bithyras (*Βιθύρας*) Fœminæ quædà vocantur in Scythia, quæ pupillas binas in oculis singulis habeant. Inest autem his vis ea naturalis, vt visu efascinent, interimánteque quos diuitus intuentur, statis præsertim mensibus. Hæc ex Plin. lib. 7. cap. 2.

Bithyræ, Populi sunt Thraciæ, apud Stephanum, quorum author fuit Bithyas Martis & Thoës filius. Ibidem.

Bithymium, pen. corr. (*Βίθυμον*) Mel dicitur, quod ex vtriusque thymi floribus collectum est. Duo enim sunt thymi genera, vnum hortulum & nigrum. Hoc pingue mellis album non fit, sed ex oculis & vlceribus aptissimum. Plin. lib. 11. cap. 16.

Bithynia (*Βιθυνία*) Regionis Asiæ, aduersa Thraciæ, & proxima Troadi, quæ (vt Solinus & Strabo fcribunt) primum Bebrycia, postea Mygdonia, deinde à Bithyno Bithynia dicta fuit. Hæc etiam, authore Eusebio, Pontus est dicta. In Bithynia Libylla est, vbi Annibal sepultus est. Suus qui scribant Thynos populos transisse ex Europa, à quibus Bithyni dicantur, & Bithynia. Claud. lib. 2. in Eutropium,

Thyni Thraces erant, quæ nunc Bithynia seruit.

Bithynicus, a, um (*Βιθυνικὸς*) Quod est ex Bithynia. Hinc Pompeius dicitus est Bithynicus, quod deuicta Bithynia ex ea supellectile in regis Nicomedis deportarit, vt author est Festus.

Bithynium, populi qui incolunt Bithyniam: de quorum origine vide Strabonem libro 12. Herodot. lib. 7. & Dionysium Afrum de situ orbis.

Bithynus, pen. prod. (*Βιθυνὸς*) aliud adiect. Iuuenalis sat. 7,

Quanquam & Cappadoces faciant equestrique Bithyni.

Negotia Bithyna. Horat. epist. 6.

Carina Bithyna. Horat. 1. Carm. ode 35.

Bitias (*Βίτιας*) Fuit vnus ex Carthaginensium principibus. Seruius in illud Virgil. 1. Æneidos,

Tum Bitiæ dedit inceptiras, &c. ait Bitiam fuisse præfectum classi Pœnicæ. Meminit etiam Bitiæ cuiusdam Virgil. lib. 9. qui fractæ Pandarisiæ ex Arcadum Troianos, & Rutu, qui cum Æneæ pugnat Troiæ excidium in Italiam venerit, & quum, quem ceteris præstiterit, aut essent Rutulos abfuisse Æneas facellere, ab iisdem fuit trucidatus.

Bitisnes, dicuntur qui peregrinantur assidue. Festus.

Bitvx. Vide infra in dictione CERVIX.

Bitumen, pen. prod. bituminis, n. g. (*βίτυμεν*) Gennis creæ, quod fiquando accendunt, exstinguere non potest: & ita, natura est fulturis. Plin. lib. 35. cap. 15. Palmina & fulgura quoque fulturis odorem habet, ac lux ipsa eorum fulgurea est. Et bitumina vicina est natura, alibi liquat, alibi terra. limus e Iudæa lacu, vt diximus, emergens: terra in Syria circa Sydonem oppidum maritimum. Spiritumque hæc vtraque, & in denfiorem encunt. Est vero liquidum bitumen, sicut Zaeynthium, & quod à Babylone inuchitur. Gignitur & pingue liquorisque oleaceo in Sicilia, Agrigantino tonte inficiens limum. Incolæ id arundinum pannicula colligunt, cuffim se fica dissecens. Vtuntur eo ad lucernarum lumina oleiuo. c. Paulo pò), Calcis quoque sumpræbuit, ita ferruminatis Babylonis muris. Ibidem plura. Virgil. Bucolicis, & fragiles incende bitumine lauros. Vbi Seruius, Incende bitumine lauros, id est lauros diuino igne consume. Nam bitumen est solmine & citus procreant. Vnde iuita Babylonian, quia frequentia cadunt fulmina, hæc relaues redundat: adeo vt inde fabricasse muros Semiramis dicatur.

Flagrat bitumen ignibus. Horat. epod. 5.

Fumans bitumen. Ouid. 15. Metam.

Nigrum. Virg. 3. Georg.

Pingue. Valerius lib. 3. Argonaut.

Tenax. Ouid. 9. Metam.

Terro odore. Lucret. lib. 6.

Incendunt bitumine venas. Ouid. 14. Metam.

Bituminatus, pen. prod. (*βιτυμινάτος*) Participium sine verbo.

Aqua bituminata, Cui est admixtum bitumen: vel. quæ per venas habet bituminosas transfit. Plin. lib. 31. cap. 6.

Bituminosus, adiectiuum (*βιτυμινώδης*) vt, Bituminæ vires. Ouid. 15. Metamorphoseos,

Siue bituminez rapiunt incendia vires.

Bivgæ (*βίυγες*) verbi Iuscorum Ptolemæo teste, hodie *Borgo dell' Spedale.*

Bituriges, pen. corr. Bituriges (*Βίτυριγες*.) Bituriges, Galliæ Aquitanicæ populi liberi vel scribit Plinius, cap. 19. Hi vino diu virginitatem vbere incendere, vt. Cæsarem commeatu & pabulatione prohibeerent. Horum oppidum Auaricum, cuius Cæsar in Commentariis meminit. Vulgò hodie *Bourges au Berri.* Lucan. lib. 1.

B V

Bivira (*βίυιρα*) Nonius, Binas quas sus viduas appellat. Varro Lege Mænia. Ad biuram vento.

Biulum. Vide BIS.

Bivmbres (*βίυμβρες*) Populi sunt quicunque intra tropicos Cancri habitant ad meridiem. Quandoque enim incidentes habent vmbras, quum a meridie sol ad cognomen accedit, ad subiacta planum equandoque autem in aduersum, quum sol in aduersum consistit. Verba sunt interpretis Strabonis lib. 2.

Bizen, Ciuitas Thraciæ, Stephan. Plin. lib. 4. cap. 11. Bizium vocauit. Bizia, (inque) a terre regum Thraciæ, a Teret nefario crimine inuisa bimuindium.

Bizon (*βίζων*) Thraciæ oppidum fuit, inter Apolloniam & Calatidem situm, magna ex parte terræmotus haustum. Plin. lib. 4. cap. 11. & Strabo 7.

B L A

Blabeyra (*βλαβέυρα*) Oppidum est Tarraconensis Hispaniæ, non procul a Pyrenæi montibus, cuius meminit Stephanus in verbo *Iberia.*

Blacceolus. Vide BACCEVS.

Blaccer arc (*βλακκήρ ἀρὰ*) voeem esse arietis, ait ille quicunque est author ceramonis quod inter Ouidij opera legitur inscriptum de Philomela.

Blaccerat hinc aries, & pia balat ouis.

Bladium, pro frumento, inter ea vocabula quæ vsu quodà, sed minium quam corrupto, ex Italica lingua sunt desumpta, habentque vulgò pro Latinis vt Alodium, pro hæreditate, aut possessionibus: Apprendere, pro assumere: Meditare, pro componere: Appropriare, pro vendicare: Campus, pro exercitu: Legiapro fodere: Barialia, pro factionde & ludis partuum, & cæteraid genus, quorum aliquos apud interpretes suos reperiuntur, pure loquuntur omnino vitanda. Mouit id eruditissimus Isidorus.

Blana, vox tri syllaba, pomi fatis ferax, per quam Amnias fluuium delabitur. Hoc in loco Methindates Parthorum Monarchus Babylonis copias fundibus delcuit, haud quidem præsens, sed per imperatores vnde alle cum paucis donum lugiens, feruatus est, & inde in Italiam naugauit. Verba sunt Strabonis lib. 16.

Blæsus (*βλαισὸς, ἢ πρὸς τὸ σκέλος*) adiectiuum, Qui lingua impeditus est. Martiabalis, Os blæsum tibi debilisque lingua est. Cæterum hoc nomen ad alia membra transferunt: blæsique appellant quibus membrum aliquod solutum est, quos & paralyticos appellamus, & generaliter eos omnes quibus aliquod est membrum quod actiones suas commode obire non possit, quod ve sit aut figura sit deformie, quales sunt qui ceruia habent in ducta ad ea, quos Latini valgios & varios appellant. Vide Cæl. lib. 8. cap. 2. & Budæum in Annotat. in Pandect.

Lingua blæsa. Ouid. de Arte amandi.

Sonus blæsus. Ouid. 2. Amor. eleg. 6.

Blæsvs, cognomen fuit Sempronio rum a vitio linguæ impositum, quem admodum & Balbus. Meminit eiusdis Blæsi Stat. 2. Sylvarum,

Nouerat effigiem, generosiquæ ora Blæsi Ora pues, &c.

Blanda, Italiæ oppidum in agro Brutio, non procul a Baso flumine, & Parthenio portu. Plin. lib. 3. cap. 5. Est & Blanda, siue Blande, oppidum Hispaniæ Tarraconensis, in agro Barcinonensi, iuxta Iacnum fluuium. Vulgò *Blanes*, teste Oliuacio in Melam.

Blandi, Fluuius est Hispaniæ Tarraconensis, in agro Barcinonensi, vbi oppidum fui nominis. Author Plin. lib. 3. cap. 3.

Blandimon, Locus non longè a Placentia. Cic. ad Q. frat.

Blandilor, blandiris (*βλανδιλορῶ, ῥῶς*) Blandiri. pen. prod. Proprie ad tactum pertinet: per abusionem autem nonnunquam ad alios sensus transferruntur, vt Valla lib. 5. Cic. de Amic. Quem ea adeo blandiendo ferpe allcutetur, & lingua re fimulant blandiatur. De adulatore loquitur. Ouid. 1. Amorum, eleg. 6.

-ubi blandior vni.

Blandimur quoquo modo, dum placere studemus magis quàm vera dicere. quanquam & facto blandimur: veluti qui pinxerat Venc-

rem deformem, dicetur blanditus Minerua. Dicemur & blanditi viri vtpoſſitis dum ea eaſu famus aut attentamus. Blanditiuus calamartabus, dum eas eleganius. Eraſmus.

Blanditiem eam memitur animalia Plin. de Panthera, lib. 8. cap. 17. Veram vero circumuolutam non dubie blandimentem, ſeſe conſi cantem magnere.

Fortuna falla et blanda, ſi valuit Seneca in Octau. 7.

Precibus alicui blanditi. Ouid. 2. de Arte.

Aud re te blandiri. Ouid. epiſt. 20.

Auribus alicuius blanditi. Vide auerti.

Miniſtri blanditia. Cic. ad Q. fratr. 14.

Suauiter. Cic. 4. Acad.

Subdole. Plaut. Truculen. 4.

Simpliciter. Cic. de Orat. 1.

Blanditia, de oratoriam dictum. Quinct. lib. 4. cap. 4. Quæ dã partibus blanditiam ſuſtinuit, ſi ſimulatio. conſentiunt.

Ymbra blanditiæ. Pe, alius. Ouidius no. Metamorph. De Populo albore.

Blandiendo dulce nutriuit malum. Seneca in Hippol. 2.

Blanditus, pen. prod. Parcemonium.

Blandita gens, a natio. Plin. lib. 6. cap. 23. Blanditum repor, Idem lib. 9. cap. 10.

Blanditus, huius blanditus, pen. prod. Verbale, pro blanditiæ. Lucr. lib. 2.

Veres per Veneris blanditum ſecla propagent.

Blandus, a, e, Ἡδύλογος, ἡδύστομος, ἡδύφωνος. Plaudus & comis in ſermone, & habitu. Terent. Heaut. 2. 4. 3. Vt vitas hominum homo te viuat nunquam magis quam blandus.

Blanda legeſtimo. Plinius in præfatione naturalis hiſtoriæ.

Precatu blandus Stat. 12. Thebaid. Id eſt in precando.

Precatu blandus. Stat. 8. Achil.

Large blandus. Vide 2. an 9 Octau.

Minus blandus. Cic. Attelib. 12. Vnum re puto minus blandum eſſe, nempe me.

Blandus amicus, cui opponitur Verus. Cic. de Amicit. Secerni autem blandus amicus a vero, & internoſci tam potest, adhibita diligentia, quam omnia facta & ſimulata a ſinceris atque veris.

Blandus filius & gratioſus. Cic. 2. Verr.

Blanda aſpiratio. Valer. lib. 6. Argonaut.

Alea blanda. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 6.

Amator blandus. Propert. 2. eleg. 3.

Agros. Quidam prædia blanda, nitentia fructu.

Parte blandus amoris. Ouid. in Trift. eleg. 3.

Amor blandi. Propert. 4. eleg. 1. Militiam Veneris blandis patiere ſub amus. Credo ætatem tuentilem inteſt gu Poteſt & blandis quaſi fortunatis, & ſeſe bus accipi, ſed vix hoc ferent ſequentia.

Aquarium blandi ſum temperies. Ouid. 4 Metam.

Arte blanda pectora ſubit Venus. Ouid. 1. de Arte.

Cauet blandi. Virg. 3 Georg.

Carmina blandiſſima. Ouid. epiſt. 21.

Clamor. Ouid. 7 Faſtorum.

Et quaſi ſentiens blando clamore nepotes

Tendebant ad uos bratchia parua ſuos,

Lunæ color. Plin. lib. 2. cap. 8.

Columba. Ouid. 2. Amorum, eleg. 6.

Dodores. Horat. Serm. 1. 1.

Doli. Seneca in Octauia, 4.

Fluctus. Claud. Paneg.

Frigus. Claudian epiſt. Palladi & Scienz.

Gaudia. Virg. 5 Aneid.

Iaſon. Stat. Theba d. lib. 5.

Ignes. Valer. lib. 4. Argonaut. Id eſt amores.

Blandæ ſopitum membra blandis fratres. Stat. 10. Thebaid.

Labor. Virgil. 3 Georg.

Lacertus blandus tenere colla alicuius. Ouid. 2. Metam.

Laudes. Virg. 3 Georg.

Leones. Claud. lib. de Raptu Proſerp.

Lingua. Valer. lib. 8 Argonaut.

Linguæ blanditia mendaci. Ouid. epiſt. 21.

Liquor blandus amaracini. Lucret. lib. 2.

Littora blandiſſima. Stat. 3 Sylu. 6.

Minus blanda ſeducere aliquem, id eſt ſeorſum ducere. Ouid. 2. Metamorph.

Meretrix. Ouid. 2. Amorum, eleg. 11.

Modi blandi, lucundi cantus. epiſt. 3. illarum quæ Ouidianis reſpondent.

Obſequium. Seneca in Octau. 5.

Blanda oratione falli. Cic. 7. Philipp.

Blandum os. Valer. lib. 8. Argonaut.

Os blandum, pro ferum blando. Ouid. 5. Trift. eleg. 1.

Otia. Claud. lib. 1. Paneg.

Peſtis blanda luxuria. Seneca in Octau. 7.

Pocula. Valer. lib. 2. Argonaut.

Preces blandas aliquem ducere. Horat. in Arte.

Carmorum blanda impetrauit. Lucret. lib. 4.

Puella. Ouid. 2. Amorum, eleg. 2.

Puer. Ouid. 1. de Remed. amoris. Sic Cupidinem vocat.

Querela. Tibull. 3. eleg. 4.

Quies. Stat. lib. 2. Sylu. 2.

Sabina. Ouid. 3. de Arte.

Sermo. Cicero 2. Offic. Militeſque blando appellando ſermone delinient.

Simi blando foueris nepotem. Seneca in Troade 2. de Priamo.

Sole. Ouid. 13. Faſt. de tempore Veris.

Somis blandus precari. Ouid. 1. de Remed. amoris.

Blandior ſuccus. Plin. lib. 12. cap. 2.

Tabellas blandas vocat Ouid. quibus verba ad amicam ſcripta mitebantur. lib. 14. Metam.

Tutura. Tibull. lib. 3. eleg. 3.

Venerium blandum deridet. Silius lib. 5.

Verba. Ouid. 2. de Arte.

Voluptas. Lucret. lib. 4. Ouid. 2. de Arte.

Blanda laſſorum vox, ſubmiſſa & querulo, mollioque. Lucret. lib. 6.

Voces. Virg. 4 Æneid.

Blandior haec parentibus. Valerius lib. 7. Argonaut.

Solers blandiloquentiæ. Ouid. 2. de Arte.

Blandulus, & blandiculus. dimin. blandus. Baldus, ſeu ab eo quod eſt Mollis, ſit Mollisculus & Mollisculus. Naut Blandiens & Mollicus (à quibus nonnulli hæc tralu voluerũt) Latinæ linguæ penitus ignoſcunt. Inde Bland ce la verba apud Ilium.

Blandè, adverbium (Ἡδέως, ἡδέως.) vt. Blande alloqui. Terent. Phorm. 2.

Item Blande compellare. Plaut. Perſa 3.

Blande amare. Cic. ad Att. lib. 16.

Blandè appellare. Plaut. Truculen. 5. Cic. pro Cluentio, Tum appellat hilari vultu hominem ſuibus verbis blandiſſime poteſt.

Blandè ac benignè huiſum accipere. Liu. 24. lib Vrbe.

Terram blandè colere. Lucret. lib. 5.

Blandè dicere. Terent. Adelph. 3. 4.

Blandè palpare. Plaut. Amph. 6.

Blandè & cõtumeliosè pare. Cic. pro Q. Roſcio. Hũc poſtea quã ſaluũ eſſe, quã ſe ſenſit blandè & cõcumeliosè tollere, metuere mea cauſa, &c.

Tentare aliquem blandè. Ouid. 1. de Arte.

Blandius, & comptatius. Horat. 1. Carm. ode 24. Cic. 1. de Orat. Id eſt tractare blandius.

Blandi ter, pen. cor. Aliud adverbium (Ἡδέως.) Idem quod blandè. Plaut. Pſeud. 2. 3. Magis cognoſcuntur, blandiſterue alloquar.

Blandi tim (Ἡδέως.) Aliud item adverbium. Id eſt blandiendo. Blandiſſimum dictum eſt, vt ex ſtilum, exterrimum ſenſum, raprim. Lucret. lib. 2.

Inſique deducit duo rere diu voluptas.

Veres per Veneris blandiſim ſacla propagent. Lamb.

Blandi-cus, pen. cor. (Ἡδύλογος.) Qui blandis verbis vtitur. Plaut. Pœnulo 3. Nunc nobis blandicus deus. Oliſalenus.

Blandiloquus, pen. cor. (Ἡδύλογος.) Qui blanda verba loquitur. Vox blandiloqua. Seneca in Agamem. 4.

Blandiloquens apud Macrobium lib. 2. Saturnalium. cap. 7. ex Laberio.

Sic Suauiloquens apud Laurentium, & ſimilia, lib. 11. apud. Budæus.

Blandiloquentulus (Ἡδύλογος.) diminutiu. Plaut. Truculen. 5.

Blandiloquentia (Ἡδυλογία.) Cic. 3. de Nat. deor. Natu vere gallis ſuppliciarem tanta blandiloquentia.

Blandimentum (Ἡδυσμός.) Idem quod blanditia. Cic. pro Cælio. Multa enim nobis blandimenta natura ipſa genuit.

Blandimentum rudes & imperitæ dicuntur homines. Plinio lib. 17. cap. 13. Atque hoc blandimento impetrauere ſæpe ad cibus, imet poma ipſa & cæumina, &c. Hic blandimur homo ei nimenta.

Blandimenta fortunæ pollicentur dentes cantus. Plin. lib. 7. cap. 16. Ab umpere blandimenta. Tacit. lib. 18.

Blandimenta multa plebi ab Senatu data: annonæ in primis habita cura, & Liua. 2. lib Vrbe.

Blandimenta excogitare. Plin. lib. 26. cap. 3.

Blanditia, blanditiæ (Ἡδυσμός.) Cic. pro Plancio, Facilis eſt illa occurſano & blanditia popularis, &c.

Blanditiæ, blanditiarum, pluraliter (Ἡδυσμοί.) Idem. Cic. de Amicitia. Sic habeidum eſt, nullam in amicitia peſtem eſſe maiorẽ quam adulationem, blanditias, aſſentationem.

Adulatio, blanditiæ, aſſentatio. Cic. de Amicitia.

Inconditæ blanditiæ. Vide INCONDITVS.

Meliores blanditiæ. Cic. 3. Offic. Mihi quidem vere etiam hereditates non honeſtæ videntur, ſi fine malitioſis blanditiis officiorum, non verriare, ſed imitatione quæſitæ.

Molles. Ouid. 2. de Arte amandi.

Ducrites. Ouid. 6. Metam.

Turæ. Ouid. 4. Metam. Id eſt verba blanda & amatoria ab audtoribus iuta.

Addere blanditias. Ouid. 7. Meram.

Adhibere. Vide ADHIBEO.

Admouere. Ouid. 6. Metam.

Agere blanditias. Ouid. 6. Meram.

Aufugere blanditias. Propert. lib. 1. eleg. 9.

Cœtus inpete blanditiis. Vide COEMPTIO.

Blanditias præſentium voluptatum delinit atque corrupti. Cic. 1. de Finibus.

Dicere blanditias. Ouid. 3. Amorum, eleg. 6.

Eliceret & conquirere aliquem blanditiis ad iudicium. Cic. 2. ad Q. fratr. 2. Conquirere vero & elicere blanditiis, vt ſcribis, ad iudicium neceſſe non fuit, cum præſertim hominem.

Emere blanditiis oſcula. Propert. 3. 13.

Experimere numinulos ab aliquo blanditiis. Cic. 2. ad Att. 14. Tu ſi tuis blanditiis tamen a Sicyonius nummulorum aliquid experieris, vehim me facias ceteriorem.

Hęc & cæ blanditias in alicuius conſuetudinem. Cic. pro Cluentio, Qui vi ſe blanditiis & aſſentationibus, in Aiuſi conſuetudinem penitus immerſit, Oppianicus continuo, &c.

Legere blanditias. Ouid. de Arte amandi.

Parare. Ouid. 2. Amor. 19.

Vendere blanditias dicitur, qui ſpe muneris alicui blanditur, aut vr donum aliquod eliciat. Tibull. 1. eleg. 9.

Blandiſcen, blandiſcas, Blandum facio. Suponimus.

BLANDVSIA (Ἡδυσμός.) Sabinenſis agri regio, in qua fuit ager Horatij poetæ. Supouimus. Horat. 3. Carm. ode 13.

O fons Blandufiæ ſplendidior vitro

Dulci

Dulci digne mero, non sine floribus,
Cras donaberis haedo.

Blapfigonia, pen. corr. (βλαπτιγονία) Latiné dicitur Prolis detrimentum, ὁτὸ βλάπτειν quod nocere efficit τὰ γόνα, fœtus. Est morbus apum, quem defcit alieuius alioi fœtus. Plin. lib. 11. cap. 19. Sunt & operis morbi, quum fauos non explent, cleron vocãt. Iidem blapfigoniam, si fœtum non peragant.

Blasco n (Βλάσκων) Insula in Rhodani ostio, prope Metinam. Plin. lib. 3. cap. 4. Strabo lib. 4.

Blasphemia, pen. corr. (βλασφημία) Execratio, maledictio, vituperatio, conuitium, & quasi nocens dictum, facrilega infamatio, vel obtrectatio nefaria. Budæus.

Blasphemo, blasphemas, pen. prod. (βλασφημῶ) blasphemare. Maledicere, honorisque, & dignitati alterius derogare: Execrari, vituperare, conuitiis inceffere.

Blasta (Βλάστη) A Comicis ponuntur inter ornamenta aorium muliebrium, referente Pollucc lib. 5. cap. 26. Gualtherus vertit Germina.

Blatero, blateras, pen. cor. (βλατερῶ, βλατεῖς) blaterare, Est ſtulte & præcipide loqui: quod à Græco βλαξ originem ducit. Sed & camelos quum voces edunt, blaterare dicimus. Hæc Festus. Nonius, Blatis, & blateras confingis: aut incondite & inaniter loqueris: vt à balatio. Idem alio loco, Blaterare, est confingere per mendacia. Item a balio loco, Blaterare quaſi vetha trepidantia metu balbutire dixerunt. Hacteous ex Nonio. Gellius lib. 1. cap. 15. De hominibus quoque poſſe dici, ſtulta & immodica blateranti bus, quorũ lingua tam prodiga infrænſique ſit, vt ſtoat ſemper, & aſſiuet colluuione verborum teterrima.

Blaterare eom clamore. Horat. a. Serm. ſat. 7. -ecquis
Aodit? cum magno blateras clamore, fugiſque. Hoc eſt, Vociferas, clamas ſine ratione. Vnde Balatrones, quaſi blateriones. Blaterare enim proprie eſt inepte clamare. Hactenus Acron.

Blatero, pen. corr. blaterans (βλατῶν, βλατῶσα) Gellius lib. 2. cap. 15. Nec minus infigonter veteres quoque noſtri, hoc genus homines in verba prouectos, loquacios, & blateronos & linguaces dixerunt.

Scribunt nonnulli duplici ti, blattero, à blatta vermiculo, ſed ſortaſſis inepte.

Blatio, blatis (βλάτιον) blatire. Idem quod Blaterare. Plaut. Amph. 7.

Qui (malim) intelligere quiſquam potis eſt ea, nisi pugas blatias. Blatire, inquit Nonius Marcellus, eſt ineondite & inaniter loqui. Quidam Blatire ſcribuot.

Blatheas, antiqui bullas luti ex itinere bus, aut quod de calcęamentorum ſoleis eradnut, appellabant. Feſtus.

Blatta, blattæ (βλάτα) vermiculus exiguus eſt, lucem fugiens, & tenebrarũ alumnus, in balneis maxime humido vapore progignatus. Plin. lib. 29. cap. 6. multa de blattis loquens, Plora carum genera feceruit, molles: quas in oleo decoctas, vermucis efficaciter illini experti ſunt. Alterum genus, mylæcon appellauere, quæ molas ferè naſcens. Tertium genus & odoris ingrio muſum. Mylæcon vulgò piſtrinarium vertunt. Blattæ piſtrinariæ, & geminiti Dioſcorides lib. 2.

Loeiſque blattæ. Virg. 4. Georg.

Blattæ blteis & veſtimentis inimicæ. Martial. lib. 14, Scrinium loquitur,

Conſtrictos niſi das mihi libellos,
Admittam tineas, trucęſque blattas. Horat. 2. Serm. ſat. 3.
-age, ſi ſtramentis incubet, vnde
Odoginta annos natus: cui ſtragula veſtis
Blattarum ac tinearũ epulæ, putreſcat in arca. Inde prouerbium de re quæ computrit, Cum blattis & tineis rxari dicitur.

¶ Blattam reccotores ſcriptores vemiculum bombycem intelleexerunt, cuius textu veſtes ſericæ conficebantur: vnde Blattea veſtis, & Blattarium paludamentum, apud Lamprid. in Captoli nimo, primo ſerico aut alio quouis pretioſo: vel (vt Paulus Ægineta) pro purpura: quoniam Indicum conchylium vulgò Blatta dicitur. Sic Caſſiodorus in epiſtolis, Blatteom pro purpureo cepit, Chamæleon (inquiens) modo præſoa, modo cyanea, modo blattea varietate ſe conmutat. A quo colore Blatta etiam frumenta dicitur, quòd rubidum ſit, ſementi accò modatius, in purpuram declinans. ¶ Blatta Byzantia, quæ Dioſcoridi lib. 2. vocatur Onyx, Latinis dicitur Unguis odoratus, & conchula Indica. Eſt autem teſta cuiuſdã generis conchyliorum non diſſimilis purpuræ: ſed quod in India reperitur, & Dioſcoride teſte aromatucum odorem habet, propterea quòd nardo in paludibus illic naſcentes ea conchylia naſcantur. Ab hac blattæ appellationc blattarius color pro purpureo dictus eſt à Fluuio Vopiſco in Aureliano.

Blattaria, æ. Herba eſt verbaſco ſimilis, ſoliis minus candidis, caulículis plurnibus, flore luteo. Hæc abiecta blattas in ſe contrahit, vnde & nomen accepit. Plin. lib. 25. cap. 9.

Blattarius, adiectiuum: vt, Blattaria balnea. Seneca epiſt. 87. In quibus frequentes ſont blattæ. Ex humido enim balneorum vapore progeneratur, vt Plinius author eſt. Vide paulo antè Blatta.

Blatteus, 2, um, Purpureus. Eutropius Neron. Nero inuſitata luxuria fuit, vt qui exemplo Caligulæ frigidis & calidis lauareur vnguentis, hamis aureis ægrè teneliique piſcaretur, quæ blatteis fuoibus extraherabantur. Sueton. vocat purpureos: Piſcatus eſt (inquit) rete aurato, purpura, cocciqoe fuoibus aexis.

Blattum (βλάττιον) Pallium eſt purpureum vel cocciueum, à blattis & vermiculis, vt quidam putant, qui è chermes (vt Arabes vocant) & è cocco fanguineo colores eruuntur. Blattium, παρὰ τὸ βλάπτειν τὰ ἀπτόμενα quo lexico explicatum legi, vt eſt ernor purpuræ, expetitus tingendo vellen: Imperatorum. ¶ Blattium etiam Byzantium os naris purpuræ dicit Actuarius: ſic, vt inde & purpureus dicatur color blatteus. Verba ſunt Turnebi.

Blax (Βλαξ) Vox eſt quæ bardum & ſtupidum ſignificat, vt aic Feſtus in dictione Blitum. Dictionem autem hanc inflexã tradit Cælius à piſce prorſus inuſita, & Siluro perſimili, quem ne canis quidem attingat. ex lib. 9. Lect. antiquarum. cap. 11.

BLEATVM (Βλῆτον) Oppidi eſt Phrygiæ, cuius meminit Strabo lib. 12.

B L E

Blechnon (Βλέχνον) Dioſcoridi, Herba eſt notiſſima, quam Græci σπανίδα, Latini Filicem vocant. Vide Plin. lib. 27. cap. 9.

Blechon (Βλέχων) Plinio ſylueſtre eſt pulegium, ſimile origano, minoribus foliis quàm ſatium, quod à pecore guſtatum balsamum excitat. Vnde etiam literæ vnius cõmutatione βλέχων appellatum: nisi τὸ πᾶν βλέχων ſit ſemen Græci pulegium vocant. Vide Plin. lib. 20. cap. 14.

Blemmyes (Βλέμμυες) seu Blemyæ (virunque enim legitur) populi fuut in Æthiopia, Auſtrum verſus, capitibus carentes, ore & oculis pectori affixis, vt ait Plin. lib. 5. cap. 8.

Blemiæ ſeri. Claud. epigr. 6. de Nilo loquens.

Blennos (Βλέννος) Stultos eſſe Plautus indicat in Bacchid. 22. qui ait, Stultiſſimũ, fatuũ, fungi, bardi, blenni, buccones. Feſtus. ¶ Blenni qui dicuntur, ſic vocantur, vt mucoſi, id eſt, μυκώδεις. Turnebus.

Blepharo, onis (Βλεφαρών) Dicitur ſuperciliofus homo, qui habet ſupercilia magna. Plaut. in Amphitr. Raptant pro mechis: blepharo captus arbiter. ¶ Quidam proprium nomen eſſe putat & à ſupercilis efficiõm, quæ opioio verior videtur.

Blepyrae (Βλέπυραι) Populi Africani ſine capitibus, habentes oculos in pectore. Eoſdem & Blemyas vocat Pompon. lib. 2.

Blerant, Italiæ populi in tractu Hetruriæ, Cortonenſibus & Capenatibus vicini. Author Plin. lib. 3. cap. 5.

Blesinos, Caſtellum eſt Corſicæ inſulæ, de quo Strabo lib. 5.

B L I

Blitera ae, Oppidum prouinciæ Narbonenſis, de quo Plin. lib. 3. cap. 5. In Mediterraneo (inquit) colonia Arelate Sextanorum, Blitera Sepiumanorum, Araulio Secundanorum. Meminit & Mela lib. 2. cap. 5. Nunc vulgò Beziers.

Blitum, blii (βλίτον) Genus oleris, à ſaporis ſtupore appellatum ex Græco putatur: quòd ab hu βλίτω dicitur ſtupidus. Hæc Feſtus. Plin. lib. 20. cap. 22. Blitum iners videtur ac ſine ſapore, aut acrimonia vlla. Vnde conuitium fœminis apud Mnandrum faciunt martti. Plaut. Pœud. 13. Apponunt rumicem, braſſicam, beram, blitum. Gemino it. à Suida ſcribitur: βλίτιδες, καὶ βλίτιον.

Blitus, adiectiuum (Βλίτος) Inutilis, inſulſus & vecors, à blito herba nullius vſus. Plaut. True. 18. Blitea & lutea eſt meretrix, niſi quæ ſapit in vino ad rem ſuam. Fieri potcſt (inquit Eraſmus) vt Gallica quoque vox hinc manarit, quã nunc vulgò contemptiſſimus extremæque notæ homines compellant blitero, addita literula. Blitera.

Blycium (Βλύκιον) Caſtellum eſt Tolioſoborum, qui Birhynis ſunt finitimi, in quo Deiotarus thefaurus habebat. Strabo lib. 12.

B O A

Boa, boæ, Serpens eſt aquatilis, quam Græci ὕδρα vocant, à qua ictũ obturgeſcunt. Crutum quoque tumorem, labore collectus, boa appellatur. Hæc Feſtus. Siponinus autem, Boa (inquit) hue boua, vrocque enim modo dicitur) ſerpentis genus, vel quod primo bubuli lactis fucco alatur, vel quòd inſtar bouis turgeat. In tantam enim altitudinem magnitudinẽ excreſcit, vt D. Claudio principe, occiſæ in Vaticano ſolidus in aluo ſpectatus fit inſtant. Hæc Siponinus ex Plin. lib. 8. cap. 14.

¶ Boa etiam, ſiue boua, morbi genus eſt, quò corpora papularum multitudine rubent ad ſimilitudinem eorum qui boa ſerpente ictũ obturgeſcunt. Igoorant hoc Feſtus Pompeius, qui boam ſcripſit eſſe crutum tumorem vi labore collectum. Hæc Siponinus. Plin. lib. 24. cap. 8. Boa appellatur morbus papularum, quum rubent corpora: ſambuci ramo verberatur. Idem lib. 26. cap. 11. & boli ſolia contrita, & è vetere vino impoſita eiuſdem boam ſanant, id eſt rubetica papulas. Opinor morbum eſſe hactenus incognitum, qui vulgò rubella dicitur.

Boagrius (Βοάγριος) Locrenſium amnis, qui Thronion vrbem præterfluit, author Strabo lib. 9. Huius etiam meminit Homerus.

Boare, Boalia, Boarius, Vide Bos.

Boaria lappa, Herba nota, cuius radix è vino pota, articulis mirificè prodeſt. Plin. lib. 26. cap. 11. 2.

Boarmyae (Βοάρμυαι) Mincrua à Bœotiis colitur, & cognominatur à copiatione boum ad aratrum. Author Caſtlio, 4. cap. 18.

Boeon (Βόειον) Oppidum ad Apennini iugæ ſitum, vbi nobile cœnobium à Theodolinda regina Longobardorum extructum, quo en loco nuper huiuſmodi libri reperti ſunt, Rutilius Numanianus, Heroicum Sulpitii carmen, lxx. epigrammata, Terentianus Maurus de literis, ſyllabis, & metris omnis generis, Cæſius Baſſus, Velius Longus de orthographia, Adamantius Martyrius de Literæ & matra, & Y vocali, Probi catholica, Cornelij Frontonis eleganiæ Latinæ, Seruius grammaticus de literæ, liber perſimilis Iulio Polluci de vocabulis rerum, Paraphraſis ſuper ſex Virgilij libros, Triumelegarum Virgilij enarrationes, & alia præterea multa quæ Volaterranus enumerat.

B O C

Bocalia (Βοκάλια) Fluuius eſt in Salamine inſula, qui prius Bocarus eſt appellatus. Vide Strabo. lib. 9.

Bocalim, Arcadiæ oppidum eſt, iuxta Megalopolin & Catinam, teſte Plinio lib. 4. cap. 6.

Bocas, inquit Feſtus, Genus piſcis, à boando, id eſt clamando appellatum. Hæc ille. Bœtis (vt ex Speuſippo annotauit Hermolaus) fiunt Leueomnzndes: hoc eſt mænæ candidiores, quas nos Cirres, ſiue Cirrulos vocamus.

Bocativs genealogiam deorum ſcripſit, de fluminibus & montibus: præterea fabulas, pluráque alia vernaculo ſermone. Author Volaterranus.

Bocchvs, Rex Mauritaniæ fuit & Getulæ, qui Iugurtham Syllæ tradidit. Vide Salluſt in Iugurth. & Strabo lib. 17. ¶ Fuit & alter Bocchus hiſtoricus, cuius meminit Plin. lib. 16. cap. 40.

Atrux Bocchus. Silius lib. 3.
Præfixi intortos demissus vittice crines
Bocchus ab ore.

BOCCHYRIS, pen-prod. Nomen viri, qui in Ægypto iuste fynceréque tudicasse fertur. adeo vetus nomen in prouerbium venerit, iuftiffimè iudicantium. Refertur à Suida.

BOCCORI qui & Concordenses, Populi sunt Lusitaniæ, teste Plin. lib. 4. cap. 22.

BOCENSES, Sardiniæ populi, teste Ptolemæo lib. 3. cap. 7.

BOCHANA, Oppidi nomen Troglodytarum, apud Plin. lib. 6. cap. 29, in descriptione sinus Maris rubri. Troglodytici & Æthiopici.

BOCHIRE, Oppidum fuit Romanis foederatum, in Balearibus insulis situm, vt auctor est Plin. lib. 3. cap. 5.

B O D

BODERIA, Ptolemæo æstuarium maris Britannici, Tacito Bodotria dictum, in vita Agricolæ.

BODINCOMAGVS (Βοδίγκομαγος) Oppidum est ad Padum, alio nomine Industria: ita dictum à Pado, qui Ligurum lingua Bodincus fuit appellatus, quasi fundo carens. Plin. lib. 3. cap. 16.

BODINCVS. Vide BODINCOMAGVS.

BODONES, fue Buiones, Lapides illi sunt, fuæ aliud quid, qui vicem terminorum præstant. Iul. Paulus Recept. Sentent. lib. 5. tit. 22. de feditiosis. Qui terminos effudium vel exarant, arboréve terminales eoertunt, vel qui conuellunt bodones, siquidé à ferui suæ fponte fecedentis in mealiq damnantur, humiliores in opus publicu, honestiores in insulâ amissa tertia parte bonorum relegantur. Vox est méforum, vel eorum qui de agrorum & limitum conditionibus scripserunt.

B O E

BOEA, Oppidum est Peloponnesi in sino Argolico, non procul ab Epidauro, vt scribit Pho. lib. 4. cap. 5. in descriptione Achaiæ.

BOEADES (Βοάδες) Oppidum est Cretæ, non procul à Gortbyne. Stephan. ¶ Est & Bœbe Thessaliæ oppidum, lacus adiacens, quia à eo Bœbeis appellatur. Strabo lib. 9.

Bœbeis. pen. prod. (Βοιβηίς) Bœbeidos, lacus est Pheretis vrbi Thessaliæ vicinus, vt testis est Strabo lib. 9. & Plin. lib. 4. cap. 8. ¶ Præterea locus est lacui proximus à Bœbo Glauci fratris filio dictus. Propert. 2. eleg. 2. Mereuntioque Sati ferrum Bœbeidos vndis.

Virgineum primò compesuisse latus.

Boedromia (Βοηδρόμια) Suidas Athenienfium festum scribit, quo die Xuthus summa festinatione Athenienfibus opem tulit, quum ab Eumolpo Neptuni vrgerentur, Athenis regnante Erechtheo. Plutarchus verò in Theseum refutit, quum victoriam de Amazonibus reportassent.

BOEDROMIVS (Βοηδρόμιος) Apollo ab Athenienfibus cultus fuit. Nam quû bellum inter Athenienses comparatum esset, Ion Eleusinius eis opem tulit, ob cognationem. Iode victores facti Athenienses, de voce eurrentis exercitus ad vrbem, Apollinem Boedromium dixerunt, & mensem Boedromion.

BOETA (Βοητία) Myssæ Europæ regio vtra Danubiû fuit: sic dicta à Bemis, quos Ptolemæus in ea parte genteni maximam esse dicit. Huius regionis latiudo longitudini par, trium forte dierû iter. fylua Hercynia vndique cingitur. Alibi fluuio media tergatur, ab Orieote Morauos, ab Arcto Saxones, ab Occidente Norici, à Meridie Auarum & Banara habet. Regionis metropolis Praga. Plura Æneas Syluius qui Bohemorum historiam scripsit. Apud Tacitum de Moribus Germanorum scribitur Boiemia. De huius regionis omine, situ, & habitatoribus, plurima tradit Andreas Althamerus io Tacitû, docens Boiohemum, seu corruptè Bohemiam dici, quasi Boiorum patriam, seu domicilium.

BOEBRASTAS (Βοηβράστας) vir natione Geta, qui gentis cius præfectura insiliens, homines frequentia bellorum & cladibus afflictos, eò magnitudinis exaluit, nunc exercitatione corporum, nunc victus sobrietate, nunc eductorum obedientia, vt intra pauros annos latum adeptus fit imperium, plurimisque finitimorum, Getarum diutioni subderit: traiecitéque audacter Ifiro, Thraciam dinpiens vfque in Macedoniam & Illyricum, magnum Romanis terrorem inculsit. Ingentis autem obedientiæ argumentum est, quòd cius fuasione inducti, vites excidere, & fine iis vitam agere cósenfere. Perist verò infurgentibus in eum oonnullis, priuíquam Romanus populus aduersus eum mouere exercitum. Ex Strab lib. 7.

Boethi pen. prod. (Βοηθοί) dicuntur ab Imperatore, adiutores scribarumque alij Subadiutores, alij Adiutorios appellant, vt in L. Vnicuique. C. de Proximo. sacr. scrin. Βοηθὸς enim idem valet quod Adiutor. Inde Seuerinus Boethus dictus, quem alij falsa voce Buctium vocant. Quorum errorem confutat antiquum marmor, quod adhuc Derthonæ extat in diui Martiani cœmobio: vbi tumulus est, quem antiqua inscriptio Boethio & Basilisco Consulibus factum ostendit, Hæc Alciatus in illud to. lib. Codicis Iustiniani, tit. de Tabularijs, ferijbus, &c. Boethos, logistas, medographammateos, &c.

BOETHVS, Stoicus quidam fuit, qui conatus est earum rerum rationem explicare, quæ in mari cælóre figrens. Cic. a. de diuin. ¶ Fuit & alter hoc nomine aurifex, de quo idem Cic. 6. Verr. ¶ Fuit & sculptor optimus, cuius opera vísebantur apud Lyndum Minciuum, vt testis est Plin. lib. 33. cap. penult.

¶ Boethus Flauius, Ptolemæi Coriandus, Romæ Consulatû adeptus est & gestit, Antonini Imperatoris temporibus. Hic Galeno perquàm fuit familiaris, imprimisque anatomicæ speculationis studiosus, vt ipsè Galen. testatur lib. 2. de anatom. administrat.

BOETIA (Βοιτία) Græciæ regio, tria respicit maria, Peloponnesiacum, Siculum, & Adriaticum: atq; idéque in partibus colonos habet. Cæsar & Mussus antiquissimi scriptores scribunt (vt tradit Eustathius) à Cadmo conditore Cadmez, id est Thebarum, originem habuisse, qui ex oraculo bouem in fedibus mutandis habuerit ducem. Sunt eiam qui ex ingenij pioguedine sic voeatos putent Bœotos, vnde fus Bœotica apud Pindarum, prouerbium: & apud Plinium Hyantis, ob eandem causam appellata. Vocabatur porrò & Aonia, & Mesapia, & Ogygia, ab Ogyge antiquissimo rege ei regioni primùm dominante: & Cadmeis, vt scribit Thucydides, & Hyantis ab Hyante rege. Authores Pindarus & Plin. lib. 4. cap. 7. qui etiam Bœotos antiquitus Hyantas scribit esse dictos. Bœotorii res copiosè Pausanias & Diodorus lib. 7. tradiderunt. Ouid. 2. Metamorphoseos, -quarit Bœotia Dircen.

Bœotius (Βοιώτιος) adiect. Cic. de Diuin. Ouid. 3. Metamorphoseos, Mœnia fac condas Bœotiique illa vocato.

Bœotus, pen. prod. (Βοιώτος) aliud adiectiuum: vt, Tellus Bœota, id est Bœotia. Ouid. 12. Metamorph. Vide Bœotica auris, in Chiliadibus Erasmi.

BOETVS (Βοίτος) Zetbone imperante ob affectatæ libertatis suspitionem à Theodorico rege exilio damnator: deinde custodiæ traditus plura conscripsit. Tandem simul cum Symmacho Senatore focero suo, alijsque præstantibus viris interfectus, vt est author Eutropius.

BOEVS, Ineptus quidam poeta fuit Tarsensis, qui Philippensem Antonij victoriam carmine conscripsit, quo nomine præter alios summos honores, quibus ab illo est affectus, gymnasij etiam Tarsensis præfecturam est assequutus. Vide Strab. lib. 14.

¶ Boeus (vt inquit Strabo) Hispaniæ fluuius, ex cisdê nascens locis ex quibus Anas & Tagus.

B O G

BOGADIVM (Βόγαδιον) vrbs Germaniæ Ptolem. vulgò Fuss lech.

BOGES, vt Festa. ab Athenienfibus obsessus, vbi nihil habant commeatus in castris, liberos cum vxore primùm, deinàm seipsum interfecit. Author Herodotus lib 7.

BOOVDIS, pen. genit. corr. Rex fuit Mauritaniæ Tingitanæ, quæ ab eo Bogudiana vocata est, teste Plin. lib. 5. cap. 2. ¶ Fuerunt autem plures eiusdem nominis, ex quibus posteremus fuit, qui in Actiaco bello Antonij partes fequutus, ab Agrippa fupplicio affectus est. A Strab. Bogus dicitur lib 8.

BOGVNDIANA, pars Tingitanæ prouinciæ in Africa. Author Plinius lib. 5. cap. 2.

BOGVS, Vide BOGVD.

B O H

BOHEMIA, Vide BOEMIA.

BOHILLA, oppidum in Italiasic dictum, quòd eò bos intestina vulnere trahens aduenerit. Nontus.

B O I

BOIÆ, boiarum (Βοῖαι) genus vinculorum, tam ligneæ, quàm ferreæ. Hæc Festus. Plaut. Afin. 1. 5. Careeres, numellas, prædeas, boias, torroresque accrimos.

BOIANVM (Βοίανον) Samnitum vrbs Ptolem. hodie BOVIANVM.

BOICVS ager dicitur, qui fuit Boiorum Gallorum. Is autem est in Gallia citra Alpes, quæ Togata dicitur. Festus.

BOII (Βοῖοι) Populi qui Norici vel Bauari, vt testis est Strabo & Plin. lib. 3. cap. 17. ¶ Sunt item Boij, Lugdunensis Galliæ populi, vt idem Plinius author est lib. 4. cap. 18. Quidam Borbonenses esse dicunt. Sil. lib. 4. -fpsisque ruunt coofcrta per arma

Vndæ Boiorum

BOII, Oppidum Africæ, in tractu Cyrenaico. Plin. lib. 5. cap. 5.

BOII (Βόιοι Stephano) Dordis oppidum in Græcia, teste Plin. lib. 4. cap. 7. Doris (inquit) in qua Sperchios, Erineon, Boion, Pindus, Cytinum.

B O L

BOLA, siue Bolæ, Oppidum agri Campani in Italia, cuius meminit T. Liu. Vnde Bolani, Coriolanis & Fidenatibus vicini: apud Plin. lib. 3. cap. 5.

BOLANI, pen. prod (Βολανοί) Proprium viri, de quo Horat. t. Sermon. fatyr. 9. -ô te Bolane Cærebri

Felicem aiebam tacitus.

BOLANI, incolæ vrbis Bolæ, de qua paulo anté.

BOLBITINVM (Βολβίτινον) A Plinio lib. 5. cap. 10. numeratur inter ostia Nili. Strabo Bolbitinum appellat lib 17.

Bolbitum, ti (Βολβίτιον) Græcis simum significat, & proprie bubulum: vnde Imbubitare dicti putat Festus, pro eo quod eſt, Pueris tlercore inquinare. Plin. lib. 28. cap. 17. Fimi ceruini, maximè bubulonis, sed & bubuli. de armentijs loquor (quidam Bolbinon vocãt) cinis, cochlearionum trium in mulſi hemina bouis fœminæ in mulieribus efficax, & ex altero sexu in viris.

BOLBVLAE (Βολβῶλαι) Insulæ nomen in mari Ægæo, non procul à Teo, vt refert Plin. in descriptione insularum ante Asiam, libro 5. cap. 32.

Bolcitia, Gemma, quæ nimbo inuentur glebæ similitudine. Plin. lib. 37. cap. 10.

BOLENTIVM (Βολέντιον) Pannoniæ vrbs superioris Ptolemæo. Vulgò Kochelburg.

Bolctus, bolcti, pen. prod. (Βολέτος) Genus fungi inter omnes optimi: de quo abundè Plin. lib. 22. cap. 22. Iuuen. Sat. 5.

Vilibus ancipites fungi ponentur amicis:

Boletus domino, fed qualem Claudius edit.

Boletum condire. Iuuenal. Sat. 14.

Bolcti arium, boleti (Βολέτιον) Vasis nomen, quod & aliis obsoniis quàm bolenis seruiebat. Martialis,

Quum mihi boleti dederint tam nobile nomen,

Protocomis (puderheu) feruio colliculis. Boletare etiam to Aplcio legitur, vt lib. 2. Et exinanies in boletari. Hinc apud Trebellium vbi legitur Boletatæ halicuticum Tornebus Boletare legendum exsertquod & verius est.

BOLIN, a (Βολίνη) Nomen nymphæ virginis, quam Apollo amauit: illa autem amantem deum aucifara, se in mare proiecisse ferunt. Verùm Apollinis beneficio immortalis eſt redditæ. Ab hac & vrbs & fluuius nomina sortus sunt in Achaia, vt Pausan. & Stephan. testantur, quos vide.

Bolinæ

Bolinę, Vitis eſt in Bithynia, ſtactu admodum præcoci, racemis tantùm non cubitalibus, acinis albis ac pellucidis, cuſus meminit Cæl. lib. 11. cap. 16.

BOLITINOAE, Populi ſunt Aſiæ, vt tradit Plin. lib. 6. cap. 19.

Bolis, bolidis, pen. cnr. ſg. (βολὶς) Iaculum, pondus funiculo affixum, quo demiſſo nauæ explorant altitudinem maris: vocatur perpendiculum nauticum. dictum ἀπὸ τοῦ βάλλειν, id eſt mittendo.

Bolides, Græcis dicuntur baſtæ muſiles.

Bolides, faces in aere flammas. lib. 2. cap. 26. micant & faces, nonnihil quum dreidunt vifæ: qualis Germanico Cæſare glad. atorum ſpectaculum edente, præter ora populi meridiano tranſeuntis. Duo genera earum: Lampades vocant planę faces: alterum bolidas, quale Mutianenſibus malis viſum eſt. Diſtant, quòd faces veſtigia longa faciunt, priore ardente parte: bolis verò perpetua ardens, longiorem trahit limitem.

Bolites, æ, (βολίτης) Radix herbæ, Lychnidis vocatur ab Aſianis, qua alligata neulo, albuginea tolli dicuntur. Vide Plin. lib. 21. cap. 16.

Bolitus (βολιτὸς) Aſſiſtorũ excremẽtum proprie dicetur, vt quibuſdam placet: licet & bouum ſuperfluitates ita vocentur. Quod verò bolitum pronunciant Attici, reliqua Græcia bolitum. Vide ſuprà in dictione BOLBITON. & Rhodig. lib. 11. cap. 17.

¶ Bolitę pœnam, Prouerbiali figura dicunt, vbi quis de ee frioula nihil ſique plectitur. Bolitus autem, vt paulo antè dximus, ſignificat ſtercus quodois, ſed proprie bubulum. Porro Solon legem tulit, quæ pœnam minabatur etiam iis qui bubulum ſtercus ſurto ſuſtuliſſent. Erafm.

Bolus, boli, priore breui (βῶλος) Latinè iactum ſignificat.

Bulus, boli (βῶλος) priore corr. alèæ quoque iactum ſignificat, vel rete ipſum piſcatorium, quod ſundam vocamus. Plautus Rudenter,

Neptune lepide, ſaluę,
Nec te aleator vllus eſt in ſtercore: proſcĩò

Nimis lepide ieciſti bolum, periurum perdidiſti. Verba ſunt Trachalionis ſerui ad Neptunum, æſtimãtis lenonem naufragio periſſe. Perdere autem, Perimere, & cuertere interdum ſignificatis vnde tocus refultat. Aleatores enim & piſcatores bolum iactunt. Perd. diſti igitur Neptune hominem perditiſſimum, id eſt lenonem maximè pe-rditum: propterea Neptune alcam pulchrè ieciſti, pulcherrimum iactum feciſti. Hæc ex Bud. in Pandect.

Bulus, boli, priore producta (βῶλος) cuiuſque rei truſtum ſignificat.

Bolus è cauibus crispi dicitur, quoues commoditas aliqua, quæ tam propemodum vendebatur, quàm exercitationem ſubitò parapitur. Terent. Heaut. 4. 2. Crudior tantum bolum mihi creptum tam ſubitò è cauibus. Plaut. Hinc noſtri medici bolum appellarunt, vnam pharmaci doſin, quòd eau vno truſto aſſumpta ſum atur.

¶ Bolus, per metaphoram. Plaut. Truculi. 17,

-verum hoc ego ex multis bolum vnum

Scr talenta magna duos demam pro aſtae inſcita. Varro 3 de Re ruſt. cap. 2. Sed ad hunc bolum peruchias, opus erit tibi aut equitum, aut triumphus alicuius.

¶ Bolus Armenia (βῶλος ἀρμενία) Gleba eſt terræ, quæ inuenitur in ea Armeniæ parte quæ Cappadociæ conterminat eſt, colore ochræ, mirum ad deiecendum vim habens. Hæc hodie apud nos admodum rara eſt inuentu: nam quam ſi plaſtiarij hodie pro Bolo Armenio vendunt, aut ex Hiſpania, aut ex Normannia aduchtiee, pene ad rubricam accedens.

Bolones, Tabernæ cetariorum, à bolis piſcium. Donatus in Terentium, Ceterij (inquit) ſunt qui cereiid eſt magnos piſces vendituut, & bolonas exercent. Reperi & in antiquo lexico, bolonas dicere explicari μαγειρικὰς & ὀψοποιικὰς, id eſt propolas. Verba ſunt Tutnebi.

B O M

BOMARES, Aſiæ populi ſunt, à Caſpiis montibus Orientem verſus incolentes, vt author eſt Plin. lib. 6.

Bombax, aduerbium negligentiæ (βόμβυξ.) Plaut. Pſeud. 5, Fur. a. babax. p. Fugitiue. a. bombax. c. fraus populi. a. plautiſſime.

Bombilo, bombilas, penult. corr. (βομβίω) bombilare, dicuntur apes. Author Philoxenia,

Bombilare legimus muncra mellis apes. Legitur hoc verbum & apud Theocritum, teſte Budæo.

BOMBOS (βόμβος) Cibus fluuius. Plin. lib. 5. cap. 27. Præterea intus flumina, Liparis, Bombos, Paradiſus.

Bombus (βόμβος) Sonus tubarum raucos, nec valde acutus. Perſius 5. Torua Mimalloneis implerit cornua bombis. Tractum à Græco βόμβος, quod crepitum ſignificat. vel ab ipſo ſonitu.

Bombus apum. Varro 3 de Re ruſt. cap. 16. Ex apibus conieciuram capiunt, ſi intus factunt bombum.

Raucus bombus. Lucret. lib. 4.

Rauciſonus. Caual. in Argonaut. 59.

Bombizo (βομβίζω) Eſt ſonus apum, ab ipſo ſonitu dictus, vt mugitus, boum: hinnitus, equorum. Feſtus.

Bombyllis, Vide in BOMBYX.

Bombyllius (βομβύλιος) Apum quoddam genus obſtreperum, à bombo quem edit appellatum, ingens quidem, ſed ad mellificium inutile, ſuos ſibi nectre ſtolo. Hinc Bombylius homo, prouectbo dicitur verboſus, multique ſtrepitus, cæterũ inutilis. Meminit Erafm. ¶ Eſt & Bombylius, anguſtum poculum, inter poiandum bombylans, vt ex Antiſthene refert Pollux lib. 6.

Bombyx, bombycis, penult. prod. maſc. gen. (βόμβυξ) Animal ex inſectorum genere. Plin. libro 11. cap. 23. Quarum inter hæc genus eſt bombycum, in Aſſyria proueniens, mauis quam ſuprà dicta. Nidos luto fingunt, ſalis ſpecie, applicatos lapidi, tanta duntaxa, vt ſpiculis perforari vix poſſint. In iis & ceras largiuntquam apes faciunt, dendo maiorem vermiculum. Et alia horum origo è grandiore vermiculo, gemma prorendens, ſui generis cornua. Hi eruce ſunt. Fit deinde quod vocatur bombylis, ex ea neeydalus, ex hoc in ſex mensibus bombyx. Telas arancorum modo texunt ad veſtem luxúmque fœmibarum, quæ bombycina appellatur. Prima eas redordiri, rurſuſque texere inuẽnit in Ceo muher Pamphila Latoi filia, non fraudanda gloria exegnaræ artitutis, vedenudet ſœminas veſtis. Marcialis lib. 8. in Panlum de Thiſtla,

Nec vaga tam tenui diſcurſus atanea tela,
Tam leue nec bombyx pendulus vrget opus.

Bumbyx, pro materia illa vide ſunt veſtes bombycinæ, generis eſt fœminini. Vnde apud Plin. lib. 11. cap. 23, titulus eſt, De bombyce Cos. Et ibidem ad finem capitis, Aſſyria tamen bombyce adhuc fœminis cedimus. Quòd ſi pro materia reperiatur in genere maſculino, vel pro veſte ex ea materia, reſpicitur ad vermiculum.

Arabius bombyx. Propert. lib. 2. eleg. 3.

Nec ſiqua Arrabio luces bombyce puella,

Non ſum de nihilo blandus amator ego.

¶ Bõbyces, in longitudinẽ ponũtur ab Ariſtotele οὐκ ἀναντῶν, quas & difficilius dicit inſtari ἀναντῶν δὲ (inquit) μᾶλλον καὶ ἐπὶ τὸ ἄνω τὸν βόμβυκα καὶ ἀναντῶν τοῦτον δὲ τὸν μέσον ἐν ἕκαστον. Calamum quoque huic tibiarum genere idonrum appellat Cpicolaus Theophraſtus. Ex Turnebo.

Bombycinus, pen. cor. (βόμβυκινος.) vt, Veſtis bõbycina apud Plinium. Iuuenal. ſat. 6,

-quarum

Delicias & pannicolus bombycinus veſit.

¶ Bombycina, orum (βόμβυκινα) Veſtes ſunt tenuiſſimæ, ex bõbyce confectæ. Martialis,

Iuminenum lucet ſic per bombycina corpus. Harum etiam meminit Vlp. in l. 23. §. 1. D. de aurro & argento legato.

BOMILCAR, Filius Amilcaris ducis Pœnorum, & ipſe dux, veniens in ſuſpicionem Carthaginenſibus ne & ipſe cũ Agathocle cõſpiraret, in medio foro patibulo ſuffixus eſt: vnde ille magno animo de cruce in Pœnos clamitado, eorum ingratitudinem, atque cruditatẽ tam in patrem ſuum Amilcarem, quàm reliquos duces exprobrando, expiecauit, Trogo Pompeio author lib. 33.

BOMITAE, Oppidi nomen eſt in Amano monte qui Syriam à Cilicia dirimit. Plin. lib. 5. cap. 22.

B O N

BONA dea (θεὸς δὲ ἡύη) quam vererer Faunam ſue Fatuam, ſue Scetam dixere. Hanc Varro ſeripſit ſtatæ pudicitiæ fuiſſe, vt nullus illam dum vixit, præter viri mas viderit, nec nomen eius audierit: propter quod illi in operto ſacrificabant mulieres, & Bonam deam appellabant. Huius Bonæ deæ meminit Cicero pro Milone, & de Aruſp. reſp. item pro Domo ſua.

Bonasus, penult. prod (βόνασος) Fera eſt, quæ (vt ſcribit Ariſtoteles) in monte Meſapo, qui Pæoniæ ac Mœſiæ limes eſt, inuenitur, cuius meminit & Plin. lib. 8. cap. 15. Habet caput taurinum, corpus verò & iubas equilatione tamẽ eorpore eſt quàm bos, ſed pilo molliore quàm iuba equina, & compoſitore. Cæterũ pili tutius corporis flauus, iuba prolixa, & ad oculos vſque demiſſa: cornua adunea, multo ſtercu in ſe curuata & pugnæ inutilia gerit, magnitudine palmari: vocem ſimilem bouis emittit: arcet ſuperiore dentium ordine: cursu fugua habet, & pedes bifideos. Ab Æliano Monops appellatur. Meminit eius & Solinus, qui circa Phrygiam & Lydiam Bonaſum naſci tradit. BONIANUM, oppidum eſt in Sammio, cuius meminit Cicero pro Cluentio.

Bonifacia, Vide BISLTNGVA.

Bonitas, Bonitarius, Vide BONVS.

BONONIA (βονωνία) Gallię togatæ princeps colonia, Felſina vocitata, ſic dicta Italiæ regione, vt tradit Plin. lib. 3. cap. 15. Vulgò Bologne la graſſe.

Bononienſis, & Bononienſe (βονωνιήνσις.) Cicero de Claris Oratoribus, C. Rutilius Bononienſis, is quidem & exercitatus, & naturà volubilis.

BONOVS, Romanorum tyrannus nitrè bibaeitatis, de quo Aurelianus illud celebratur, Non vt viuerer illum eſſe natum, ſed vt bibere. Hic quãrunlibet bibiſſet, ſemper ſecurus erat & fobrius, & nunquam non vno prudentior, & quantum bibuſſet, tantundem reddebat veſica ad æquilibrium. Hunc ad laqueum quum coegiſſet Probus imperator, iactatum eſt militari ioco, Amplioram pendere non hominem. Vide Cæl. Rhodig. lib. 29. cap. 1.

BONUS (ἀγαθὸς καὶ ἐσθλὸς) adiectiuum, contrarium eſt Malo. comparatium habet Melior & ſuperlatiuum, Optimus. Terent. And. 5. 4. Bonus hie eſt vir. Idem Adelph. 5. 7, Nihil enim vidi melius, mi pater.

¶ Animus bonus. Plaut. Pſeud. 7, Bonus animus in mala re, dimidium eſt mali.

Bono animo es, vel Bono animo eſto. Vide ANIMVS.

Bono animo tranſramus ad oppugnandam Carthaginem. Liu. 6. bel. Pun.

Bono animo eſſe iubere. Liu. 5. bel. Pun. Sic. Cic. ad de Diuin. Bono animo te iuſſiſſe eſſe. &c.

Bono animo aliquid facere aut dicere, eſt quod vulgò dicimus, *Facere aut dicere bona intentione.*

Animo meliore aliquid ferre. Ouid. 9. Metam.

Accuſatior melior. Cic. 3. Verr. Forſitan meliores illi accuſatores habendiſſue qui hæc omnia feerunt.

Ædes bonæ, pro nouis, & integris, Plaut. Moſtel. 3. Item Boni poſtes, Ibidem. 10,

Æras bona. Varro 2. de Re ruſt. cap. 6. Primùm videndum, vt maes fœminaſq; bona ætate ſumat, quique vt quàm diutiſſimè fructum ferre poſſit, &c.

Melior ager. Terent. Heaut. 1. 1.

Anima melior. Virgil. 4. Æneid. Id eſt aptior. Seruius.

Ars bona. Horat. 2. Epiſt. 2.

Et Capysthine nomen Campanæ ducitur vrbi. Vbi Seruius, Iste quidem dicit à Capy dictam esse Campaniam. Sed Liuius vult à locis campestribus dictam, in quibus sita est. Sed constat eam à Tuscis conditam vifo falcoois augurio, qui Tusca lingua Capys dicitur: vnde est nominata Campania. Tuscos autem omnem penè Italiam subiugasse manifestum est.

Litus Campanum. Stat. 3. Sylu. 3.

Morbus Campanus. Horat. 1. Serm. sat. 5. Id est oris feditas aut arrogantia nam Campani qui Osci dicebantur, ob immundi & arrogantes habiti sunt: vnde Oscos dictos putant, quasi obscenos. aut verò dixit Campanum morbum, quia Campani morbum dicuntarum pantuntur. Ex Acrone & Porphyrione.

Supellex Campana. Horat. 1. Serm. sat. 6. Id est (vt exponit Acron) fictilis, vel viminea, quia in Campania erant figlinæ.

¶ Campani, pro Campanum. Antiquum. Plaut. Trinummo,

Credo ego istuc Stasimæ ita esse, fed campâs genus multo Syrorum Iam ante it patientia. Nonius.

Campartius, Vide CAMPVS.

CAMPASPE, Alexandri magni ex concubinis præcipuè dilecta, quam quâ nudam piogi ob admirationem formæ ab Apelle iussisset, cúmque tum pari captú amore fensisset, illi eam dono dedit. Magnus animo, maior impetu fui, nec minor hoc facto, quàm victoria aliquo. Quippe se vicit, nec torum animum fouit, fed etiam affectum donauit artifici. Vide Plio. lib. 35. cap. 10.

Campe, campes, vel campa, campæ (κάμπη) Eruca Latinè, Vermiculus horrentes maximè herbas, & arborum frondes rodens. Columel. lib. 10,

Nec folium teneras audens roedere frondes,

Implicitus concluæ limax, hirsutque campe.

Campe Græcè à flexu dicta est, quia eo arcum arrependo curuatur. Budæus.

¶ Campas, marinos equos Græci à flexu posteriorum partium appellant. Festus.

Campester, Vide CAMPVS.

CAMPHASVS, penult. corr. Proprium nomen equi, de quo Silius Italicus libro 16,

Camphasus, ipse asper, nec qui ceruicis amaret

Applausæ blandos sonitus, clausúmque cruento

Spumeus admorsu gauderet manderе ferrum.

CAMPI Diomedis, dicti sunt qui in diuisione regni cum Dauno Italiæ data, ex effreuit ipsi Diomedi.

CAMPI (κάμπος) Italiæ oppidum est, prope Rauennam, vbi quotaonis forum conficitur, vt author est Strabo lib. 5.

CAMPONI, Populi inter Aquitanicas geotes Plinio commemorant lib. 4. cap. 19.

CAMPSONYSIS, Flumen est in Themiscyræna regioce, propè Hernochos populos, de quo Plin. lib. 6. cap. 4.

CAMPSIANI, Germaniæ populi indigentia laborantes, commemorantur Strabonì his verbis, Sunt ali Germaniæ populi indigentia magis laborantes, Sugambri, Chaubi, Bucteri, Cimbri, Cauci, Caulci, Campsianiq; metrique complures. Hactenus ille lib. 7.

Campsor pecuniarum, à nostris Argentarius dicitur, à Græcis Trapezita. Sipontinus.

Campstazile, de quibus apud Vopiscum fit mentio, dicuntur, qui scelsili tabiarum vtiur canu: fcuipythualitibus quodammodo persuadentes. Author Cæl. Rhod. lib. 12. cap. 15.

CAMPVS LAPIDOSVS (λιθώδης τόπος) Galliæ Narbonensis campus est, centum fere stadiorum diametrum habés, lapidibus, qui singuli manum impleant, plenissimus, fub quibus gramé exoritur, à quo pecoribus pabuli suppeditatur vberras. In medio falsæ fraternæ aquæ, fallisque vis magna. Vniuersa circum adiacens ora ventis exposita est: validissimè autem Melamborij veuti procellis infestatur, quo saxa ipsa volui tradunturi, hominésque ex eurribus excuti, & vi vcutorum armis vestibisque nudari. Huius rei origioem ad huiusmodi referunt fabulam, Herculem cum Albiooe & Bergione Neptuni filiis pugnãtem, quum deficientibus telis in vite discrimen veniffet, Ioucm patrem orasse vt sibi tela administraret, ftatimque imbrem lapideum ea in loca decidisse, quo gygantes fuerunt interempti. Vide de hoc plura apud Strab. lib. 4.

Campus, campi (πεδίον, ὁμαλὸς τόπος) dictus postea quàm proximas sui periora loca colere coperunt, authore Varrone de Ling. Lat.

Campus, inquit Valla lib. 4, Est planities terræ ampla & grandis: ideóque spatiosæ plateæ, arcaveæ, campi nomen acceperunt. Vnde Romæ campus Martius. Cæs. 3. bel. Ciuilis Sed quum esset vbe bina castra campus, circiter millium passuum fex, Domitius castris Scipionis aciem fuam subiecit.

Vmbrarum campi. Lucan. lib. 7. Id est in quibus errant animæ insepultorum.

Accola campi. Ouid. ad Liuiam,

-& accola campi

Tot dixit siccis verba neque ipsa genis.

Æquor campi. Virg. 7. Æneidos,

Filius ardentes haud secius æquore campi

Exercebat equos.

Æquora camporum patentium. Cic. 1. de Diuinat. Vt enim Ægyptij & Babylonij, in camporum patentium æquoribus habitantes, quum, &c.

Ager campi. Virg. 2. Georgicorum,

-si pinguis agros meabere campi,

Densa fere.

Agger camporum. Stat. 2. Thebaidos,

Quercus erat renerz iamdudum oblita iouentæ

Aggere camporum medio.

Area campi. Ouid. ro. Metamorphoseos,

Collis erat, collémque super planissima campi Area.

Fundamina campi. Claudian. de Rapt. Proserp.

Immensitates camporum. Cic. 2. de Nat. deor. Adde huc foetum gelidas perennitates, immensitatésque camporum.

Limes camporum. Lucan. lib. 6,

-camporum limite paruo

Absimus à vrbis.

Campi medio. Tacit. lib. 1.

Media campi complere. Tacit. in vita Agricol.
In medium campi procedere. Liu. lib. 7. Decad. 4.
Pabula campi. Ouid. in Ibin.
Puluis camporum. Virg. 11. Æneid.
Spatia campi. Virg. 3. Georg.
Iumenta camporum spatia. Cic. 2. de Nat. deor. Totam licet animis tanquam oculis lustrare terram, marisque omnia: cernes iam spatia frugifera atque immensa camporum, &c.
Æquo campo se dare. Virg. 9. Æneidos,
-Teucrûm mirantur inertia corda
Non æquo dare se campo, non obuia ferre
Arma vicos, sed cæstra fouere.
Æstiferi campi. Sil. Ital. lib. 17.
Qualis in æstiferis Garamantum sera venetio
Atrollit campis feruenti pastus arena
Cælia Parethon ui serpens.
Anhelaus fulsure campus. Stat. 11. Thebaidos,
-& anhelantem cælesti fulsure campum.
Aperus campus. Virg. 2. Georgicoeum,
-& campo stetit agmen aperto. Vide APARTO.
Apricus campus. Horat. 1. Carm. ode 8,
-cue apricum
Oderit campum patiens pulueris, atque solis? Vide APRICVS.
Armiger. Stat. lib. 9. Thebaidos,
-armigerum ni protinus improba campum Deseris.
Caligaures. Stat. lib. 1. Thebaid.
Elysius. Virg. 1. Georg.
Euersus, Id est arauus. Valer. 7. Argonaut.
Campus operi facilis. Liu. lib. 1. Decad. 4.
Festiui vbere. Virg. 2. Georg.
Frequens herbis. Virg. 2. Georg.
Frondens. Lucan. lib. 6.
Vngula froudenem discussit cornea campum.
Gramineus. Virg. lib. 5. Æneid.
Herbosus. Horat. 3. Carm. ode 18.
Horrens. Virg. 3. Georgicorum,
Et campum horrentem fractis inuertere glebis.
In immenso campo vagari. Cic. 3. de Orat. In hoc igitur tanto, támque immenso campo quum liceat oratori vagari liberè, &c.
Iners, Putridus & infructifer. Silius libro 13. Sic vocat campum inferni.
Ingens & immensus. Cicero 3. de Orat. Exingenti quodam oratorem, immensoque campo in exiguum sané gyrum compellitis. Vide DIMENSVS.
Irriguus. Lucanus lib. 4.
Lati. Virgil. 1. Georg.
Latus campus acris. Virg. 6. Æneid.
Latus campus aquarum. Ouid. 1. Metam.
Latis currere in campis. Ouid. 2. Metam.
Liberiore campo natare. Ouid. 4 Fastor.
Liquentes campi, pro mari. Virg. 6. Æneid.
Martius. Horat. 4. Carm. ode 1.
Mersus campus cruore. Sil. Ital. lib. 1.
Natantes. Virg. 3. Georg.
Nigeantes pulucre. Sil. Ital. lib. 3.
Nitentes. Virgil. 6. Æneidos,
-campi sque nitentes
Defuper oslentat.
Nudi. Ouid. 3. Trist. eleg. 10.
Optimi & vberes. Cic. 2. Agraria, Agros verò, &c. cum suis optimis atque vberibus campis conferendos scilicet non putabunt.
Patentes. Virg. 4. Æneid.
Paruli. Claudian. 1. de Rap. Proserp.
Pigri. Horat. 1. Carm. ode 22. Id est frigidi, & frigore pigritiem inducentes. Acron.
Pinguis. Virg. 2. Georg.
Planus. Lucret. lib. 3.
Pulsatus assiduis equis. Ouid. 6. Metam.
Putris. Virg. 12. Æneidos,
Quadrupedúmque putrem cursu quatit vngula campum.
Rudis. Virg. 2. Georg.
Sanguineus. Stat. 9. Thebaid.
Segnis. Virg. 1. Georg.
Silentes. Seneca in Herc. furente, to.
Spectabilis vndique. Ouid. 3. Metam.
Spirans tabo. Stat. 12. Thebaid.
Squalentes. Sil. Ital. lib. 3.
Stagnantes. Silius Ital. lib. 3.
Tauriferi. Lucanus lib. 1.
Tenuis. Ouid. 2. Trist.
Torrentes sanguine. Stat. 2. Sylu.
Turpis sine gramine. Ouid. 3. de Arte amandi.
Vasti. Virg. 3. Æneid. Id est, vastati, aut magni, inquit Seruius.
Vberes. Vide paulo antè Optimi, &c.
Vdi. Silius Ital. lib. 8.
Venalis. Lucan. lib. 1. Vcualem appellat, campum Martium, in quo suffragia vendebantur.
Vireutes. Horat. 2. Carm. ode 5,
Circa virentes est animus tuæ
Campos iuuenæ.
Vmdus. Virgil. 3. Georg.
¶ Atare campum. Ouid. 2. Trisium,
-tenuis mihi campus aratur.
Aspirare in campum. In ASPIRO.
Atollere campum pulucre. Stat. 4. Thebaid.
Circunferre campo lumina. Silius Ital. lib. 17.

Circunuolare campum iaculo. Sil. Ital. lib. 17,
-& iaculo circunuolat alite campum.
Campum colligere. Vegetius libro 3. de Re militari, Prior ergo de cæsis hostibus spolia capiat, & (quod ipsi dicunt) colligat campum. Budæus.
Loca camporum cursu complere. Lucret. lib. 2.
Conferre se in campum. In CONFERO.
Consternere campos milite. Sil. Ital. lib. 1.
Corripere. Virg. 3. Georgicorum,
Nónne vides quum præcipiti certamine campum
Corripuere?
Credere campo aciem. Virg. 9 Æneidos,
Neu struere auderent acies, neu credere campo.
Currere in. Horat. 1. Serm. sat. 1.
Dare & Silius lib. 13. Videtur posse non incommodè pro eo accipi quod ducere solemus, stu arenam defcendere.
Decedere campis. Virg. 4. Georg.
Dissugere. Virg. 10. Æneidos,
-omnis campi dissugit arator.
Durescit situ. Virg. 1. Georgicorum,
Et segnem patiere situ durescere campum.
Errare. Virg. 3. Georg.
Explicat campos tellus effusa. Lucan. lib. 4.
Extendere. Ouid. 1. Metam.
Campis exutus Mithridates. Tacitus lib. 12.
Campis ferri. Quintil. lib. 5. cap. 14.
Flauescit campus arista. Virg. 4. eclog.
Fulcare corpora campo. Ouid. 1. de Arte amandi.
Campus habet insidias. Martial. lib. 12. epigr. 14. ad Priscum.
Hiscunt campi. Stat. 9. Thebaid.
Campus iacet in medio. In IACEO.
Iacere toto campo. Seneca in Troade. 6.
Iacet tantum campi. Virg. 3. Georgicorum,
-loque pecus longa in defessa sine vllis
Hospitiur: tantum campi iacet. Id est inculcum remanet.
Incedere campi. Silius lib. 17.
Indulgere campo. Persius satyra 5,
Hic campo indulge, hunc alea decoquit, ille
In venerem putris.
Inferre se campo. Virg. 9. Æneid.
Inire campum. Stat. 11. Thebaidos,
Talis init campum.
Instruere per campos certamina belli. Lucret. lib. 2.
Insurgunt campis tenebræ. Virg. 9. Æneid.
Inuniare campos dicitur exercitus. Silius Ital. 15.
Lacessere. Stat. 12. Thebaid.
Liquantur. Catullus epigramm. 43.
Lustrare oculis. Lucan. lib. 7.
Erlustrare oculis campos sub clade latentes.
Mittere campum pulucre. Virg. 12. Æneid.
Obstruere. Lucanus lib. 2.
Parare ad certamen. Virg. 12. Æncid.
Patriæ lumine. Virg. 1. Georg.
Per campos pascuntur equi. Virg. 6. Æneid.
Peragrare. Cic. 1. de Diuinat. Arabes autem & Phryges, & Cilices, quòd pastu pecudum maxime vtuntur, campos & montes hyeme & æstate peragrantes, &c.
Perlabi campum. Sil. lib. 16.
Perlustrare oculis. Silius lib. 7.
Persultat campos exercitus. Tacit. lib. 11, Casus Mithridati datus est occupandi Armeniam vi multis Romani ad excidenda castellorum ardua, simul Hybero exercitu campos persultante.
Pinguescunt. Virg. 2. Georg. corum,
-& latos Æmi pinguescere campos.
Proscindere ferro. Ouid. 7. Metam.
Quarere. Virg. 11. Æneid.
Rapere. Stat. 5. Thebaid.
Recumbere. Virg. 2. Georg.
Redeunt campi gramina. Horat. 4. Carm. ode 7.
Redundare campis. Lucret. lib. 6.
Refluit campis Nilus. Virg. 9. Æneidos,
-aut pingui flumine Nilus
Quum refluit campis.
Relaxare. Silius Ital. lib. 7.
Renouare aratris. Ouid. 1. Amorum, eleg. 3.
Serere hordea. Virg. 1. Georg.
Strepit omnis murmure campus. Virg. 6. Æneid.
Tenere late campos. Virg. 2. Georg.
Tendere campum dicuntur equi. Virg. 3. Æneidos,
-equos in gramine vidi
Tondentes campum late
Transmittere cursu. Virg. 4. Æneid.
Tremiscunt tonitru. Virg. 4. Æneid.
Vellere campos lumine dicitur æther. Virg. 6. Æneidos,
Largior hic campos æther, & lumine vellit Purpureo.
Vellitsi gramine. Claudian. de Rapt. Proserp.
¶ Campus, pro comitiis. Cic. 3. de Orat. Grauis est modus in ornatu orationis, & sæpe sumēdus, ex quo genere hæc sunt, stattem belli esse communem, Ceterem pro frugibus, Liberum appellare pro vino, Neptunum pro mari, curiam pro Senatu, campum pro comitiis, togam pro pace, arma actela pro bello.
¶ Campus, Res quælibet in qua quis studium habet. vt Campus rheturum, Cic. 1. Offic. Hinc rhetorum campus de Marathone, Salamine, &c. Idem latissimum dicendi campū alio loco dixit, pro vbertate materiæ quam vocant.
Expositionis campum nancisci. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Magnus campus ad laudem. Cic. 14. Philipp. Magnus est in Rep. campus, vt sapienter dicere solebat Crassus, multis apertus cursus ad laudem.

Magnum campum habet curfus animi. Cic. Attico, lib. 5. Non habeat satis magnum campum ille ubi non ignotus cursus animi & industriæ mez.

Dare campum. Cic. pro Murena, Nullum enim vobis fors campum dedit, in quo excurrere virtus, cognoscique posset.

Exulare in campo; & in angustias compelli dicitur Oratio. Cic. 4. Academ.

Profternitur campus & materies ruis laudibus. In prostrand.

Campester; campestris, & hoc campestre; & hic & hæc campestris, & hoc campestre (πεδινὸς) Quod ad campos attinet, velin medis campis iacet: vt locus campestris. Cæsar 7. belli Gallici. Varro de Re ruftica, lib. 1. cap. 4. ad finem, Campester lotus is melior, qui totus aquabiliter iit vnam partem vergit, quam is qui est ad bellum æquus.

Campestris ager. Liuius 4. ab Vrbe, Vulturnum Hetruscorum vrbem, quæ nunc Capua est, ab Samnitibus captam: Capuamque ab dute eorum Capye, vel (quod propius vero est) a campestri agro appellatam.

Arma campestria. Horat. de Arte poetica,

Ludere qui nescit, campestribus abstinet armis.

Fraxinus, Quæ in campo crescit, non in montibus. Plin. lib. 16. cap. 13. Campestrem enim esse crispamem montanam, spissiam.

Iter. Cæsar 1. bel. Civil. Verequi dem suis renuntiat, quinque millia passuum proxima interedere itineris campestris.

Ludus, Qui in campo fit. Cic. pro Cælio, Vt exercitatione, ludoq; campestri nunquam vteremur.

Prælia Horat. 1. epist. 19.

Scythæ, Qui in campis sine tectis sub tentoriis viuunt. Horatius 3. Carm. ode 24,

Campestres melius Scythæ,

Quorum plaustra, &c.

Campestre, campestris, substantiuum (πεδίον) Genitalium succinctorium, quo in gymnasiis & palestris, hoc est in campis vtebantur. Horat. lib. 1. epist. 10,

Incolumi Rhodos & Mitylene pulchra facit, quod

Penula solstitio, campestre nualibus auris.

Campestres, Custos exercitore camporum. Valla lib. 3, Caprarius. Inquit, Saltuarius, Camparius, Horrearius, Classiarius: custos exercitore caprarum, saltus, campi, &c.

Camuli, cami, Potionis genus apud Vipian. in l. 9. D. de tritic. vin. & oleo leg. quod cuiusmodi sit parum constat.

Camurus, adiect. (καμπύλος) Helius, Camura, & camuri boues, a curuatione, vt Græco καμπὴ dicuntur. Virg. 3. Georgicorum,

Et camuris hiræ sub cornibus antes.

Camuris (ait Macrob. lib. 6. Saturn. cap. 4.) peregrinum verbum est, id est, in sredeuntibus. Et forte non quoque hac ratione tamerum figuramus. Hactenus ille. Hinc vellaers nostet fermo fluxisse videtur, quum camurum profimo appellamus, Camur.

Camus, cami (κάμος) Genus vinculi apud Græcos. Plaut. Casin. 8,

Deos quæso, vt quidem hodie camum & furcam seras.

A

Cana, a Strabone lib. 13. Promontorium quod contra Lectum consurgens, Adramyteneum sinum efficit, cuius pars est Elaiticus. Sunt & Canæ eidem. Liberorum oppidum situm in agro Canzo.

Cana (κανὰ) dicunt Græci, nos canistra, & per diminutionem canistrula, hetlus.

Canabel, Serapioni medico terra rit renuissimo fabulo persimilis, quæ, vt ipse ait, vna cum pluuia è cælo decidit, cuius non modo apud Arabes ad interaeorum vineas accandas, verum & ad fictilia fracta conglutinada inerebum vius. Proinde haud dubie halluciuati deprehendantur, qui Canabel Serapionis semen sanctum interpretarunt, quum longè admodum hæc inter se differeant. Vide Matthiol. in Dioscorid. lib. 3. cap. 54.

Canabla (κανάβλα) Calcerum muliebrium species Pollux libro 7. cap. 22.

Canabus, exile lignum est, pileorum texrinæ accommodum. Vnde & qui sunt macie prætenues Canabi a Græcis vocantur, vt scribit Pollux: & poeta Sannyrion, quod macie essent attenuati, ita cognominatus est. Ceste Cæl. Rhod. lib. 8. cap. vlt.

Canacapon. cor. (κανακάπη) Macares foror. Æoli filiarde qua Ouid. scribit lib. 18. Trist.

Canachvs (κανηφὸς) Insignis statuarius fuit, qui Apollinem nudum, Philesium cognominatum in Didymæo, Ægineatica arte temperatura effinxit: cui quum vna ita vestigijs suis conditi, vt linum subter pedes trahaturi, alterno morsu digitos caleosque rimenembus solum, ita vertebrato dente vtrisque in partibus, vt a repulsa per vices resiliat. Author Plin. lib. 34. cap. 8.

Canalis, huius canalis, pen. prod. m. & fœm. gen. (σωλὴν.) Festus, Canales per quos aqua confluit in vas lapide stratus.

Canales structiles, Structura & fabrica constantes; quales hodie Romæ semiruti visuntur. Vitruuius lib. 8. cap. 7, Ductus autem aquæ fiunt generibus tribus, riuis per canales structiles, aut fistulis plumbeis seu tubulis fictilibus. Aquæductus vocabant Romani, hunc præsti aquæductum.

Canalis, a canna fluuia detracta litera, Lignum ad cannæ similitudinem canum, per quod aqua deducitur. Colum. lib. 12. cap. 50, Oleo autem conficiendo molæ vnliores sunt, quam trapetum: trapetum, quam canalis & solea.

Arund-ori. Virg. 4. Georgicorum.

Mellaque arundinesis inferre canalibus vtrò Hortantem.

Demer sus. Stat. 1. Sylu.

Iligni. Virgilius tertio Georgicorum. Id est facti ex ilice, inquit Seruius.

Vt Canalis, quo cura & fembra continentur fracta. Quo pacto attem confimatur vide apud Cels. lib. 8. cap. 10. de eruum & femorum curatione.

Canaliculus, pen. corr. Diminutiuum (σωλάριον.) Columel. lib. 8. cap. 16, Nam largiore cibo celerius pinguescit, semper tamen etiam canaliculi multo repleti apponuntur, quæ est firmissima esca.

Canaliculus columnarum. Vitruu. lib. 7.

Canaliculus Celso lib. 8. cap. 24. quo digitus fractus coutiuetur, vt canalis in maore membro fracto.

Canaliculæ, canaliculæ, Idem (σωλάριον.) Gellius lib. 17. cap. 11, Ipsum autem Erasistratum dicere duas esse quasi canaliculas quibdam vel fistulas, easque ab oris faucibus proficisci deorsum, per earumque alteram deduci delabique in stomachum esculenta omnia & poculenta.

Canaliculæ, Forenses homines pauperes dicti, quòd circa canales fori consisterent. Festus.

Canaliculatus, pen. prod. (σωλαρίζων) Adiectiuum, In modum canalis factus: vel qui canalis formam habet. vt Semina canaliculata, solium canaliculatum. Plinius lib. 37. cap. 9, Est autem singularis atque non frutiosa, breuior mollitieque, & denfior, foliis ad radicem canaliculatis.

Canalitius, Adiectiuum (σωλίτιος) vt, Canalitium aurum, quod puteis fodituv, quòd venarum canales per faxa vagentur huc atque illuc; & per latera puteorum. Plin. lib. 33. cap. 4, Quod puteis foditur, canalitium vocanealij canalienle. m ar mores glarez inharens.

Canan, dicta est Arabia, a Cham, qui in ea ædificit, a qua Canaan. Hæc fuit prima gens quæ Deum ignorauit: quæ principes eius & códitor cultum a patre non accepit, maledictus ab eo. Itaque ignorantiam diuinitatis minoribus reliquit.

Canaanæa (χαναναία) Syriæ regio, a Canaam filio Cam, qui eam regionem, quæ nunc Iudæa nuncupatur, inhabitans, a se Canaanam nuncupauit.

Canaanitis, idis (χαναανῖτις) pen. corr. Possessium est patronymicel fœminini forma, deductum a nomine Canaan, vt Regio Canaanitis.

Canaria (κανάρια) Vnaex insulis fortunatis, ita vocitata a canum multitudine ingenti magnitudinis. Plin. lib. 6. cap. 32. Ab Canaria vocant. Vide Fortunatæ insulæ.

Canaria, Herba est, quam vernacula lingua etiam Herbam canis vocamus, quòd canes zgroti ea præsentem vomitum eliciant. Plin. lib. 25. cap. 8, Inuencum & canes canarium, qui a fastidium deducunt, eamque in nostro conspectu mandunt: sed ita, vt nunquam intelligatur quæ sit. eremm depasta cernitur. Ruellius humilem esse herbulam ofteudit, foliis tenuei multo minoribus, calamulo tenui, geniculis pyxidatius coharebibus articulato, internodijs tibiarum modo in fi nferedis, quæ tæda sint ex vaginulis tenuius, cuiusdam spicæ loco paunicalum habent, denique folio & culmo triturum, carumine arundinem imitans.

Canarii (κανάριοι) Aphricæ populi sunt circa Atlantem, habitantes in salibus plenis elephantorum, seraum, & serpentum: ita dicti, quòd canum victus ipsis promiscuus sit. Vide Plin. lib. 5. cap. 1.

Canarius, Vide canis.

Canas, Oppidum Lyciæ regionis Asiaticæ. Lycia quondam (inquit Plin. lib. 5. cap. 27) ex oppida habuit, nunc xxxv habet. Ex his celeberrima præter supradicta, Canas, &c.

Canastraevm, Macedoniæ promontorium, in Thermaico sinu: dicente Plin. lib. 4. cap. 10, In Thermaico sinu oppida Dicæa, Pydna, Derra, Scione, promontorium Canastræum. Nunc vulgò dicitur Cassifra. teste Oliuario in Melam.

Canatha, Oppidum est in Decapolitana regione, quæ Syriæ iungitur. Plin. lib. 5. cap. 18.

Canathra (κάνθαρα) Gryppum imagines ac tragelaphorum lignez, quibus insidentes puellæ circumferebantur in spectaculis, vt Xenophon indicat, & Plutarch. exponit.

Canata, Pulpa & caro canis marini, eiusque salsamentum. Plautus apud Festum,

Muriaticum autem video in vasis stannels,

Naricam bonam, & canatam, & comiquinda,

Partas & conchas piscinarias. Et Turnebo.

Cancamo (σφύριγγα) Herba est Galeni, Dioscoridi & Plinio Cacalia dicitur, & Leoniceo. Vide Ruell. lib. 3. cap. 128.

Cancamum (σφύριγμα) Arabiet ligni lacryma est, myrrhæ quodammodo similis, viroli gustu, quam ad fuffimenta vsurpant. Vestes eo, additis styrace & myrrha, fuffuntur. Officinæ Lacca appellant. Vires eius & naturam vide latius apud Dioscor. lib. 1. cap. 23.

Cancellarius (γραμματικὸς) Idem, vt doctiores exstimant, qui Actuarius: inde ducto nomine, quòd eius officium, id est cellula in qua scribere consueuit, cancellis munita fit. Nam quum eius officium libellis fuæ charulis sit referrum, & frequentes habeat interuentores, neque ab illorum colloquio prohibeatur, & ab amittendarum chartarum periculo absit. Huius rei cóiecturam adiuuat insequto quædam marmorea peruetusta, quam Romæ reperiam esse dinut. Ex authoritate Tuti Aproniani v. c. præfecti vibis. Ratio docuit vtdatur fuadentia doce dimieandi summota, sub ea agio potus pecora vendere, quidam digitos coniudentibus trahere, vt appendo pecore, capite, pedibus, & feud lactante, & subgulari lano eedentibus, reliqua caro eum pelle & interaneis proficiat venditori sub conspectu publico fide ponderis compobita, vt quantum caro occiti peccatis appendat & emptor norit, & venditor commodis omnibus & præda damnata, quam Tribunus officium, cancellarius & scriba de pecuriis capere consueuerunt, quæ forma interdicti & dispositionis sub gladij periculo perpetuò cuftodienda mandatur. Extat & apud Flau. Vopisc. in Carini vita, mentio de Cancellario Amicos inquit optimos quosque reliquæ pessimum quæ elegit aut tenuit. Præfectum vrbi vnum ex cancellariis suis fecit, qua fendius nec cogniri potuit aliquando, nec dici. Quanquè Hotomanus vir iudicijsum mediocris, Ancillariis potius legendum puter, quo nomine Vopiscus

interdum vtitur, ignocinij ac libidinis minis tros significas. ¶ Tarnes bus Cancellarius dici putat, qui preces suppliceſque libellos omnium que ſcripta, quibus princeps ſubſcribere nolebat, cancellabat, id eſt duchs cancellarijs lineis vtrinbant & inducebant, fortaſſe à notarijs rum numero. Cancellarij autem non erant eius ordinis & dignitatis, vt ad præfecturam vibis vocari ſolerent: quam tamen vni manduli Cariuus imperator, frementibus omnibus ob indignitatem rei. Nam ſenatori alteri aut illuſtri, ſuo comiti tantum mandare honorem debuerat. Hodie in maximum togatorum faſtigium euecti ſunt Cancellarij, & apud reges ſecundas ferè tenent.

Cancelli, vt Galen. lib. 3. de alim. facultat. ſcribit, animalcula ſunt per exiguis cancris ſimilia, colore ſuaue. Æhanus verò lib. 13. cap. 49. de Cicadis ita inquit. A conchis quidem inopes, & nudi primùm Cancelli naſcuntur, deinde eas tanquam domicilia ad habitandum deligunt. Quum enim vacuas & inanes offenderunt conchulas purpuræ aut turbinis, primò intra eas ingrediuntur: deinde quum in amplioremmagnitudinem excreuerunt, quàm vt iis capi queant, in reſtam laxiorem, tanquam ad alteram demigrant: neque modo an ſuprà dictorum omnibus immigrant, ſed & in permultas alias capaciores tranſeunt, & amplioremnachſca tanquam maiore domicilio gaudent, ac ſepe de ſpoliis multo certamine inter ſe contendunt, virbuſque ingiore repulſo, victor eas ruas ſibi queritur. Hactenus Æ lianus. eui in omnibus ſubſcribo Plin. lib. 9. cap. 31. & 41. Quin & horum naturam & ſpecies in Inſtitute deſcribit Ariſtoteles, lib. 4. cap. 4. de biſtor. animal. Sunt tamen qui Cancellos à Squillis haud differre exiſtiment, ſed falluntur, vt videre poteris ex ſupra ſcriptorum authorum lectione.

Cancelli, cancellorum ſ. *cancellus, diminutiuum* ¶ pbr diminutionem vocantur, hoc eſt ſpuria & abſit materia in tranſitu ſum compacta, ad ſimilitudinem retis factum: quòd frequentia foramina habeat, qualia ſunt quæ in corpore eſticit cancer morbus. Hæc Sipontinus. Cic. pro Seſtio, Tantus eſt ex omnibus ſpectaculis vſque à Capitolio, tantus ex fori cancellis plauſus excitatus, &c.

Circundati cancelli hortus improbo. Cic. 5. Verr. Sauſſne vobis Prætori improbo circundati cancelli videntur in ſua prouincia, imò verò in ſella ac tribunali: vt aut de ſuo capite iudicium fieri putauit præſens, ac ſedens: aut confiteatur ſe omnibus iudicijs conuinci neceſſe eſſe. Id eſt, Sauſſne teneri vobis videtur, neque elabi poſſe, quia alterutrum faretur. Tranſlatio ſumpta eſt à beſtijs, quæ ſepta & cancellis continentur, vt effugere non poſſint.

Cancellis circunſcripta ſcientia. Cic. 1. de Orat. Nam ſiquis erit qui hoc dicat, eſſe quaſdam oratorum propias ſententias, atque cauſas, & certarum rerum forenſibus cancellis circunſcriptam ſcientiam.

Cancellos ſibi circundare. Cic. pro Quintio, Sit me facilè vefira existimatione reuocabitis, ſi extra hos cancellos egredi conabor, quos mihi ipſe circundedi. Id eſt, extra id digrediar quod diſtorum me propoſui. Budæus.

Cancelli, cancellare. Columel. lib. 4. cap. 2. de vite loquens, Hæc autem quæ toto proſtrata corpore quum inferius ſolum quaſi cancellatim atque irretiuit, cauem facit, & plurimas radicibus inter ſe connexis angitur, nec aliter quàm ſi multis palmitibus grauata, ſtet.

Cancellare teſtis elephantorum. Plin. lib. 8. cap. 10.

Cancellatus brachiorum implexus. Plin. lib. 9. cap. 51. Polypus fœmina, modo in ouis fœdet, modo cauernam cancellato brachiorum impletu claudit.

¶ Cancellare teſtamentum, pro delere. Vlpianus. D. de iis quæ in teſtamento delentur, l. 2. Cancellauerat quis teſtamentum, vel induxerat, etſi propter vnum hæredem facere dixerat, id poſtea teſtamentum ſignatum eſt. Quæ burus & virbus teſtamenti, deque portione eius, propter quem ſe cancellaſſe dixerat.

Tabulæ cancellatæ. Paul. in l. Fullo. D. de fur.

Cancellatim pen. prod. Aduet bium, Ad ſpeciem cancellorum. Plin. lib. 7. cap. 20. Illumque eius milium magni Pompeij, & rectos & tranſuerſos cancellatim toto corpore bubuſſe netuos, in brachiis etiam, manubiſque, auctor eſt Varro, &c.

Cancellatum reticulata. Plin. lib. 9. cap. 33.

Cæcellatim morda aſperitas. Plin. lib. 11. cap. 37. Terreſtrium alitis venter denticulatæ aſperitatis, alitis cancellatim mordacis. Dicitur ventriculus cancellatim mordax: quòd villos habet obliquos, rectos & tranſuerſos, quibus ceu per cancellos quoſdam cibum attrahit, retinet & conficit.

¶ Cancri dicebatur ab antiquis, qui nunc per diminutionem cancelli. Feſtus.

¶ Cancros Orei, dixit Apuleius pro faucibus & tenacibus ſtationibus, quaſi cancellos.

Canchrys, idis (*κάγχρυς*) Libanotidis fœcundæ ſemen eſt Dioſcoridi lib. 3. cap. 70.

Cancer, cancri, m. g. (*καρκίνος*) Genus piſcis, quod à Græcis, & Galeno, inter oſtracoderma numeratur, hoc eſt quæ teuiori teſta induuntur. Cancrorum autem genera vide apud Plin. lib. 9. cap. 31.

Littorcus. Ouid. 15. Metam.

Rubentes. Virg. 4. Georg. -nèue rubentes Ve foco cancros. Rubères autem quum vruntur: non quia per naturam ſint huius coloris. Seruius.

¶ Cancer, Signum cæleſte. Plin. lib. 18. cap. 25. Solſtitium cancri. Bracbia Cancri. Ouid. 4. Metamorphoſeos,

Ter gelidas Arctos, ter Cancri brachia vidit.

Oëtipes. Ouid. 1. Faſt.

Sydus Cancri. Virg. 1. eclog.

Æthiopum verſemus oues ſub ſydere Cancri.

Calens. Claud. 6. Epigram.

Collucens. Cic. in Arat. -& claro collucens lumine Cancer.

Curuans brachia. Ouid. 2. Metamorphoſeos,

-atque alter curuantem brachia Cancrum,

Rapidus. Stat. 4. Thebaid.

Sydus Libræ Cancer. Sence. in Here. Oeth.

Torrens. Lucan. lib. 8.

Rubeſcens ſigna Cancri. Ouid. 6 Faſt.

¶ Cancer, cancris, tertiæ declinationis, pro ſigno cæleſti. Lucret. libro 5.

Cancris vt verear metas ad ſolſtitiales.

¶ Cancer, maſcul. gen. (*καρκίνος*) pro quodam morbi genere. Ouid. lib. 2. Metamorphoſeos.

Vrique malum late ſolet immedicabile cancer.

Serpere, & illæſas vitiatis addere partes. Quo in loco MALVM IMMEDICABILE per appoſitionem intelligendum eſt. Naſcitur hic morbus ex humore melancholico in illo homine, ita ferè in omnibus corporis partibus: ſed maximè in mamillis mulierum, quæ non purgantur menſtruo naturali.

Obſiſtere cancro, & Occupari cancro. Cel. lib. 8. cap. 10.

CANCHRES, Arabicè populi, apud Plin. lib. 5. capite 9.

CANDACE, per cont. C. Hiopum regina, de qua Strabo, Candace per noſtra tempora Æthiopibus imperauit, virilis ſanè mulier, ſed al tero oculo capta. Hæc ille libro 17. & Plin. lib. 6. cap. 29. Dicitur & Candax.

CANDARA (*κάνδαρα*) Paphlagoniæ oppidum, tribus ſchœnis à Gangris diſtans, & Tharbæo cognato Gentile eſt Candarenus.

CANDARI, Promontorium eſt in Coo inſula. Author Strab. lib. 14.

CANDAVIAE, Montes ſunt in Macedonia, de quibus Plin. lib. 4 cap. 23. ¶ Straboni tamen lib. 7. Candauia mons eſt Illyrici, qui Macedoniam Illyricumque diſterminat.

CANDAVLES (*κανδαύλης*) quem Græci Myrſilum nominant, Herodoto circa initium libri primi, Sardium ſatis tyrannus, ab Alcæo Hercules filio oriundus. Is vxorem adeò amabat, vt eam præ amore abſtinere cur omnium fœminarum eſſe pulcherrimã. Hoc ita eſſe ſibi perſuadens, apud Gygem Daſcyli filiũ ſibi acceptiſſimũ, ſpeciem vxoris ſuprà modum extollebat: tandémq; nudam eam Gygi conſpiciendã propoſuit. Quare ab vxore & Gyge interemptus. Vide Iuſtinum lib. 1.

Candaulus (*κανδαυλος*) Obſoni genus fuit ex carne elixa, panẽ, & ſaſeo Phrygio, cum anetho & pinguj zure. Vide Rhodig. lib. 20. capite 14.

CANDAXE candaci, penult. corr. in CANDACE.

CANDEBROE, Palus eſt in radicibus Carmeli montis: de qua ſic Plinius ſcribit lib. 36. cap. 26. Pars eſt Syriæ, quæ Phœnice vocatur, finitima Iudææ, intra montis Carmeli radices paludem habens, quæ vocatur Candebœa. Ex ea creditur naſci Belus amnis, &c.

Candefacio. Vide CANDEO.

CANDERI, Arabici ſinus populi, quos Ophiophagos ob id vocant, quòd ſerpentibus veſci ſint ſoliti. Author Plin. lib. 6. cap. 29. & Pomponius Mela lib. 3. in deſcriptione ſinus Arabici.

Candela, candelæ. penul. prod. (*κανδήλα*) à candore luminis. Plin. lib. 13. cap. 13. Lapidem fuiſſe quadratum circiter in medio, arctè vinctum candelis quoquò verſus. Loquitur de lapide in quo repertæ ſunt libri Numæ. Hermolaus, Candelæ ſunt quibus quæcunque condiuntur materiæ, ſcirpis, tædis, ſeuo, cera: vti mirum ne ſit, libros Numæ candelis inuolutos tradi. Iuuen. ſat. 3.

-vel breue lumen

Candelæ cuius diſpenſo & tempero ſilum.

Candelam apponere valuis. Iuuen. ſat. 9.

Candelas febare. Colum. lib. 2. cap. 22. Feriis autem eitus maiorum etiam illa permitti, far pinſere, faces incidere, candelas febare.

Candelabrum, penult. prod. (*κανδήλαβρον*) dicitur quòd in eo candelæ figantur, authore Feſto. Varro 4 de lingua Lat. Candelabrum à candelabris hi enim funeſti ardentes ſigebantur. Martialis de candelabro Corinthio, lib. 14.

Nomina candelæ nobis antiqua dederunt:

Nè norat parcos vncta lucerna patres. Cic. 4. Verr. Vnde quanquagintia triclinium lectos, vnde tot candelabra?

Dionyſius tyrannus tamen, non noſtam diutem totius anni tradere, in Prytaneo Tarentino ſitit candelabrum, in quo tot ſuccendebãtur lychni, quot anni dies erant. Notat id Alex. ab Alex. lib. 1. c. 14. Æneæ candelabra. Cic. 6. Verr. Iam verò lectos 2 rationes & candelabra 2 nota, num cui præter illum Syracuſij per triennium facta eſſe exiſtimatis?

Humile. Quintil. lib. 6. cap. 3.

¶ Candelabrus, maſculino genere, antiquit. Cæcil. Meretrices, Memini ibi candelabrum lignum ardentem. Ex Nonio.

Candeo, candes, candui (*κανδαίνω*) candere, eſt propriè candidum eſſe. Virg. lib. 4. Æneidos,

Candenuis vaccæ medijs inter cornua ſundit.

Atrum & candens opponuntur. Ouid. 11. Metamorphoſeos,

Candida de nigris, & de candentibus atra.

Candens color. Plin. lib. 2. cap. 18.

Corpus. Virg. 9. Æneidos,

-aut candens corpore cygnum

Suſtulit alta petens, pedibus Iouis armiger vncis.

Ebur candet. Catull.

Elephantus candens. Virg. 6. Æneidos,

Altera candenti perfecta nitens elephanto. Id eſt ebore.

Candentes equi. Claudian. 1. Panegy.

Lana. Catull.

Marmor. Lucret. lib. 2.

Taurus. Virg. 5. Æneid.

¶ Candere (*καίεσθαι*) Ignium eſſe. Nam tunc vere ignita dicitur quæcunque materia, quum non tubet, ſed tam candet. Cic. 2. Offic. de Dionyſio tyranno, Qui cultros metuens tonſorios candente carbone ſibi aduebat capillum?

Aer candet. Ouid. 1. Meram.

Æſtas. Lucan. lib. 1.

Axis. Ouid. 2. Metamorphoſeos,

Vixque ſuis humeris candentem ſuſtinet axem.

Chalybs.

Chalybs. Sil.lib. 1, Non ignes, candensque chalybs.
Cinis. Ouid. 2. de Arte amandi, -fummo candescit igne cinis.
Fauilla. Virg. 3. Æneid.
Ferrum. Lucret. lib. 6.
Lamina. Ouid. 9. Metam.
Lilia. Claud. epig. 22.
Lumen Solis. Lucret. lib. 6.
Candescunt Phœbus, Sol ardentior. Valer. lib. 3.
Pruinæ candentes. Claud. de Nupt. Honorij.
¶ Vestis tincta cocco candescit. Horat. 2. Serm. 6. fat. Id est splendet.
Virgo candens. Cic. in Arat. De sydere.
Felle candente riscera. Claud. 8. Paneg.

Candefco, candefcis (πυρσοῦμαι) candefcere, Ignescere. Ouid. 2. Metamorphoseos,
-curréque suos candescere sentit.
¶ Candescere (λαμπρύνομαι) Album fieri. Tibol. lib. 2. eleg. 10.
Aer candescit. Ouid. 6. Metam.

Candor, candoris, pen. prod. (λαμπρότης, φέγγος) Splẽdor. Plaut. Menæch.
O, solem vides: statim vt occaecatus est præ huius corporis candoribus.
Notabilis candore. Ouid. 2. Metamorphoseos,
Lactea nomen habet, candore notabilis ipso. De via Lactea loquuntur.
Fucati medicamenta candoris & ruboris. Cic. in Orat.
Candor ebli. Cic. 1. Tofcul.
Formæ. Ouid. 1. Metamorph.
Solis candor illustrior, quàm vllius ignis. Cic. 2. de Nat. deor. Non solis calor & candor illustrior est, quàm, &c.
Æthius candor, Caudens, & fias. Claud. 3. Paneg.
Candor carnosus. In CARO.
Clarus. Lucret. lib. 4.
Langudus. Seneca in Hippol. 6.
Marmoreus. Lucret. lib. 2.
Mistus candore. Cic. 1. de Nat. deor. Nec ille fusus & candore mistus rubor, sanguis est, sed quædam sanguinis similitudo.
Nimius. Cic. in Arato,
Lacteus hic nimio fulgens candore nocatur.
Nitidus. Virg. 3. Æneid.
Niueus. Ouid. 3. Metam.
Puellaris. Ouid. 10. Metam.
Recens. Lucret. lib. 4.
Rubens. Ouid. 4. Metam.
Simplex candor lanarum. Quintil. lib. 5. cap. 1.
Splendidissimus. Cic. de Somn. Scip. Erat autem is splendidissimo candore inter flammas circus eluens, &c.
Suffusus sanguine. Stat. lib. 2. Syluis.
Anteire nites candore. Virg. 12. Æneid.
Candor huius re perpulit. Cic. pro Cælio.
¶ Dicitur & Candor in Cicerone mobis in locis, pro syncritate & puritate animi. Ouid. 3. Trist. 6. elegia,
Quique est in charis animi nbi candor amicis,
Cognitus est illi, quem colit ipse, viro.
Titulus candoris. Ouid. in Ibio.
Iustus sine mendacio candor apud bonos crimini non est. Paterculus lib. 2.
Merere candore fauorem. Ouid. 1. Trist. 4. eleg.

Candefacio, candefacis, pen. corr. (λαμπρύνω) candefacere, Candidum facere. Plaut. Mostel. 4,
Vna opera dur atramento candefacere postules.
¶ Candefacere (πυρσοῦν) Ignitum facere. Plin. lib. 34. cap. 8, Vbi lapides candefactos fundituc.

Candeo, candeas, pen. corr. (λάμπω, φαίνομαι) candicare, Candidum esse. Plin. lib. 8. cap. 46, Insigne est, in dextro latere candirans macula. De Apibous loquitur.
Candicans vadum. Plin. in præfat. lib. 3, Frequentes quippe teniæ candicantis vadi, carinas territant.

Candidanta, candidantis (λαμπρός, φῶς) Plin. lib. 37. cap. 13, Facilitiæ scarificationis candicantiam fugunt. De gemmis.

Candido, candidas. In CANDIDVS.

Candidus, penult. corr. (λάμπρος, φαιδρός, φῶς) Albus. Seruius in 3. Georg. Virg. Aliud est candidum esse id est quadam niteon luce perfusum: aliud album, quod pallori comitat esse vicinum.
Cycnis candidior. Virg. 7. eclog.
Niue candidum. Horat. 1. Carm. 9. ode,
Vides vt alta stet niue candidum Soracte.
Niuibus candidior. Ouid. 8. Metam.
Anes. Virg. 2. Georg.
Auis. Virg. 2. Georg. De Ciconia.
Barba. Ouid. 3. Trist. 10. elegia,
Et otter inducto candida barba gelu.
Brachia candidiora niue. Ouid. 3. Amor. 6. eleg.
Caput. Plaut. Mostell. 6.
Ceruix. Horat. 3. Carm. 9. ode,
-brachia candidæ
Ceruici iuuenis dabat:
Colla. Virg. 4. Georg.
Color. Plin. lib. 8. cap. 18.
Crinis. Valer. 6. Argonaut.
Cutis. Plin. lib. 2. cap. 78.
Dies. Ouid. 2. Trist.
Nubs solet pulsa candidus ire dies.
Flamma candida, Lucida & clara. Valer. 8. Argonaut.
Fonres. Seneca in Oedip.
Lilia. Virgil. 6. Æneid.
Luna. Virgil. 7. Æneidos,
-prè candida cursum Luna negat.
Ora. Ouid. de Medicamioe faciei.
Panis candidus. In PANIS.
Pectora niuibus, lacteque candidiora. Ouid. 15. epist.
Piper. Plin. lib. 12. cap. 7.
Populus. Virgil. 9. eclog.
-candida populus antro Imminet.
Populum arborem intelligit.
Puella. Ouid. 2. Amor. 4. eleg.
Sententia. Ouid. 14. Metam. Propter calculum candidum, qui dimissus in vrnam more antiquo absolutionem à culpa significabat, vt paulo antè deferipserat Ouidius.
Sol. Ouid. 15. Metam.
Somnia candidiora Ouid. 21. epist. -ee somnia nostra reducunt,
Somnia formoso candidiora die.
Stellæ. Horat. 3. Carm. 15. ode,
Et stellis nebulam spargere candidis.
Sydera. Lucret. lib. 5.
Taurus. Virgil. 1. Georg.
Turba candida, à vestimentis. Ouid. 4. Fast.
Torris. Martial. lib. 12. epigramm. 31,
Quæque gerit similes candida turris aues.
Velamina. Ouid. 10. epist.
Vmbo candidus. Io y MAO.
Vox. Quintil. lib. 11. cap. 3.
¶ Facere candida de nigris. Ouid. 12. Metam. Hoc de astutis & versutis dici solet.
¶ Lapide candidiore diem notare. Catullus. 67,
Quo lapide illa diem candidiore notet. Proorthialis loquitio: ducta à veteeum superstitione, qui vounquèque diem anni, missis totidem in vrnam, aut vt apud Scythas, pharetram, calculis signabant: quem arbitrabantur propterum abisse, candido calculo aut lapillo: quem egregiè felicem, vnione contra, quem insuspectum, nigro lapillo notabant. De hoc & similibus, vide amplissimè Erasmum in Chiliadibus.
Lintea nive caodidiora. Martial. lib. 12. epig. 83.
¶ Candidum ou. Plin. lib. 29. cap. 3, Candido ouorum fariet illita, sole non aduritur.
Candidum ex ouo. Plin. lib. 29. cap. 3, Non opus est cas in hoc vsu radicula esse curatas: neque aliud quàm candidum ex ouo infundi, ac pollinem thuris.
¶ Candidus transsumitur ad animom, & significat purum, syncerum, nullique inuidiæ aut malnolentiæ mavula labe factum: vt Candidum animi dicamus, & candidum lectorem. Ouid. lib. 4. Trist. ad finem, Iuce tibi grates candide lector ago.
Pectore candidus. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 14,
Tam felix vinam, quam pectore candidus esscm.
Animæ candidiores. Horat. 1. Serm. 5. sat.
Annos candidus & felix. Ouid. 4. de Ponto, 4. eleg.
Purum & candidum genos dicendi. Cic. in Orat. Elaborant alij leuitate & æquabilitate, & puro quali quodam & candido genere dicendi.
Ingenium. Horat. 2. pod. 11.
Iudex. Horat. 1. epist. 4.
Iudicio candidiore legere. Ouid. 1. Trist.
Pectore. Virg. 9. Æneid.
Scripsor candidus, In quo non est obscurinas vel macula. Boëd.
Candida vita. Cic. Att. lib. 9, Addetali viro, iatem causam agenti, & ego verò hæc efficiam: ei candida vita, poto. Hoc est, irreprehensibilis.
¶ Candidus, pro amico, benevolo, benigno, integro. Horatius 1. epistol. 6,
-si quid nouisti rectius istis,
Candidus imperti: si non, his vtere mecum.
Fato candidiore frui. Ouid. 3. Trist. lib.
Dignus es & fato caodidiore frui.
Fauonij randidi. Horat. 3. Carm. 7. ode. Id est, benigni, fauorabiles, ferent, & prosperi. Iste enim ventus verno tempore frequentius flat. Acron.
Hora candida. Ouid. 3. de Ponto, 5. elegia,
Candida iodicus illa iit hora meis. Id est, felix & fausta.
Nox candidior lux. Catullus.

Candidè, Aduerbium (λαμπρῶς) Hoc est benignè, sine inuidia. Cælius ad Cicer. 8. 6, Cauendum nibi erit, ne parum simpliciter & candidè possisse inimicitias videaris.
Candidè vestitus. Plautus Casina, 17. Hoc est decenter & ornatè amictus.

Candidulus, pen. corr. diminutiuum. vt Candidoli dentes. Cic. 5. Tusc.
Candidoli dentes, venosti oculi, color suauis.

Candido, candidas, pen. corr. (λευκαίνω) candidare, Dealbare. Pomponius, Vestem lixiuio candidaos.

Candidatus, penultima producta (λαμπρύνω) Alba veste indutus. Plautus Rudentes, 7, Ergo 905 aquius erat candidatas venire hostiatasque.
¶ Candidati (λαμπρύνομαι) Qui magistratum petebat. Budæus, Atoga candida, quod gestamen erat petitorum, candidatos vocabant: quum ad comitia se contulissent cum amicis, tribus circuirent, singulósque prehcbantes, id est λαμπρύνειν gratiam & suffragia precibus, temporarisque obseruantia emercentur, vnoquoque popularium plebeiorumque benignè appellato & nominatim. Quam ad rem facilius tractandam nomenclatores muenti sunt, qui nomina singulorum tenebant, candidatósque suggerebant, vt quique obuius erat, quanquam id postea lege vetitum esse, author est Plutarchus in Catone minore. Hactenus Budæus. Cic. in Paradoxis, Qui tuas merredum pactiones in patrocinijs mercisas, pecuniarum in comitionibus candidatorum, dimissiones libertorum, &c. Sic Tribunitij candidati, Idem ad Q. frat. lib. 2. 6.

Candidati, seu magistratuum petitores, vestæ candida trebantur duabus de causis. Altera, vt candido & è Republica se petere indicarent. Atera, vt non ex fuis meritis, quæ in veftibus infignibus conspici potestant, sed ex mero populi dono sperare profiterentur. Plutarchus Problematum Romanorum 48, Cur candidatos moris erat in veste hoc facere sine toga? Se enim fenibus Caro. An forte ne eiues largiendo corrumpant, argentum fine fermone? An illud magis, quòd impetio dignos, non genere, non diuitiis, non gloria, sed vulneribus ac cicatricibus iudicabant? quæ vt ab iis quos ambiendo prehenfabant, conspicerentur, sine toga ad petendum descendebant. An quemadmodum in accipiendo, rogando, se omnibus submittendo, sic corpus nudando, se scipsos abiicere do populum capeabant?

Deducere candidatum. Vide obducere aliquem in QVOVO.

Candidati omnibus iniquitatibus exercitj. Cic. Att. lib. 1. 7.

Candidatus firmior. Cic. ad Attic. lib. 1. 1, Nemo eft enim ex iis qui nunc petunt, qui fi in noftrum annum recident, firmior candidatus fore videatur.

Candidati principis aut Cæfaris. Sueton. in Auguſto. Candidatos Auguſti Tranquillus appellat eos petitores, quos ipſe populo commendabat, & quibuſcũ ſingulos ex more ambientium prehenſabat, ciuilem ſe Romanis præbens, tanquam princeps non eſſet. Budæus. De candidatis principis, vide Vipianum, D. de officio Quæſtor. l. vnica.

Candidatus Præторius, Qui Præturam petit. Cic. pro Murena.

Candidatus Conſularus, Qui conſulatum petit. Plinius Iunior, in Panegyr.

¶ Candidati, aliarum quoque rerum petitores dicuntur: ſicut à Quintiliane, Candidatus eloquentiæ. Et apud Plin. Iun. in Panegyr. Candidatus gloriæ & immortalitatis, pro eo qui gloriam & immortalitatem appetit.

Candidati milites, inquit Vegetius lib. 2. His ſunt principales, qui ptiuilegiis muniuntur. Reliqui, munifices appellantur, quia munera facere cogunntur.

Candidatorius, adiectiuum (ΛΕυκοστικὸν) vt Candidatorium munus. Cic. ad Attic. lib. 1. 1, Nos momni munere candidatorio fuogendo ſummam adhibebimus diligentiam.

Candificare, Candidum facere. Nzuus, Politas ſeſe, & ſuecis herbarum candificant eurem.

Candetum, Galli appellant in areis vrbanis, ſpatium cẽtum pedum, quaſi Centetũm in agreſtibus autem, pedum centum quinquagintã quadratorum, auſtum candetum vocant. Ex libello varior. authorum de li mitibus.

CANDIDVM, Fugitiuæ regionis, quæ propriè Africa dicitur, promõtorium. Plin. lib. 5 cap. 4, Sunt enim Africæ minoris tria promontoria, Candidum, mox Apollinis aduerſum Sardiniæ, Mercurij aduerſum Sicilię, quę procurrentia in altum duos grandes ſinus efficiunt. De hoc & Pomponius Mela lib. 1, vbi licet animadvertere errorem Solini ex Mela.

CANDIOPE, & (Candiopa) OEnopionis filia & Orionis ſoror (vt Theodotus aſſerit) quam quũ frater in venatione in antrum traxiſſet, vim illi intulit, & ex ea Hippolagum ſuſcepit. Quod quum OEnopion reſciuiſſet, indignatus, filium exulatum abire iuſſit: qui otiaculo edoctus, verſus orientem in Thraciam eum Candiope & patruo filio delatus eſt, ubique ob inſignes virtutes in magno pretio fuit.

Candor, Vide CANDEO.

Candoloccus. Colum. lib. 5. cap. 5, Nonnullos eamen in vineis characatis animaduerti, & maxime eluenaci generis prolixos palmites, quaſi propagines ſummo ſolo alobruere, deinde rurſus ad arundines cingere, & in fructum ſummittere, quos noſtri agricolæ mergos, Galli Candoſoccos vocant.

CANDYBA, Lyciæ regionis ciuitas eſt, vbi laudatur OEnium nemus. Hæc Plin. lib. 5. cap. 27.

CANDYS, Inſignę regium erat Perſarum Lydorũmque, quod capiti pro diademate imponebatur, vt author eſt Alexander ab Alexandro, lib. 1. cap. 28.

CANE, Oppidum eſt Æolidis regionis. Plin. lib. 5. cap. 30.

CANENS, entis, Nympha fuit, Pici Laurentum regis vxor, quæ quum virum à Circe in auem mutatum, ſupra modum lugeret, exulabit, & loco cuidam ad ripam Tiberis, vbi hæc contegerunt, nomen ſuum reliquit. Fabulam hanc vide latius apud Ouidium libro 14. Metamorphoſeos.

Canentas, Capitis ornamenta veteres dixere. Feſtus. Alij Canautas legunt.

Cane, In CANIS.

Canephora, pen. corr. (Κανηφόρος) Mulier appellatur quæ fert eanum, id eſt qualum, quod eſt ciſtæ genus. Hæc Feſtus. Cic. 6. Verr. Erant æneæ præterea duo ſigna non maxima, verũm eximia venuſtate, virginali habitu atque veſtitu, quæ manibus ſublatis ſacra quædã more Athenienſium virginum reponſita in capitibus ſuſtinebant. Canephoræ ipſæ vocabãtur. ¶ Canephoræ, dicebãtur virgines, quæ ſacra Cereris in eaniſtro quodam aut ciſta ferebane capitibus impoſita, manibus ſublatis, à faerdote accepta diebus feſtis Cereris, & Minervæ, & quibuſdam aliis. Eas virgines Erichthonio regnãte fuiſſe inſtitutas refert Suidas à Philochoro tradicum eſſe. De iis plura Pauſanias in Attica.

Caneſco, In CANVS.

Cangræna, In GANGRENA.

Canigeanum, In CANVS.

Canis, Vricæ ſylueſtris genus. Plinius libro 21. capite 15, Et in ſyluestri quæ dicitur cania, acrior, caule quoque mordaci, fimbriatis foliis.

Canicæ (πίτυρα) Furfures de farre, à cibo canũ vocitatæ. Hæc Feſtus. Vnde eanicaeum panem dixit Pacuuius pro furfureo. Qui, inquit, apud te quaſi ſeruus eſt canicaeum panem.

Canicula. In CANIS.

CANIDIA (Κανιδία) Neapolitana vnguentaria, quam ſemper vt veneficam carpit Horat. vt t. Serm. ſat. 8. & alibi.

CANINIVS (Κανίνιος) horarum ſeptem Conſul, ex quo Cic. ſcomma 2. Curium lib. 7. 31, Caninio Conſule ſexto neminem prandiſſe. Nihil tamen eo Conſule mali factum eſt. Fuit enim mirifica vigilantia, qui ſub eoo Conſulatu ſomnum non viderit.

Canis, In CANIS.

Canis, huius canis, comm. gen. (Κύων) Latrabile animal. Dicitur à canendo, authore Varrone, quòd latratu ſigna dare ſoleat. Ter. Phorm. 4. 4, Introiit in ædes ater alienus canis. Plaut. Capt. 8,

Ne canem quidem irritatum volut quiſquam imitarier.

De genere canum & natura, vide Plin. lib. 10. cap. 63.

Canis formina paruulo vbera præbens. Iuſtin. lib. 18. vbi de Cyro infante expoſito.

¶ Canes ad venandum dixit Terentius, pro Canibus venaticis, eadem forma qua à Cicerone dictur, Seruus ad manũ, pro Mancipio: & à Virgilio, Leones ad frena, pro Leonibus domitis & frænum patientibus, quibus idea mater vehatur. Elegans loquendi formula.

Corda canum leuiſomea. Lucret. lib. 5.

Canum fida cuſtodia. Cic. a. de Nat. deor.

Exeubiæ canum. Horat. 3. Carm. ode 16.

Genus acre luporum atque canũm. Virg. 3. Georg.

Latratus canum. Virg. 6. Æneid.

Ora protetua canum. Ouid. 14. Metam.

Rabies ſæua canum. Propert. lib. 3. eleg. 16.

Vis ſida canum. Lucret. lib. 6.

Vis odora canum. Virg. 4. Æneid.

Acer canis. Horat. Epod. 12.

Arguti. Seneca in Hippolit. Id eſt ſonantes.

Armillati. Propert. 4. eleg. 8.

Aſſidui. Columella lib. 7. cap. 12. *Qui ne bouge de la maiſon pour le garder.*

Scindere auidi perfida corda canes. Ouid. in Ibin.

Blandi. Virg. 3. Georgicorum,

Hinc canibus blandi rabies venit.

Cærulei canes à Virgilio dicuntur canes Scyllæ, 5. Æneid.

Celeres. Ouid. epiſt. 4.

Citi canes, Celeres. Ouid. epiſt. 5.

Dulichius. Martial. lib. 11. epigr. 70.

Emeriti. Stat. 5. Sylu. 1.

Erroneus. Columel. libro 7. cap. 12. *Trottier, Qui ne ſe tient point à la maiſon.*

Jciuna. Horat. Epod. 5.

Melizi. In MELITA.

Molofſi. Horat. 2. Serm. 6. ſatyra,

Simul domus ala Molofſis

Perſonuit canibus. Id eſt canibus Cretæis è Molofſia ciuitate Cretæ. Acron.

¶ Canes mõtiuagæ. Lucret. Nanque canes vt mõtiuagæ, &c. Gregorum exemplo dixit canes quoi, hoc genere canes ad venandum eſſe ferunt, *uiuiuc Dogmatic* appellantes. Turneb.

Obſus lacte. Claudian. t. in Eutrop.

Obſcœni. Virg. 1. Georg.

Odori. Claud. 2. de Rapt. Proſerp.

Paſtoralis. Colum. lib. 7. cap. 12.

Pernix canis pecuarius. In PERNIX.

Peruigil. Seneca in Herc. fur. 9.

Prompeus ac ſtrenuus. Colum. lib. 7. cap. 12.

Quadratus ſi probatur eanis potius quàm longus aut breuis. Colum. lib. 7. cap. 12.

Rabidi. Seneca in OEdipo, 12.

Rabioſi. Horat. 1. epiſt. 2.

Rapidi. Lucret. lib. 5.

Robuſtus. Colum. lib. 7. cap. 12.

Solerti. Ouidius 11. Metamorph. quòd rem domini diligenter cuſtodiant.

Tiruncula canis. Colum. lib. 7. cap. 12.

Venaticus. Colum. lib. 7. cap. 12.

Vigilax. Colum. lib. 7. cap. 12.

Vigiles. Horat. 3. Carm. ode 16.

Villaticus. Colum. lib. 7. cap. 12. *Qui garde la metairie.*

¶ Addicere aliquem canibus. Horat. Epod. 17.

Agere canes. Ouid. epiſt. 5,

Sæpe cito ſegi per iuga ſumma canes.

Circumdare canibus ſaltus. Virg. 10. ecloga.

Diſſipare canes cius dicitur aper. Ouid. 8. Metam.

Hortari. Ouid. epiſt. 4.

Immittere. Virg. 3. Georg.

Intonuit ingenti latratu eanis. Vide INTONO.

Latrat. Horat. 1. Serm. 2. ſat.

Mantuanæ canes. In MANTVA.

Paſcere canem ſero. In PASCO.

Spargere canes. Ouid. 8. Metam. de apro Calydonio.

Curſu ſuperare eanem. Horat. 1. epiſt. 19. Potente vſurpari prouerbij vice de admodum celeri.

Venari canibus ſeporem. Virg. 3. Georg.

¶ Vlulare dicunrur canes, quum lamentantibus ſimiles lugubrem quandam & querulam edunt vocem. Hoc proprio magis vocabulo baubari vocaut Lucretius, ſed neſcio an aque recepto. Ouidius 15. Metamorphoſeos,

Inque foro, circũmque domos, & templa deorum

Noctumos vlulaſſe canes.

¶ Canis in balneo. Adagium eſt elegans, in Græcis literis frequens, à Luciano vſurpatur eo ſermone, qui eſt Ad ineruditum multos empotantem libros. Dicitur de his quæ diſſociata natura ſunt, nec ſimilitudinem reeipiunt aliquam vel vſum, veluti ſi naui grandis imperitus, aut equitationis omnino expers, caperet, is quidem affabrè

bre conſtructam nauem, & ad ſecuritatē omnibus fultam inſtrumen
tis: hic verò quum comparatæ Medum, aut alium præſtantiſſimum
ridiculum, opinor, verèque ſe profitetur, quòd per imperitiā haud eum
modè vereretur rebus. Vide Eraſm. in Chiliad.

¶ Cancs, pro furit. Virg. 6. Æncidos,

-vrſæque canes illulare per vmbram Aduentante dea. Vbi
ſcrutius, Canes furias dicit.

Inferni canes. Horat. 1. Serm. 8. ſat.

¶ Semidei. Lucan. lib. 9.

Non in templa tuam Romana acceptimus Iſin

Semideóſque canes. Videlicet Mercurium quem Anubim vocant.
Nam eſſitur apud Ægyptios in forma canis & lingua Ægyptia Anu
bis canis dicitur.

¶ Tergeminus, de Cerbero dicitur. Ouid. 3 de Arte.

Triformis. Seneca 10 Hercule Oeth. 9.

Tartareus Seneca in Hercule Fur.

Vipereus. Ouid. 3 Amor. 12. elegi.

¶ Canis pro Aſſecla Cic. Attic. lib. 6. epiſt. 3. Multa & dixit & fecit
cum quadam mea contumelia, P. Clodij canis, id eſt amicus & aſſe
cla Clodij dum viueret. Idem in Piſonem, Clodianum canem appel
lat Sextum Clodium. Huius, inquit, tu Clodiane canis infigmbus
Conſultum declarari pues?

¶ Canis à corio. Horat. 2. Serm. ſat. 4.

Vt canis à corio nunquam abiterrebitur vncto. Prouerbium eſt,
quod in eos conuenit, qui poſſequam rem aliquam iucundam &
optabilem guſtarunt, ab ea egre auelli aut deterreri poſſunt. Sic au
tem eſſeruit Grzc. τὸ κύνα γλώσσῃ λείχειν τὸν σκυτοτόμον, id eſt, peritiuſoſa
res eſt canis, quæ cutium rodere & diderit. Lambinus.

¶ Canis, Piſces genus, duræ carnis: & propterea ægrè conficitur,
ſuccoſque crallus & ſalſos in corpus diſtribuit, vt ex Philotimo re
fert Gal. lib. 3. de alim. facult.

¶ Canis. Signū cæleſte. Plin. lib. 18. cap. 28. Dein potiride, fere vbi
que confeſſum iucre omnes ſydus indicans, quod Canis ortum voca
mus, ſole primam partem leonis ingreſſo.

Acer Autumni canis. Valer. Flac. Argon. lib. 6. Id eſt in Autumno
feruentiſſimus.

Æſtifer. Virgil. 2. Georgicorum.

Hoc ybi hiuis ſiti findit canis æſtifer æſtas.

Æſtiuus. Tibul. lib. 3. elegy. 5.

Erigonius, Canicula ſydus. Ouid. 5 Faſt.

Ieatius, Canicula. Ouid de Nuce.

Canis ſydus fruitum agricolis. Horat. 1. Serm. 7. ſat.

Occidit canis. Virg. 2. Georgicorum.

-& aduerſo cadens Canis occidit Auſtro.

¶ Canis, Verbū eſt, quo impudentibus inimicis conuitiū ſieri ſoler.
nam militare dicitur eſſe in hoſtem, canis: & apud Iſumetum pro gra
ui conuenticlo in aduerſarium dicitur. Terent. Eunuch. 4. 7.

Diminuam ego caput tum hodie niſi abis. o. ain' verò canis?
Donatus.

¶ Canis, Cognomento quidam appellatus, propter furdidam im
mundamque vitam. Horatius,

Cui canis ex vero ductum cognomē adhæret. Quin & Cynici non
autūm qua obuios allatrabant, ſed etiā ob vitam illiberalem ab hu
manitate remotam & mundiria appellabantur 10 Græcia. Turneb.

¶ Cane petus & angue. Dicium ab Horatio, prouerbiali figura, vt
refert in Adagijs Erasmus. Horat. 1. epiſtol. 7.

Alter Rufus ira tam cane petus & angue Vitabit chlamydem.

¶ Martini canes. Virg. 6. eclog. De Scylla.

¶ Canis, Facies vna talotum, quæ vnum duntaxat punctum conti
nebat, ideo damno ſa. Dicitur & Canicula, & Chius Græce. Erasmus
in prouerbio, Chius ad Coum, tradit Chium eundem eſſe cum ca
ne: & præterea talotum fuiſſe feliceem, canis vero infeliceem, teſte
Perſio, ſat. 3.

-qui dexter ſeoio ferret

Seire cras ſi vultis, damno ſit canicula quantum

Raderet. Indem Propertius, Semper damnoſi ſubiuere canes.
Addit ex Martiale, Semidenum videri nec ſe feliceem: cæterùm infeli
cem fieri, & accedat canis. Sic enim loquitur lib. 13.

Senio nec noſtrum cū cane quæſtat ebur. Tam Venceris factum eſſe
vt zarum, ita felicitſimum indicat idem Martialis in Apophoretis, 14.

Quum fieret vultu nullus tibi talus eodem.

Munera nec dices magna dediſſe tibi. Tot autē talis ludebatur,
quot quiſque habet latera. Nam teſſeris non plus tribus ludi ſolet: ſed
propius ad ludēdi rationem facit quod ſcribit Suetonius in Octauio
Auguſto, cap. 71. recitans ex libus quadā ad Tiberium epiſtola hæc,
Conaui, ais, mi Tiberi cum iſidem. Acceſſerunt conuiuæ Vinitius
& Iulius pater. Inter cœnam iuſimus γερμανικὸν & hēri & hodie. Ta
lis enim iactatis, vi quiſque canem, aut Senionem miſerat, in ſingu
los talos ſingulos denarios in medium cōferebat: quos tollebat vni
uerſos qui Venerem iecerat.

Caniculus, Cacellus. Diminutiuum à Canis, gen. maſc. Sipontinus.

Canicula, cacellus, pro ſtilla canis. (κυνάριον) Diminutiuum. Cic. 3.
de Nat. deor. Ariſtlud non modò non arrogantis, ſed potius prudentis,
ſoreſſigere ſe habere ſeaſum & rationem: hæc eadem & canicu
lam non habere.

¶ Canicula, Stella quæ & Sirius dicitur, io medio centro cæli: ad
quam quū Sol peruenerit, duplicatur æſtus, & nimio calore languent
mortalium corpora. Vide Plin. lib. 18 ca. 28. Cic. 1. de Diuin Vt enim
Ceos accepimus ortum Canicule diligenter quotannis ſolere ſeruare,
ſic contrà animque capere, vt ſcribit Ponticus Heraclides, ſalubritate
an peſtilentes annus futurus ſit. Vode ab Aſtronomis noſtris vocatur
dies Caniculares: ab ortu ad occaſum Canicule, quos periculo
ſos eſſe aiunt. Suot autem maxime circa trigintia dies poſt ſolſtitium
æſtiuum.

Æſtus Caniculæ. Horat. 1. Carm. ode 17,

Hic in reducta valle, Caniculæ Vitabis æſtus.

Flagrans. Horat. 3 Carm. ode 13.

Inſana. Perſat. 3.

-hic ea inſana Canicula meſſes.

Rubra. Horat. 2. Serm. 6. ſat.

Sitiens. Ouid. 2. de Arte amandi.

¶ Canicula, pro ſideratione ipſa & carbūculatione. Plin. lib. 18. cap.
28. Publica hæc & magnæ differentiæ à proribus, alijs rubigioem,
alijs vredinem, alijs Caniculam appellantibus, omnibus verò ſteri
litatem. Sit ex vetuſtis libris reſtituit Turnebus, quā antea pro Ca
nicula carbunculus legeretur, quæ nominis idem valentis ſubiuncto eſt non ſit improbanda, ſuo tamen quidque loco reddi reſtituique eſt quotiſſimum.

¶ Canicula in talis. Vide CANES.

Caniculatis, penultimæ producta, vt Dies Caniculares. Pallad. in Iu
lio, capite 1, Hoc menſe vuliter, vel ante Caniculares dies, ſilices ex
ſtirpabis, & caricem. Baſſus, (ſeu (vt alijs placet) Germanicus Cæſar in
Aratum, Sirium Latini Caniculam vocant, vnde & dies Caniculares
dicuntur.

Caninus, penult. prod. (κυνικὸς) Adiectiuum.

Dcores eanus, Qui anteriores latos, & poſteriores duplices diſcri
minat. Plin. lib. 11. cap. 37. vulgo oculares vocant.

Canina eloquentia. Quintil. lib. 12. cap. 9.

Lac caninum. Ouid in Ibin Verba canina latrare. Idem ibid.

Caninum præbium, vocatur abſtinentia, in quo nihil vini potatur:
quoniam canis vinum odio habet. Plaut. Cain. 25.

Canina appetitus (κυνικὸς ὄρεξις) apud medicos, quum mure ca
num, aut nihil omnino, aut malos affectantes cibos mulceres.

Canina ſexa. Plautus, -hæc ibo,

Caniosm ſexam ſpero meliorem fore. Quidam cœnam legunt,
ſed male. Hoc autem ſignificabit ſuſpicium, quod canibus plerūque
inſeſtæ & infauſtum eſt, qui & cadantur & malè accipiantur, vel po
tius lanium canis dicit ſuſpicium eſſe cœnam, qui ſeruus & aſperius
latratura ſit vxor. Varro, quòd pueruli turpicula res in collo quæ dā
ſuſpendatur, ne quid obſit, bonæ ſexæ cauſa. Et alio loco Plautus,

Bene prædatus ibo, bona ſexæ eſt mihi. Ea dicta ab ſexua, id
eſt hoſtira, quòd quæ ſimiſtra ſunt, bona auſpicia exiſtimantur. Tur
nebus.

Canarius, Adiectiuum: Canarium ſacrificium, quod ſiebat pro frugi
bus deprecandæ fruitæ cauſa ſyderis Canicule. Ex Feſto.

Augurium canarium. Plin. lib. 18. cap. 3. Augurio canario agendo
dies conſtituatur, priuſquam frumenta vaginas exeant, & antequam
in vaginis perueniant.

Canarium (κανάριον) Adiectiuum obſoletum apud Nigidium grammati
cum. Ex Nonio.

Caniceps (κυνοκέφαλος) Genus animalis ſatiem caninam habens.
Plinius lib. 7. cap. 2. tradit eum Atlie montibus gentem hominum eſſe ca
nino capite, pro voce latrituum edentium, quos vocat κυνοκεφάλους, nos
etiam Caniceptes vocare poſſumus.

Caniſtrum, caniſtri, nun autem caniſter (κάνεστρον) Fiſcella, ciſta ri
mnea. Virg. 6. Æneidos,

-Cereremq; caniſtris Expediunt. Cic. ad Att. lib. 6. Lancibus &
ſplendidiſſimis caniſtris, non oluſculis oos ſoles paſcere. Hinc ſunt
dimuuitus, Caniſtellum, & Caniſtellus. Sip.

¶ Caniſtros dixit Palladius, quum inquit, Saligniscaniſtros ſieri
debere vigultis, quia genus hue olcum dicitur adipem.

Coronata caniſtra. Ouid. 2. Metamorphoſeos,

Pura coronanti portabant ſerta caniſtris.

Cumulata ſiore caniſtra. Ouid. 4. Faſtorum,

Ar chorus æqualis, cumulatis ſiore caniſtris.

Lata. Ouid. 2. Faſtor.

Parula. Ouid. 8. Metam.

Plenus caniſtris opponere pabula. Virg. 4. Georg.

Canities. Canitudo, in CANVS.

CANVS. Poeta fuit temporibus Martialis, cique familiaris, qui natura
erat ita hilaris, vt ſemper rideret, de quo idem Martial. lib. 1. epigram.
ad Maximum.

Canta, cannæ (κάννα, ἄνθος) Vide CALAMVS. Columel. lib. 9. cap. 9.
Nanque & id feciſſe maximè per ætatem profuit, & dulces eruiſſe
radiculas aquatilis ſylue, tanquam ſeyrpi, iuncique & degenerā a
rundinis, quam vulgus cannam vocatur.

Arundo cannæ. Ouid. 8. Metamorphoſeos,

-& longæ parua fuit arundine cannæ.

Craſſa. Ouid. 6. Faſtorum,

Nil præter ſilices, craſſaque canna fuit.

Longa. Ouid. 8. Metam.

Paluſtris. Ouid. 1. de Remed. amoris.

Tremulæ cannæ. Ouid. 6. Metamorphoſeos,

Ara vetus ſtabat tremulis circundata cannis.

¶ Canna ſiebat ſiſtula, vnde Argiua canna. Sil. lib. 7,

Argiua reuocans ad roſeida paſcua eaona.

Septenæ cannæ. Ouid. 2. Metamorphoſeos,

-diſpar ſeptenis ſiſtula cannis.

Præcoquere cannas Stat. lib. 2. Syluarum,

Et quas præcoquit Eboſita cannas

Largis grarutum eadit rapinis. Haud dubiè cannas intelligit ex
quibus ſaccharum exprimitur vel coquitur. Et forsaſſe cannas pro
ipſo ſaccharo poſuit. Sed qui ſint Eboſitæ illi, haſtenus apud nemi
nem inuenimus. Populi fortaſſe ſunt Indiæ. In illa enim regione ſac
charum potiſſimū naſcitur. Domitius Calderinus Eboſia ſcribit. Vi
de an legi poſſet Ebuſia ab Ebuſo inſula, de qua apud Plinium.

Canneus (κάννειος) Adiectiuum. Colum. lib. 12. cap. 19. Conche fer
rez, quibus depletur olcum ex cella, quibus vaſa olearia contegun
tur: ſpongiæ maiores & minores: vtres quibus olcum progenitur: can
neæ zegetes, quibus oliua excipitur.

Cannetum, penult. prod. (τὸ καννητὸν) Vbi cannæ conſtitæ ſunt. Palla
dius, Iuliet, cannetā ponenda ſunt.

Cannitius, Adir tiuum. Titulus est apud Palladium lib. 1. tit. 13. de Cameris cannitiis: de quibus sic ait, Cameras in agrestibus ædificiis, ex ea materia vtilius erit formare, quæ facilè inuenietur in villa. Itaque ad tabulas faciemus, aut cannis, hoc genere.

CANNARUS, Cannarum, tam in plurali (κάννα) Vicus in Apulia, Romanorum clade clarus, de quo multa apud Liuium.

Successor Cannæ Lucan. lib. 7. Successus vocat, quia omnia corpora Romanorum cæsa apud Cannas secûdum Liuium (quæ quinquagintà millia fuisse dicuntur) iuffit combari, & sepulturæ mandari Annibal.

Cannenses, Populi Cannas inhabitantes, Corinenſibus & Collatinis vicini, Romana clade tnfignes. Plin. lib. 2. cap. 71.

Calamitas Cannensis. Cic. de Claris Orat.

Pugna Cannensis. Propert. lib. 4. eleg. 3.

Pugna Cannensis, figurate pro cæde illa & profligatione Syllana, quæ vrbi Rumanæ funestissima fuit & calamitatissima, propter tot ciuium necem. Cic. pro Rusc. Te pugna Cannesis accusatorè fas bonum facit. Nam & Arnobius ita scribit ad hunc locum respiciens: post quidem proscriptio (quem admodum Tullius ludit) pugna dici appellatur Cannensis. Et ita prorsus locum hunc explicandum arbitror. Nam oratores quoque ex Cannensi caterua, ignobiles vocabant, qui eo tempore multis cæsis, & facundioribus interfectis aut mortuis, repente extiterunt, & ad causas & iudicia accesserunt. Sic Turnebus.

Cannabis, huius cannabis, penult. corr. (κάννα) Herba est ex cuius cortice funes intorquentur: & form. ego. est tam pro ipsa herba, quàm pro ipsis funibus. Plin. lib. 19. cap. 9. Deinde vtilissima funibus cannabis fertur a Fauonio. Quo denique est, eo tenerior. Semen eius quum est maturum, ab æquinoctio Autumni diligitur, & sile, aut veno, aut fumo ficcatur. Et cannabina vellitur poli tundemam, ac lin cubratuoue bus decorticata purgatur.

Torta cannabis. Perſſar. 5.

¶ Cannabum neutro genere dixit Palladius, quum inquit, Hoc tempore cannabum sera.

Cannabaceus, & cannabinus, penult. prod. (κάννινος) Quod est ex cannabe. vt Funis cannabinus. Colum. lib. 6. cap. 2. Cannabinisque funibus cornua iuuencorum ligato.

Cannache (κάννιχος) Ab Ouidio 5. Metam. numeratur inter Canes Actæonis, quod nomē sumpſerit, hoc est à clamore & ineptiis imposium videtur.

Cano, canis, cecini, penult. corr. canrum (ἄδω, λάλω, κελαδῶ) canere, Est voce modulari. Plin. lib. 10. cap. 29. Metula canit æstate, hyeme balbutit. Cic. 4. Academ. Quum cornix cecinerit.

Ranæ canere dicuntur. Virg. 2. Georgicorum.

Et vesperam in limo ranæ cre mêre querelam.

Canunt tubæ. Cic. 2. de Nat. deor. Si ex oliua modulante canentes tibiæ nascerentur, num dubitares quin ineller in oliua tibicinis quædam frientia? Idem 5. Verr. Quum in eis communis symphonia canere, magnisque poculis miniſtrare, &c.

Canere solent victores galli. Cic. 2. de Diuinat.

Absurdè canere. Cic. 2. Tuscul. Aut ſi absurdè canat is qui se habet muſicum velit.

Bene. Plinius Iunior, epiſt. 62.

Canere canendi facultatem. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Ad aures canere. Virg. eclog. 1.

Canere ad citharam laudes alcuius. Quintil. lib. 1. cap. 10.

Canere ad tibiam. Cic. 4. Tuscul.

Ad certos modos canere. Ouid. 3. Fastorum,

– & ad certos verba cadentia modos.

Canere fidibus. Cic. 1. Tusc. Igitur & Epaminondas, princeps meo iudicio Græciæ, fidibus præclarè cecinisse dicitur.

Lituo. Cic. 1. de Diuinat. Quod ab cius lituo quo canitur, ſimilitudine nomen inuenit.

Canere numeros in cantu. Cic. 2. de Legibus, Quem admodū Roscius familiaris tuus in fenestræ numeros in cantu cecinerat.

Sacra canere, Id est hymnos dicere. Virg. 2. Æneidos,

– pueri circùm ioniuque more poeliæ Sacra canunt. Seruius. Inclinata, ritulantique voce more Asiatico caoere. Cic. in Orat.

Tibias canere. Cic. 2. de Orat. Habet enim multitudo vim quandam talem, vt quemadmodum tibiæ non tibiis cantre, ſic orator ſine multitudine audiente eloquens esſe non poſſit.

Voce magna. Tibul. lib. 2. eleg. 2. 6.

Ars caenendi. Ouid. 14. Metamorphoſeos,

Rara quidem ferit, ſed tamen arte canendi.

Foro medio ſcripta canenda. Ouid. 1. de Ponto, 8. elegia,

Et dedimus medio ſcripta canenda foro.

Celebrare feſtum canendo. Ouid. 5. Metamorphoſeos,

Inſius eras celebrare dapes, feſtumque canendo.

Imitari aliquem canendo. Virg. 1. eclog. 2.

Mrcum vna in ſylua imitabere Pana canendo.

Mouere aliquem canendo. Horat. 3. Carm. ode 11,

Monte Amphion lapides canendo.

¶ Canere aliquem, aut laudes alicuius, pro celebrare, & laudare. Virgil. 7. Æneid. Ibat ouans numero, regemque canebant.

Laude canendus. Stat. 8. Thebaid.

Nomen meum canitur. Ouid. epiſt. 21.

¶ Caere dicuntur poetæ, quum quid verſibus describunt. Virg. 1. Æneidos, Arma virumque cano.

Canuntur haec apud Homerum. Cic. 2. de Orat. Nec dubitari debet quin fuerint ante Homerum poetæ: quod ex eis carminibus intelligi poteſt quæ apud illum & in Phæacum & io Procorum epuliis canuntur.

Canere ſibi & Muſis, Scribere aut dicere quod docti ſoli intelligât, aut ipſe cantor, non autem vulgus. Cic. de Claris Orat. Quare tibi eam Antigenidas dixerit diſcipulo ſane fingêu ad populum, Mihi cane & Muſis: ego hinc Bruto dicendi, vt ſolet, apud multitudinē, Mihi cane & populo mi Brute dixerim: vt qui audicnt quid efficiatur, ego etiam cur ita efficiatur, intelligam.

Cancre ſuper aliquo, id eſt de aliquo. Virg. 4. Georg.

Canere bella Ouid. 2. Triſtium.

E ſcent pugnaces qui ſirra bella canunt.

Carmen. Cic. 2. de Orat. Cecinißeque id carmen quod in illum ſcripſerat.

Carmina. Virg. eclog. 9.

Carmina canere per appoda. Virg. 2. Georg.

Dies totum euncada per ouum. Ouid. ad Piſonem.

Dignum ſermone canere. Horat. 2. Serm. 3. ſatyra,

Nil dignum ſermone canas.

Dira. Ouid. 10. Metam.

Cauere grauda elatè, iucúda dulciter, & moderate leniter. Quintilianus lib. 1. cap. 10.

Maiora. Virg. eclog 4.

Formata. Horat. 1. Arte poetica.

Prælia. Virg. eclog. 6.

Pugnas & vrbs. Stat. lib. 8. Thebaid.

Reges. Virg. eclog. 6.

Tacta regum. Horat. 1. Serm. ſat. 10.

Syluas. Virg. eclog. 4.

Aſpitæ canenti dicuntur Muſæ. Virg. 9. Æneidos,

Vos ô Calliope præcor aſpirate canenti.

¶ Cantilenæ eadem canere. De eo dicitur qui muſicus eſt, ſæpius eadem inculcans. Nihil enim odioſius, quàm quod ſempec idem eſt. Terentius Phormione, 5. 3. Cantilenam eandem canis. Vbi Donatus, ita dicit, vt, Vetus & vulgata canno. Familiare eſt puero, aut tum, cantilenam appellare. Sumptum eſt autem à cantoribus, qui ſæpendo diutius eandem oceinant cantionem, tædium afferunt auribus. Proinde penti ſubinde variat carminis genus, quo ſatietam deniten t. Ex Chiliad. Erasmi.

¶ Canere, Dicere, prædiuinare. Virg. 8. Æneidos,

–Gallos in limine adeſſe canebat, Seruius.

Canere dij dicuntur, qui vaticinari. Cic. 3. in Catilin. Vt hæc quæ nunc fiunt, canere dij immortales videreotur.

Acerba. Valer. Argunaut.

Ambages. Virg. 6. Æneidos,

Horrendas canit ambages. De Sibylla.

Fata. Virg. 3. Æneid.

Obſcura. Horat. 1. Serm. 5. ſat. Id eſt diuinare.

Oracula. Lucan. lib. 1.

Ex ore diuino canere. Virgil. 3. Æneidos,

Atque hæc deinde canit diuino ex ore ſacerdos.

Prodigium. Virg. 2. Æneid.

¶ Canere fama Martial. lib. 1.

Quicquid fama canit, donat arena tibi.

¶ Litus canere. Qui priuati commodi impendiâ ſtudioſi eſſent, ac ferè quicquid rerum agerent, id omne ad domeſticam referrent vtilitatem, ijs proprium litus canere, tidem apud Græcos ἀκτάδιος ἀκούειν, dicebantur. Cic. 3. Ver. Atque etiā illum Aſpendium citharistam, de quo ſæpe auditis id, quod eſt Græcis hominibus in proverbio, quem vmnia inuis canere dicebant, ſuſtulit. & in intimis ſuis ædibus poſuit, vt etiam illum ipſum artificio ſuo ſuperare videatur. Itaque ille citharista tantus Cicero Verris rapacitatem, qui intus cancerem, in intimis ædibus collocarit, hoc eſt, plus quàm intus eecinerit. Idē in Rullum aduerſus Legem Agrariam, Atque hic carmē hic Thrasonis pleibis, nun vobis, ſed ſibi intus canit. Nam oſtēdit Tullius in ea oratione, legem camerti popularis videretur. Haud eamen popuſi, ſed decemuirum vtilitati repertam. Porrò de Aſpendio citharœdo Aſconius Pædianus ſic ſcribit; Quem canunt citharistæ, vtriuſque manus ſungunture officio. Dextra plectro vtitur: & hoc eſt ſoris canere. Sinistra digitis chordas carpit: & hoc eſt intus canere. Difficile autem, quod Aſpendius citharista facebat, non vereretur ſibi viraque manu ſed omnia, id eſt vniuerſam cantionem, intus & ſiniſtra tamam manu compleeterrear. Vnde omnes quotquot fures erant, à Græcis Aſpendij citharistæ in prouerbio dicebantur, quòd, vt ille carminis, ita iſti furtorum oculiterores erant. Valer hoc prouerbium & in eos qui multum inteſtinis ſuis commodi conſulunt præter honeſtatem. Hæc Pædianus.

Intus canere proprie eſt manu ſiniſtra canere. quæ enim ſiniſtra ſunt, ſæpe interiora dicuntur. Vide Interior, in INTRA & SVAVEOLO. Porrò ſiniſtra quæ chordas carpit, nulli quidem ſonum edit ſed quòd in cantu non minus laboret quàm dextra, canere illa vsque dicebantur, non ramen foris, id eſt non audcntibus, vt dextra: ſed intus, id eſt ipſi artifici. Id docere poſſunt noſtræ citharæ & lyræ, io quibus ſiniſtra quę io iugo chordas tangit, intus canitvr ita quodam & interiori carmine: Dextra quæ ad teſtudinem pſallit, foris canit ſonūmq; ejus. Atque hoc eſt quod ait ſtatius inaudeam Aſpendij citharistæ artificium, qui totam cantionem ſiniſtra ſola ad iugum modulate peragebat.

¶ Bellicum caoere. Vide Bellicum, ſubſt. in BELLVM.

Claſſicum canere. Cæſar 3 brl. Cauſ. Claſſicum que apud eum canal, & alterum illi iuber Pzrcnonum tend. Deductum à claſſibus exercitus, quæ quum euocabat princeps, & à pugna diſtrahebat, claſſicum canere dicebatur.

Receptui canere, dicitur de exercitus, quum iuber ſuos milites ceſſare à perſequendo hoſte. Liu. 3. ab Vrbe, Inde ſignum obſeruare iuſſit, vt pariter & facti rem ineiperent, ref. rientque pedem, ſi receptui canerētur.

¶ Receptui canere, per tranſlationem, pro finire, vel remorare animum alicuius à re aliqua gerenda. Cic. 3. Tuſc. Vtne igitur ranto inuerī molestias, abſtrahit ab acerbis cogitationibus hirbetē acie, & ad quibus quū cecinerter oput, impellit. &c. Idē 11. Philipp. Quis enim reuocante & receptui canente Senatu, properet dimicare?

Canere receſſus, dicitur buccina. Ouid. 2. Metamorphoſeos,

–& creduæ

-& cecinit iussos inflata receſſus.
Signa canere dicuntur in bello quum congreduntur milites, & collatis ſignis depugnant. Liu. 1. ab Vrbe, Quum inſtructæ acies conſtiterint, prius quàm ſigna canerent, &c.
Cecinit quartæ vigiliæ ſignum. Liu. 4. bel. Pun. Eóſque vbi quartæ vigiliæ ſignum cecinißet, ad eum locum ſcalas iuſſit ferre.
¶ Surdis auribus canere. Liu. to. bel. Maced.

Cantio, cantionis { *μυστηριον* } Verbale. Idem quod cantus. Plaucus Stichо. 15.
Lepidam & ſuauem cantionem aliquam accipio.
¶ Cantio, pro incantatione. Cicero de Claris Oratoribus, Subiró totam cauſam mihi obtuſum eſt, ſdque venefciis & cantionibus Ticinę factum eſſe dicebat.

Cantunculà, genuit. corr. { *ἀοιδιον* } Diminutiuum à cantio. Cic. 5. de Finibus, Vidit Homerus probari fabulam non poſſe ſi cantiunculis tantus vir irretitus ſenetur.

Canor, canoris, penult. prod. m. g. { *μουσικὸς, ευφωνία* } Proprię ſignificat conſonantiam. Ouid. 5. Metamorphoſeos,
Nec camen ille canor mulcendas natus ad aures.
Canor res eſt blanda. Ouid. de Arte.
Res eſt blanda canor: diſcant cantare puellæ.
Cyeni canor. Lucret. lib. 4.
Paruus vt eſt cyeni melior canor.
Martius canor ætus. Virg. 4. Georg. Ideo Martius dicitur quòd acriores ad pugnam reddit. Id eſt bellicus.

Canorus, penult. prod. { *ἀρμονικὸς, ἡδὺς, γλυκὺς* } Adiectiuum, Quaſi ſonorus. Cic. de Senect. Omnino canorum illud in voce ſplendeſcit, etiam neſcio quo pacto in ſenectute.
Æs canorum. Virg. 8. Æneidos,
At tuba terribilem ſonitum procul ære canoro Increpuit.
Ales canorus. Horat. 1. Carm. Cycnum intelligit.
Gallus animal canorum. Cic. 2. de Diuinat. Quum igitur hoc animal tam ſit canorum ſua ſponte, quid in mentem venit Calliſtheni dicere deos gallis ſignum dediſſe cantandi, &c.
Aues canoræ. Virg. 2. Georgicorum,
Auia tum reſonant auibus virgulta canoris.
Cheiys canora. Senec. in Troade, 45,
Leui canoram verberant plectro chelym.
Fides canora. Virgil. 6. Æneidos, - Orpheus
Threiciæ fretus cithara, fidibuſque canoris. Id eſt bene ſonantibus chordis. Seruius.
Fila lyræ canora. Claud. in procem. de Rapt. Proſerpinæ,
Deſuetæ repetit ſua canora lyræ.
Fluuius canorus. Plin. lib. 4. ca. 8, Allabitur Peneus, viridis calculo, amenus circa ripas gramine, canorus auium concentu.
Canori latratus canum. Columel. lib. 8. de villatico cane, Vaſti latratus, canorique.
Lyra canora. Claud. 3. de Rapt. Proſerp.
Modulatus canorus. Seneca in Hercul. fur. 4,
-canoro ſaxa modulatu trahens.
Nugæ canoræ. Horat. in Arte poetica.
Quàm verſus inopes rerum, nugæque canoræ.
Canorus orator & volubilis. Cic. de Claris Orat. Sonitus Cureum canori. Virg. 4. Georg.
Tuba. Ouid. 3. Faſt.
Turba. Ouid. 6. Faſt.
Verſus. Horat. 2. epiſt. 2.
Volucres. Ouid. 3. Faſt.
Vox. Ouid. 3. de Arte amandi.
Vox ſuauis & canora. Cic. in Brut. Sic interuallis, exclamationibus, voce ſuaui & canora, admirando irrideba.
Canorum vocis genus. Cic. 2. de Nat. deor.

Canoroſus, a, um, Idem. Gellius, Colle ctam coactámque vocem, & magis claros canoroſoſque ſonitus facit.

Cantium, penult. corr. { *ἄσμα* } Proprię ſignificat elegantem cantum, æque laſciuum. Plin. Iun. epiſt. 14. lib. 2. Plauſus cantum ac potius ſola cymbala & tympana illis canticis ſentiunt.
Cantica obſcœna. Quintil. lib. 1. cap. 2, Omne conuiuium obſcœnis canticis ſtrepit.
Cantica excipere modis muſicis. Quintil. lib. 1. cap. 12.

Cantilena, cantilenæ, penultima prod. { *μελος* } Cic. 2. de Orat. Gereridus eſt tibi mos adoleſcentibus Craſſe, qui non Græci alicuius quotidianâ loquacitatem ſine vſu, neque ex ſcholis cantilenam requirût.
¶ Cantilenę ſunt Muſarum ſilię. Vide Muſis etiam rem ſacram facere, & cin MVSA.
Cantilenam illam ſuam cerebrò mihi inſuſurrat Epicharmus. Cic. ad Attic. lib. 14. Vide INSVSVRARE.
Cantilenam eandem canere. In CANO.
¶ Cantilena, pro iactatione verborum, denuntiatione & rumore. Brutus ad Ciceronem, lib. 11, Nam de tuo periculo, credè mihi, iactatione verborum & denuntiatione periculi, ſperare eos te pertimefacto, adoleſcente impulſo, poſſe magna eóſcqui præmia: & totâ iſtam cantilenam ex hoc pendére, vt quamplurimum lucrifaciant.

Cantor, & Cantrix, verbalia { *ἀοιδὸς, μουσικὸς, μουσικὴ, ψάλτης* } Qui vel quæ cantus exercet. Plaut. Trinum. 5.
Cantrices, ciſtellatrices, nunti, raptores panis & peni.
Cantrices antes, Luſciniolę & merulæ. Varr. de Re ruſt. lib. 3. cap. 4.
¶ Cantor formularum, pro Iuriſperito. Cic. 1. de Orat. Ita & tibi Iuriſconſultus ipſe per ſe nihil, niſi legulcius quidam cautus & acutus, præco actionum, cantor formularum, auceps ſyllabarum. Vide Cautor formularum, in CAVEO.
¶ Cantor, pro hiſtrione, vel actore fabulæ. Ouid.
-dotece cantor vos plaudite dicat. In candę ſententiam & Prudentius antiquos poeta vſurpauit, quum ſcribit,
Vt tragicus cautor ligno tegit ora cauato
Grande aliquod cuius per hiatum crimen anhelet.

Cantus, huius cantus { *ἀοιδὴ, μουσικὴ, μελος* } Eſt inflexio vocis, & pro cantione cuiuſcunque rei dicitur. Martial. lib. 14,
Ille trochus pueris, ait mihi cantus erit.
Cantus & numeri. Cic. 5. Tuſcul.
Cantus & ſymphoniæ. Cic. pro Cœlio.
Modi & cantus. Cic. 1. de Orat.
Nctni atque cantus. Cic. de Somnio Scipionis.
Auium cantus, Horat. 3. Carm. 1.
Buccinarum cantus, & galloru. Cic. pro Murena, Te gallorum, illum buccinarum cantus exſcitat.
Dulcior. Cic. 2. de Orat. Qui enim cantus moderata pronuntiatione dulcior inueniri poteſt?
Citharæ. Horat. 3. Carm. ode 1.
Galli cantu. Horat. 1. Serm. fat. 1.
Sub galli cantum conſultor vbi oſtia pulſat.
Mutare muſicorum cantus. Cic. 3. de Legibus, Idque haud paulo eſt vetius quàm quod Platoni noſtro placet, qui muſicorum cantibus aut mutatis, muratiue ciuitarum ſtatus.
Neruorum. Cic. pro Sext. Roſc.
Symphoniæ. Cic. 2. Verr.
Tibiæ cantus. Horat. 3. Carm. 7.
Cantus vocis. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Vocum quotidianus cantus Cic. pro Roſc. Animi & aurium cauſa tot homines habet, vt quotidiano cantu vocum, & neruorum, & tibiarum, nocturnúſque conuiuiis tota ciuitas perſonet.
In cantu flexiones & voculæ. Cicero 3. de Oratore, Quanto molliores ſunt, & delicatiores in cantu flexiones, & falſæ voculæ, quàm certæ & ſeuerę?
Inſignis cantus. Valer. 3. Argonaut.
Æmonij cantus, Magici, ab Æmonia, id eſt Thraciæ mulieribus; quæ his olim artibus inſignes erant. Valer. 6. Argonaut.
Apollinei. Ouid. 11. Metam.
Clarus. Valer. 8. Argonaut.
Feralis. Sil. lib. 5.
Feſtus. Claud. 1. Panegyrico,
Coniugij necdum feſtiuus regia cantus Sopierat.
Flebilis. Senec. in Hercul. Oet. 1, 2.
Cantu noſtra caner tempora flebili.
Fluens, Metaphoricè; dicitur, pro ſuaui & dulci. Valerius 3. Argonautico.
Felices cantus dare. Tibul. lib. 3. elegi. 4.
Garrulus. Plin. lib. 10. cap. 29, Luſcinia diebus ac noctibus continuis x v garrulus ſine vlo termiſſu cantus.
Inſoliti cantus. Claud. de Rapt. Proſerp.
Lugubres. Horat. 1. Carm. ode 24.
Luſtrifici, Expiatorij. Valer. 3. Argonautico,
Atque ita luſtrifico cantu vocàs, Ite percmpti.
Obſcurior. Cicero in Oratore, Eſt autem in dicendo etiã quidam cantus obſcurior, &c.
Paſtoralis. Vide paulo pòſt, Modulari aliquem, &c.
Pius. Stat. 5. Syl. 2.
Raucus. Virg. 8. Æneid.
Cantus Siculi apud Iuuen. ſat. 9, dicuntur cantus Sirenum quæ iuxta Siciliam habitarunt, ab Vlyſſe & eius ſociis euitati, idque auribus vera obtuatis.
Sirenum cantus. Claud. 22. epigram.
Supplex. Claud. 3. epigrammate,
-& ſupplice cantu Præſtiterit noua vires poſcit.
Tener. Claud. 1. de Rap. Proſerp.
Tremulus. Horat. 3. Carm.
¶ Accendere Martem cantu. Virg. 6. Æneid.
Accerſere cantus lacrymis. Propert. 4. eleg. 1.
Circunſonare aliquem cantu. Claud. 2. de Rap. Proſerp.
Commouere cantu. Virg. 4. Georg.
Concelebrare cantu carmina. Lucret. lib. 5.
Dare cantus. Virg. 1. Æneidos.
Et cœtu cinxere polùm, cantuſque dedere.
Cantu delíniri. Quintil. lib. 5. cap. 8.
Euchere cantu ad ſydera. Sil. lib. 8,
Mantua Muſarum domus, atque ad ſydera cantu
Euecta Andino. Id eſt Virgilianо.
Exercere. Virg. 1. Georgicorum,
Nequicquam feros exercet noctua cantus.
Flectere. Lucret. lib. 5.
Flectuntur cantu atque couſiſtunt ſæpe immanes beſtiæ. Cicero pro Archia.
Flere cantu incendia. Stat. 5. Syl. 1.
Frndere cantus gutture. Cic. de Diuinat. Haud modicos tremulo fundes è gutture cantus.
Cantus hortatur remigem. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Imitari aliquid ucrus atque cantibus. Cicero de Somnio Scipionis.
Incitari ſono quodam vocum, & Phrygiis cantibus. Cic. 1. de Diuinatione.
Leuate malum cantu. Horat. Epod. 13.
Raucisono minantur cornua cantu. Lucret. lib. 4.
Modulari aliquem cantu. Claud. 2. Panegyrico,
Te paſtorali modulantur Mænala cantu.
Mollire aliquem cantu, Id eſt placare. Ouidius ad inanimata tranſtulit, 11. Metamorphoſeos,
Cantibus ecce tuis ſorent cantu mulliſſe.
Mouere cantus. Virg. 10. Æneid.
Miſcere domum cantu. Claud. 1. de Rapt. Proſerp.
Mulcere cantu æthera. Virgil. 7. Æncidos. Id eſt lenire. corpora enim ſunt elementa: non enim mulcetur, niſi quod corporate eſt. Seruius.

Pelluntur animi vocum grauitate & cantibus. Cic. de Diuin.
Perrepat lueus cantu symphoniæ. Cic. 7. Verr.
Perſonabat vicinitas cantu voeum. Cic. pro Sex. Roſc.
Perſonat tibia cantu. Ouid. 2. Amor. eleg. 12.
Præbere aures cantibus. Ouid. 4. Meram.
Præſonare lueos aſſiduo cantu. Virg. 7. Æneid.
Ruorpere cantu arbuſta. Virg. 3. Georgicorum.
Et cantu querulæ rumpent arbuſta ciealæ. Id eſt nimio clamore. Seruius.
Rumpunt cantus ſilentia. Claud. 2. de Rapt. Proſerp.
Solari cantu laborem. Virg. 1. Georgicorum.
Interea longum cantu ſolata laborem.
Solleitare cantu Cupidinem. Horat. 4. Carm. ode 13.
Sopire cantu. Claud. 1. Panegy.
Stimulare cantus alicuius; eſt calcar alicui addere, & exeitare ad canendum. Stat. 5. Syly.
Strepere cantu rauco. Virg. 8. Æneidos.
-rauco ſtrepuerunt cornua cantu.
Cantu vocat in certamina duos. Virg 6. Æneid.
¶ Cantus, pro carminibus magicis, ſiue incantatione. Ouidius 7. Metamorphoſeos. -coneuſſaque ſiſto, Staotia concutio cantu freta.
Componere cantus. Tibul. 1. eleg. 2.
Soluere amores cantibus. Tibul. lib. 1. eleg. 2.
Tanti cantus, Seetra incantamenta. Valer. 7. Argonaut.

Cantulus, cantuli, pen. cor. Diminutiuum. Firmic. lib. 3. cap. 13. In quarto loco Mercurius & Saturnus ab horoſcopo partiliter conſtituti, ex inuento cantuli, & organi, facient magiſtros.

Canto, cantas ¶ ἄδω, μέλπω, γάρυω, μολπέω, & μουσίζω ¶ cantare, Frequentatiuum. Terent. Eunuch. 3. Cantarum prouocemus.
Pares cantare parati. Virg. 7. eclog.
Et cantare pares, & reſpondere parati. Hoc eſt, qui poſſent continuum carmen dicere. Seruius.
Aues cantantes. Propert. 4. eleg. 10.
Cycni. Virg. 9. eclog. 2.
-Vare tuum oomen, &c.
Caotantes ſublime ferunt ad ſydera cycni.
Puellæ. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 10.
Inuiteem. Horat. 3. Carm. ode 28.
Auena ſteeti. Ouid. ad Piſonem.
Auenis ſtudijs. Ouid. 1. Metam.
Pede certo. Tibul. 2. eleg. 1.
Amieam. Horat. 1. Serm. ſat. 5.
-abſentem cantat amieam
Multa prouoluntur vappa nauta.
Ad lumen amieæ. Ouid. 5. Faſt.
¶ Cantare alicui aliquid; pro Sæpius dicere, admonere, inculeare.
Terentius, Qui harum riores cantabat mihi.
Obſeena. Ouid. 3. Faſtor. Subaudiendum, Verba, aut carmina.
Rullica verba. Tibul. 2. eleg. 1.
Cantare fidibus alicui. Plaut. Epid. 10.
Conduĉta veni vt cantarem fidibus ſeni. De fidicina loquitur.
¶ Cantare, cum datiuo rei in animam æ. Ouid. de Faſtorum,
Cantabat ſanis, cantabat tibia ludis,
Cantabat morbis tibia funetibus. Videntur hi datiui per ablationes exponi poſſe addita præpoſitione in.
Surdo cantare. Propert. 4. eleg. 9,
Caniabant ſurdo, nudabant pectora exco.
Vinei cantando. Virg. 3. eclog.
Signum cantandi dare. Cic. 2. de Diuinat. Quid in mentem venit Calitheni dicere, deus gallis ſignum dediſſe cantandi, quum id vel natura, vel caſus efficere potuiſſet?
¶ Cantare, pro celebrare, colere laudibus. Cic. ad Quint. Fratrem, lib. 2. Nam vt ſeis, iampridem illum eanto Cæſarem. Id eſt, ſummis laudibus celebro.
Amores. Ouid. epiſt. 15.
Carmina. Horat. 3. Car. 1.
Conuiuia. Horat. 1. Carm. 6,
Nos coouiua, nos præda virginum
Cantamus vaeui.
Laudes alicuius. Ouid. 2. Faſt.
Dignus cantari. Virgilius 5 eclog.
Et puer ipſe fuit cantari dignus, & ee.
Cantari verſu. Ouid. ad Piſonem,
Tu mihi Mecenas teteri eanabere verſu.
Cantare literæ. Plaut. Bacchid. 2. 2.
Sed metuo ne idem eanent, quod priores. Id eſt ne eadem verba contineant.
¶ Cantare, pro ineantare & faſcinare. Virg. eclog. 8,
Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Vbi Seruius, Cantando, dum ei ineantatur. Item gerundiuus modus ab omni verbo ſimiliter procreatur, vnde modo cantando à paſſiuo ait, quum idem alibi ab actiuo dixerit: vt eelog. 3.
Cantando tu illum? Tale eſt illud in Sallullio, Quum ipſe ad imperandum Iſidium vocaretor. Id eſt vt ei imperaretur.
Cantatus, penultima producta ¶ ἀδώλιος, ὁδὸς ¶ Partuepium. Statius 2. Syluatum. 2.
Aſteris & Vatis totam cantata per vrbem.
Aque cantatæ. Ouid. epiſt. 24.
Carmine cantato cælum deuſatur. Ouid. 14. Metam.
Herbæ. Ouid. 1. Amorum, eleg. 8.
Cantatæ leges imponere lunæ. Propert. lib. 4. eleg. 3.
Vua. Ouid. 3. Amorum, 6. eleg.

Cantamen, penultima producta, neutri generis ¶ ἀπαξ ¶ pro ineantatioue dicitur. Propert. 4. eleg. 4.
O vtinam magicæ oolſem cantamina Muſæ.

Cantator, & cantatrix, penol. prod. alia verbalia ¶ ἀοιδιστὴς, ἀοιδὸς, ἀοιδὴ ¶ Qui vel quæ conſueuit canere, & crebrò cantus exercere. Varro 3. de Re ruſt. cap. 5. Intra teetem aues ſunt omne genus, maximè cantatrices, vt luſcinioiæ ac merulæ. Alia exempluria habẽt, cantrices. Martialis lib. 13.
Dulcia defecta modularur carmina lingua
Cantator cycnus funeris ipſe fui.
¶ Cãtatorem, ſine adiecto, appellat Mauricius quidam hiſtoricus, vt Turnebus refert, qui exercitum horiatur, & animat oratione milites ad fortiter dimicandum ante pugnam, velut ad eorum aures canens. Hæc ille.
Chorcæ cantatrices. Claud. de bel. Gildon.

Cantito, cantitas, penult. corr. ¶ ἀοιδίζω ¶ cantitare, Frequentatiuum à Canto frequentatiuo. Terent. Andr. 4. 7. Factiurn credo, vt habeas quicum cantites. Cic. de Clari. Orator. Virtutem cæterarum illa carmina, quæ multis ſeelis ante fuam ætatem in epulis eſſe cantitata à ſingulis conuiuis de clarorum virorũ laudibus in Originibus ſcriptum reliquit Cato.

Canobita, a, penult. prod. ¶ κανωβίτης ¶ Nomen gentile ductum à Canobo, quam Canopum alij, Stephanus de vrbibus Canobũſam vocat, ſi non fallunt exemplaria.
Littora Canobita. Caiullus epiger. 66.

Canobvs, Nauis Menelai gubernator, quo tempore Menelaus ipſe in Ægyptum perrexitde quo infrà in dictione Canopus.

Canon, canonis, genuit. corr. Latiné regula dicitur, κανὼν, κανόνος. Cic. ad Tironem, lib. 13. Sed heus tu, qui κανὼν eſſe meorum ſcriptorum ſolebas, vnde illud tam ἀπαρέμφατον, valeruditi fideliter inſeruiſti? Plin. lib. 34. cap. 8. de Polyclto. Ieere & quem canona artifices vocant, lineamentaris artis ex eo petentes velut à lege quadam. Budæus interpretatur *Virgatum vas chyli & sanguinis.* ¶ Canon etiã ſignificat lorum ſcuti in quod brachium immittitur.
Canon, in re numaria quid ſit, docet Aſconius. Tria enim penſitationum genera fuiſſe dicit apud auiiqnos: canonem, obtationem, indictionem: vt ſi Iudæ eanõ, quod domanium dicitur: vt portoria, vectigalia, & huiuſmodi. Obtatio, quæ auxilia nõſ dicimus: vt obtatum vini hominum diuendiri. & vice ſima ejus quod cuppatim cuiuſcumque venit, reliquarúmque merciũm quæ à ſolidariis negotiatoribus venduntur, quos groſſarios appellant quæ, à minutariis & ven dratoribus, qui & propolæ dicuntur, hoc eſt nõ ſua vendentes, ſed à negotiatoribus emptata, pluris poſtea vẽdentes. Indictio eſt quam talcam vocamus: antiqui collationem vocabant. Cicero etiam Collectam dicit. Græci τέλεια appellant, & συμβολάς. Hodie igitur coactores, id eſt receptores cauonarios, obtationales, indictionales, ſiſcarios, & arrarios, aliſque nominibus appellare licet, Latinè loquentibus. Budæus.

Canonicvs, penult. corr. ¶ κανονικὸς ¶ Adiectiuum, Regularis dicitur.
Canonici vocantur à Pythagoreis harmonici, qui primas in iudicando partes, longéque ratas maximè rationi aſcribunt.
¶ Canonica, à Græcis nũcupata eſt altera Geometriæ pars, vt Varro prodidit, quæ vocum ſi gnitudines & altitudines menſu diſtinguat certo. Logoe autem menſura rhythmus vocatur, id eſt modulus, vel numerus, & pedum ordo. Altior autem, μετρικὴ, id eſt cãtus modulatus: nam μετρικὴ id eſt menſurata feu dimenſina, ſyllabarũ excute menſum, & canonicæ porro eſt. Hæc Cæl. antiq. lect. lib. 15. cap. 14.
¶ Canonica illano, cuius meminere Impp. Honorius & Theodoſ. in l. placeo. C. de facroſanct. eccleſ. Id eſt, quæ ad canonem pertinet. Canonem præſtianonem lege impoſitum, ad cuius ſolutionem etiam eccleſia tenetur.
Canonicatus, appellatur titulus regularis faerdotij in eccleſia, vnde ea nomina dicuntur: & diſſert à prabenda, quæ reditus habet anonos ex tali titulo. Itaque qui vtrunque habet, ex canonicus prabendarius dicitur, 70. diſtin. cap. Sanctorum canonum.
Canotiũ, Locus eſt, ſi Rhodigino credimus, ſaeris viris & canoniẽ vi uentibus deſtinatus. In nauibus etiam, quæ eataphractæ vocãtur, & earaffromata habent, id eſt paumenta ſuperiora, vel tabolata, ligna quibus tabulæ inẽmbunt, canonia nuncupantur, vt idem Calius author eſt lib. 5. cap. 21.

Canor. Canorus, Vide CANO.

Canopicvm, penult. prod. Zeugitanæ regionis, quæ propriè Africa & minor Africa Plinio dicitur, oppidum eſt, eodẽ author lib. 5. cap. 4. Eſt & Canopicum Nili fluminis oſtium, quod eum caeteris commemoratur Strabo, lib. 17. timo, Plin. lib. 5. cap. 10. Ammiano lib. 22, & Pomponio lib. 1.

Canopitanvm, penult. corr. Oppidum liberum Zeugitanæ regionis, ſiue Africæ minoris Plinio lib. 5. cap. 4.

Canopvs, deus cultus ab Ægyptiis, cuius originẽ Suidas & Ruſin. lib. 11. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ cõmemorant. Fetunt enim Chaldæos per varias orbis regiones iguem ſuum circunferre ſolitos, & cum omnium nationum deis contendere, vt qui deus vicifet, ab omnibus crederetur. Quare quum deiqui ex ære, auro, argento, ligno, vel alia quauis materia conflabant, igne omnino abſumerentur, Chaldæorum loeris omnibus præflabat. Hæc quum Canopi facetdos audiſſet, quibdam cõtra ignem eallidum excogitauit. Solebant in Ægypto fictilia vaſa quædam fieri, quæ hydriæ vulgò appellantur, minimis quibuſdam foraminibus peruiæ, quibus turbida limpidiſſima & deſecatiſſima effluit. Harum ille vnam cera foraminibus obturatis cepit, variis coloribus vndique depictam, aqua repleram, ac vt deum ſtatuit & excidens vetetis ſimulach caput, quod Menelai gubernatoris ferebatur, impoeens diligenter ſimulacro aptauit. Adſunt poſt hæc Chaldæi: tur in conſtigum, citea hydriam ignis accendituc, cera diſſoluitur qua foramina erant obturata: diffuſe aqua ignis extinctus eſt. Aſſiguur faerdotũ Canopos deus victor dei Chaldæorum euaſit, & ex eo deus culus eſt. Vide plura apud Ruſinum.

Canopvs, penult. prod. ¶ κάνωβος ¶ Parua infula eſt mediterranei maris, Nili oſtio, quod Canopicum vocant, obsita. Menelai gubernator Canobus ibi forte mortens nomen inſulæ, illa olim dedit. Hæc Pomponius

Pomponius Mela. Proinde quum à Canobo dicta sit, idcò b litera scriptum aliquìdo vocabulum, este Quintiliano lib.1.cap.9. Canopi porrò his verba meminit Tacitus lib.2. historiarum. Conditore (inquit) id Spartaui ob sepultum illic rectorem quuis Canobum, qua tempestate Menelaus Graeciam petiit, diuersum ad mare terrámque Libyam delatus. Nuti sunt Menelai posti Helenam raptam, ad Syrium linus errores, ex Homero.

Famosus Canopus, I. uen. Sat. 15.

-sed luxuria quantum ipse notaui

Barbara famoso uon eedit turba Canopo.

Pellax Canopi gens fortunata. Virg. 4. Georg.

¶ Est item Canopus, fyderis nomen, cuius meminit Pli. lib. 6. cap. 23. in describ rione Taprobanae insulae.

Canopitanus, pen. prod. ad ir ctium. Solinus cap. 44, Quod ab Atlante ad vsque Canopitanum ostium pandit ur.

Canta. pro Cantata ueteres vſi sunt. Festus.

CANTABRA, fluuius in Indum erumpens, cum tribus aliis quos secum trahit fluuiis. Plin. lib. 6. cap. 20.

CANTABRI, gen. cant. Cantabrorum. Populi sunt in Hispania Tarraconési ad Oceanum, vt docet Ptolem. lib. 2. cap. 6. Hodie *Biscans*. Et Plinius libro 4. cap. 20. finitimi his qui tractum trans Duriam seruant. Hi ab Augusto fuerun subacti, vt inquit Strabo lib. 3. Et Suetonius in Vita Augusti, cap. 20 & 21. ante Augustum nemo eos subegerat: quod videtur innuere Horat. 3. Carm. ode 1.

Cantabrum indoctum iuga ferre nostra. Efferi sunt, & sine armis nullam esse vitam existimant. De quibus Silius libro 3. & 5.

Bellicosus cantaber. Horat. 2. Carm. ode 11.

Cantaber Sociculi. Iuuenal. Sat. 15.

Cantabrices, pen. corr. Cantabricis, à adiect. vt Bellum Cantabricum. Horat. 1. epist. 19. Militiam puer, & Cantabrica bella tulisti.

Cantabrica, Herba est vbique nascens, caule iunceo pe dali, in quo sunt flosculi oblongi, velut calathi: in his semen perquã minutum. Dicta autem est Cantabrica, quòd per Augusti tempora reperta sit à Cantabris in Hispania. Ex Plinio lib. 25. cap. 8.

Cantabrum, cantabri. Arnobius, Nam & figura ipsa, & cantabra, & vexilla eaſtrorum quid aliud quàm inauratae eruces sunt & ornatae? Sed quae cantabra fuit non ita dictu promptum est: Videntur esse cantabra, quae Tertullianus Tabra vocauit. Ego, si capiralis ista fortè audacia nemini esse videatur, vnus literulae immutatione labenter contabra legerim. Nam vt à candela candelabrum: sic à conto contabrum dicereturr non inepte: amplius ramen pronuntiabimus, & non liquere nobis dicemus: vocabula ita rara difficiles habere explicatus. Imò verò legendum affirmabimus, signa ipsa atque labara: cantabrum autem eſt Aspicio & Caelio furfure. Verba sunt Turnebi.

CANTARVS (*Cantharus*) Poeta comicus Athenicosis, cuius feruntur fabulae nonnullae posire à Suida.

Cantator, Cantatrix, Cantatio, In CANO.

Cantertus, In CANTHERIVS.

Cantharas, Gremmae species, quae scarabeorum effigiem habet: quippe Graeci *scarabaeos*, vocant scarabeos. Plin. lib. 37. cap. 17.

Cantharis, pen. corr. cautharidis: vel Cantharida, cantharidæ, pen. corr. (*Scarabaeus*) Vermis viridis, in summitate ramorum fraxini & oliuae nascens: cuius flocculi in vesicam ingressi, & exuentum interimunt. & humano corpori applicitus, vesicas plenas humore facit. Ouidi. in lbin, Cantharidum fuccos dante parente bibas. Plin. lib. 29. cap. 4. In cantharidibus magna quaestio: quoniam ipsae venena sunt potae vesicae eum eruciatu praetipuo.

Cantharis, pro venenata ponitur. Cic. ad Paetū, lib. 9. 21. Caius accusante L. Crasso cantharis damnatus fumpsisse dicitur. Budzus.

Cantharites, æ, Vini transmarini genus Plinio lib. 14. cap. 7.

CANTHARIVM (*Cantharium*) Promonrorium est in Samo insula, ſtadiis octoginta à Dracano ciuidem insulae promontorio distans, qui tra-ctibus minimus eſt intermedio orum. Author Strab. lib. 14.

CANTHAROLETHOS (*Cantharolethos*) Locus Thraeiae exiguus, à cantharis exitio dictus, quòd ibi ex omni animalium genere solus necretur cantharus.

Cantharus, pen. corr. (*Cantharos*) Poculum, quo vſus est pater Liber. Plin. lib. 33. cap. 11. Marcus Pollio Victorum Cimbricum cantharis potasse liberi patris exemplo tradirur. Macrob. lib. 5. Saturn. cap. 21. Scyphus Heredis poculum est, ita vt Liberi patris cantharus.

Paruulus cantharus. Iuuen. Sat. 7.

¶ Cantharus, alsi significatu. Paulus I. Cztera. D. de legat. 1. Srd & automataria, & cantheri per quos aquae fluunt, poterunt legari: mamet si impositi sint. Africanus Pareeg. lib. 1. cap. 20. Dubium est, quid hoc loco sibi velint cantheri: nisi accipias pro vasis aquarum, quibus epistomia, id est (vt vulgò vocamus) fpinae addantur, vnde aqua exit, idéoque Salicores dicti Latinis authoribus. Haec ille.

¶ Cantharus, Genus piscis authore Plin. lib. 32. cap. 11. Columlibro 8. Nam & alecula modo capra, & cantharus, exiguúque gobio, &c.

¶ Cantharus, Scarabeus paruus, frumenta erodens. Plinius lib. 18. cap. 17.

¶ Cantharus ex generationis ratione nomen iuuenit. Canthona Graeci aſinum vocant, id eſt *ὀνον*: Orou autem semen, & quidem scarabei proprie. Sic verò progigni animal sraduit, quod nec taeuit Aristoteles, Vbi cantharus aſini retrahenre ſeu ſtercora, quae onidas nuncupant, & orbiculari feré vſinntur figura, ossendent, insistit: ac pe dibus prouoluens, interim genitalem vimam effundit. vode enaſcitur vermiculus qui mox fit cantharus. Cæl. lib. 8. cap. 5.

¶ Cantharus pilulam. Adagium eſt in eos qui castigati ſæpius, nihil proficiunt: sed quod permaneat semel arripuerunt, pertinacius fouent. Quod enim eſt animali ingenitum, nulla prorium arte vieeris. Ductum adagium à pilularum, id eſt orbiculatium ſtercorum illa volutatione, quae eſt cantharis admodum familiaris. Calius lib. 8. cap. 5.

CANTHARVS, cæleſte signum in aquario, ex tribus conſtans ſtellis.

¶ Cantharus, Nodus ſub lingua Apis bouis, quem Ægypti colebane nummus vice. Plin. lib. 8. cap. 46. De hoc cantharo vide Cæl. lib. 8. cap. 5.

¶ Cantharus pro nauigio, vt ex Menādro probat Macrob. lib. 5. Saturn. cap. 21.

Cantherius (vel vt alij ſcribunt) Canterius (*κανθήριος*) Genus iugi in vinea. Columel. lib. 4. cap. 12. Itaque aut veteres (ne nouae radicem agant) arundinibus binas ſingulis vitibus applicabimus: aut ſi regionis conditio permittit, veteta deponemus haſtilibus, quibus annectantur ſuguiae tranſuerſae pertuex iu imam partem ordinis: quod genus iugi, cantherium vocāt ruſtici. Plin. lib. 17. cap. 21. Simplici iugo conflat porrecto ordine, qurm cautherium appellant. Pedamentum Catonis vocat.

¶ Cantherius, Equus caſtratus. Varro 2. de Re ruſt cap. 7. Propter quod discrimen maximè ioſtiutum vt caſtrentur equi. Dempris equi teſticulis ſunt quietiores: & ideo quòd ſemine carent, ij cantherij appellati, vt in ſuibus maiales, in gallis gallinaceis capi. Cic. ad Atticum, lib. 9. 18. Et apud Sene. lib. 2. q. 3. Cautherio vehebatur, hippoperis quidem impoſitis, vt ſeeum vtila portarem.

¶ Cantherius in ſoſſa. Adagium in eum qui laceſſit ad pugnam, mox linquitur animo, vt cominus congredi non audeat. Ductum adagium à cantheriis equis, qui quum deſecti teſticuli & exceſa ſoet alia genitalia, languditores & degeneres ſunt, quod ſemioe careant. Vide Eraſm. in Chiliad. & Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 15.

Cantherius hoc diſtat ab equo, quod maiahs à verre, caprus à gallo, veruex ab aricte. Eſt enim cantherius, equus cui teſticuli amputantur. Haec ex Feſto.

¶ Cantherij, Tigna. Vitruuius lib. 5. Et cantherij prominentes ad extremam ſuggrundationem, ſupra cantherios tempia. ¶ Cantherij ité dicuntur, qui ſubiici ſolent à fabris materiarus, dum moles arborum ſcant. Vulgus *Caballos* vocat. ¶ Item Cantherius, vt author eſt Varro, mons eſt in Sabinis.

Cantherolus, pen. corr. Diminutiuum, pro paruo pedamento. Colum. lib. 11. cap. 3. Deinde quum feeerint caulem, humilioribus quaſcantherolis interpoſitis rigorem ſtylorum cooſtruatorum nisi arundines tranſuerſas in modum tugatae vineae crebras diſpoſueris, thalli eeparum vrnus proſternetur.

Cantheriolus apud Columellam ſunt in eepinis, id eſt eeparum locis munimenta quz dam eeparum, ne thalli earum à venti proſternantur. Sicurin rapinis etiam cantherij, quum operuotur rapz, vr à pruinis ſemina defeudantur. Cæl. lib. 8. cap. 4.

Cantherinus, pen. prod. adiect. vt. Cantherino ritu ſomniare. Plaut. Mercat. 9. Cetre haec mulier cantherino ritu aliens ſomniat. Solēt enim equi ſtantes ſomniare, authore Plin. lib. 10. cap. vlt.

Cantherinum hoi deum. Colum. lib. 2. cap. 9. Vide HORDEVM.

Cantherinum lapathum, Latini rumicem apellant. Plin. libro 20. cap. 21.

Cantheriuus, pen. prod. adiectiuum, Quod cantheriis ſubnixum eſt. Colum. lib. 5. cap. 4, Deinde quz pedamintibus adnixae ſingulis iugis imponuntur, ras ruſtici cantheriatas appellant.

CANTHVS, Abantis filius inter Argonautas ab Apollonio ponitur, ítémque ab Orpheo. Apollonius dicit eum in Libya periſſe: Illaccus autem noſter in Æa.

Canthus, canthi (*κάνθος*) Ferrum quo roz extremitates vinciuntur: ſeu ponus lignea illa rotz extremitas, ex multis partibus curuis cõpacta. Sunt Picardi quamlibet illarum partium vocāt *vne gance*, Francis *vne iante*. Ad quod facere videtur illud Hieroonymi lib. 3. Reg. cap. 7. Tales autem rotz erant quales ſolent in curru heri: & axes earum, & radij, & canthi, & modioli omnia ſuſilia. Quintil. lib. 12. cap. De vir tutib. & vitiis orationis, Barbariſmum pluribus modis accipimus. Vnum gente: quale ſit, ſi quis Aſcum vel Hiſpanum Latine oratiool nomen inferat: vt ferrum quo rotz viotiuntur, ſic ſoles Canthus: quanquam eo tauquam re epto vtatur Perſius. Haec ille. Badius interpretatur in commentarijs Perſij Canthum, Rotæ circumferentiam.

Locus Perſij eſt ſat. 5.

-quanuis temone ſub vno

Verentem ſeſe fruſtra ſectabere canthum.

Canthos oculi vocat Galenus lib. De vſu partium, quos angulos dicimus: facit autem maiorem & minorem canthum.

Canticum, Cantilena, Cantio, In CANO.

CANTIOBIS (*κανθιόβις*) vrbs Germaniæ Ptolemæo: hodie Amberga, vulgò *Amberg*.

Cantio, Cantiuncula, Vide CANO.

CANTIVM (*Κάντιον*) Britanniæ promontorium, Ptolemæo Cantia, regio, vulgò *Kent*: vbi ciuitas Cantuaria, vulgò *Canterbury*.

Canto, Cantor, Cantus, Vide CANO.

CANVCHA. Huius eſt naugabilis, in Gangem influens, vt ſcribit Plin. lib. 6. cap. 18.

C. CANVLEIVS Tribunus plebis rogationes duas tulit, Vt co nubia plebis cum patribus eſſent communia, & vt alter Cõſul de plebe crearetur. Orationem eius aduerſus Conſules vide apud Liuium lib. 4.

Canum, ni, inter ſimplicia mediearnina referrur à Galeno, his verbis, Canum optimum habetur, quod validiſſimum eſt. Inuenitur enim in metallis, in quibus conſtatur, & quibuſdam leuoibus manis. Vires haben, vt vrinam acriter ſtringēres, & quodammodo cauſticas. Haec ille lib. de ſimplic. medicamin.

Canus (*κανεῖος, κάνειος*) adiectiuum, Cui candent ſiue albent capilli prz ſene ctute. Plaut. Bacch. 2.

Cano capite atque alba barba.

Abſynthium canum. Ouid. 5. Triſt. 14. elegia,

Cana prius gelido deſint abſynthia Ponto.

Amator. Tibul. lib. 1. eleg. 8.

Anilitas cana. Caul. epigr. 56.

Barba. Martial. lib. 1.

Cana eſt barba tibi, nigra eſt coma.

Capilli. Horat. 2. Carm. ode 11.

Caput. Ouid. 5. Fast.
Coma. Seneca in Troade. 3.
Crines. Catul. Epigr. 59.
December. Martial. lib. 1.
At quum Decembler canus, & bruma impoteens.
Faulla. Ouid. 8. Metam.
Fides. Virg. 1. Æneados,
Cana fides, & Vesta. Vbi Seruius, Canam fidē dixit, vel quòd in canis hominibus inuentiur: vel quòd el albo panno inuoluta manu sacrificetur: per quod ostendit, fidem debere esse secretam. Nonius autem, Canam fidem, veterem & antiquam interpretatur.
Fila eaua. Ouid 15. Metamorphoseos,
Quæque solent canis frondes inexere filis Agrestes tineæ.
Fluctus. Cic. in Arato,
Nec metuunt canos nutantis murmure fluctus.
Flumina. Virg. 4 Geor. g.
Gelu. Virg. 3. Georgicon,
- & horrida cano Bruma gelu.
Laurea. Ouid. 3. Fast. Lupi. Ouid. 7. Metam.
Mala. Virg. 2. eclog. 8.
Ipse ego cana legam tenera lanugine mala.
Cana mater. Martial. lib. 12. epigr. 32.
Et cum sorore cana mater ingemi.
Montes. Albi ex nive. Virg. 1. Georg.
Nix. Horat. 1. Serm. Sat. 5.
Plumæ. Ouid. 2. Metam. Sic vocat plumas cygni.
Pruina. Virg. 2. Georgicon.
Frigora nec tantum cana concreta pruina.
Puella. Propert. 2. eleg. 17.
Pulus. Claud. 1. de Rapt. Proserp.
Salicta. Ouid. 5. Metam.
Segetes. Ouid. 10. Metam.
Senectus. Ouid. epist. 14.
Cano seu obductus color. Plin. lib. 11. cap. 37.
Veritas. Varro Eudæmonibus, Et ecce de improuiso ad nos accedit cana veritas, Atticæ philosophiæ alumna.
Vesta. Virg. 9. Æneidos,
- & cana penetralia Vestæ Obtestor. Id est venerabilis, antiquissimæ. Seruius.
Cani vilis arborum. Plin. lib. 12. cap. 23. Sunt enim hoc nomine cani arborum vilii, quales in quercu maximè videmus, &c.
Canus, canorum, tantum pluraliter { φυτικὸν } Capilli albi in capitibus senum. Cic. de Senect. Non canis non rugæ repēte authoritatem afferre possunt.
Honorati canis. Ouid. 8. Metam.
Miseri. Perfius sat. 5.
-petite hinc iuuenesque senesque
Finem animo certum, miserisque viatica canis.
Rari. Ouid. 8. Metam.
Venerandi pitt. Seneca in Hercule furente, 13.
Caneo, canes, canui { σημαίνω } canère, Canū fieri & albumve canent herbæ, hoc est albescunt maturino rore afpersæ. Virg. 3. Georgicon,
Luciferi primo cum syderе frigida rura
Carpamus, dum mane nouum, dum gramina canent.
Ætas canet. Claud. de bello Getico,
Totáque sub galeis Mauortia canuit ætas.
Barba canet gelu. Silius lib. 2.
Gramina. Virgil. 3. Georg.
Herbæ. Ouid. 3. Fastorum,
Canuerint herbæ rore recente quater.
Lana canens memora. Virg. 2. Georgicon,
Quid memora Æthiopum molli canentia lana?
Senectus. Virgil. 5. Æneidos,
- annula nectum
Temporibus geminis canebat sparsa senectus.
Canens { σημαίνων } Participium. Valer. lib. 6. Argonautican,
Neurus, & expertes canentis lauigea zeui.
Gelu canens. Ouid. 5. Trist. 2. elegia,
Glebisque canenti semper obusta gelu.
Olua Ouid. 6. Metamorphoseos,
Edere cum baccis fœtum canentis oliuæ.
Lilia. Ouid. 13. Metam.
Pruina. Silius lib. 3
Salicta. Virg. 2. Georgicon,
- & glauca canentia fronde salicta. Locum salicum propiſs arboribus posuit, bene autem ait glauca & canentia: nam salix ab vna parte alba est, ab altera viridis. Seruius.
Senecta. Virg. 10. Æneidos,
Canentem molli pluma duxisse senectam.
Caneſco, caneſcis { σημαίνω } caneſcere, Canum fieri, & senescere, ac defloreſcere. Ouid. 9. Metamorphoseos,
-queritur caneſcere mitis Iasionia Ceres.
Caneſcit arbor. Cic. de Legib. Quercus huic loco non deerit, quæ Mariana dicatur: ea quæ (vt ait Scævola) de fraxino mei Mario, caneſcet ſedis immemorabilibus.
Hos. Plin. lib. 20. cap. 2.
Oratio. Cic. de Claris Orat. Quúmque ipſa oratio iam nostra caneſceret, haberētque suum quandam maturitatem, & quasi senectutem.
Pabula caneſcunt. Ouid. 8. Metamorphoseos,
Pabula caneſcunt quum frondibus vrtur arbor.
Siti caneſcunt tecta. Ouid. 1. Amorum, 2. eleg.
Canities, canitiei { σημαίνω, τρόπος } Color ipſe hominis cani, vel etiam ipſa senectus. Plinius libro 11. cap. 37. Canities homini tantùm & equis.
Canities inguinis ægri, Iuuenal. sat. 10,
An'ne aliquid ſperare poteſi hæc inguinis ægri Canities!
Alba. Ouid. to. Metam.
Arida. Horat. 2. Carm. ode 11. -arida
Pellente lasciuos ardores
Canitiæ, facilemque somnum. Id eſt ſecca: hoc eſt aut nihil in ſe impendente per nimiam parſimoniam, vt ſunt ſenes. aut arida, minus iuuene calens. Acron. Aut quia ea ætate ſuccus exhaurītur, & pellis arefcit, & contrahitur in rugas. Budius.
Feſtina. Claud. de Nupt. Honorij.
Hirta. Ouid. 10. Metam.
Impexa. Stat. lib. 3. Thebaidos,
Canitiem impexam dira tellure volutans.
Incuſta. Virg. 6. Æneidos,
- cui plurima mento
Canities inculta iacet.
Morosa. Horat. 1. Carm. ode 9,
Donec virenti canities abeſt Morosa.
Propera. Stat. lib. 2. Thebaid.
Reuerenda. Claud. 3. de Rapt. Proserp.
Seuera. Claud. 1. de Raptu Proſerp.
Deformare canitiem. Virg. 10. Æncidos,
Canitiem immundo deformat puluere.
Inſicere. Ouid. 3. de Arte amandi,
Fœmina canitiē germanis inficit herbis. Id eſt capillos canos tingit.
Ponere. Ouid. 7. Metamorphoseos,
Canitie poſita nigrum rapuerē colorem. Id eſt depoſita.
Canitudo, pen. prod. { σημαίνω } Idem. Plaut. Stulus eſt adacrius ætatem & capitis canitudinem. Varro Aboriginum, Sed neque veruus eam etherius, quām nouellus mehior, nec canitudini comes virtus. Ex Festo & Nonio.
CANTIVNCVLA { τρόπος } Verbi eſt Apuliæ maxima, quam præterfluit Aufidus amnis, teſte Plinio lib. 3. cap. 11, quondam à Diomede conditā, vt habet Strabo lib. 6. Cui conuenit Horatius 1. Serm. ſat. 5, vbi de pane Canuſino loquitur,
Nam Canuſi lapidoſus, aquæ non ditior vrna,
Qui locus à forti Diomede eſt conditus olim. Canuſi, pro Canuſij. In hoc oppido lana laudatiſſima fit, quæ Canuſina dicitur, cuius color eſt rutilus.
Canuſinarum fuſcarum, & ruſarum meminit Martial. lib. 14, Hæc tibi turbato Canuſina ſimillima muſto
Munus erit: gaude, nam citò fiet anus.
Canuſinus, pen. prod. { κτητικὸν, κατηγορικὸν } adiectiuum, Incola Canuſij.
Bilingues vocat Canuſios Horatius, quòd vtranque noſcent linguam, & Latinam & Græcam. Fuit enim ſinum Canuſium ea parte Italiæ quæ ab antiquis magna Græcia dicta fuit. Horatius 1. Serm. ſatyr. 10.
-patriis intermiſcere perita
Verba foris malis, Canuſini more bilinguis. Videtur autem non tam ſignificare volu ſſe duarum linguarum doctos fuiſſe illos, quàm vnius, ſed miſtæ ex duabus, Sic vt nec Latinam nec Græcam poſſes dicere, quod vitio magis, quàm laude duxendum eſt.
Canuſinatus, pen prod. { κτητικὸν, κατηγορικὸν } Canuſina veſte indutus. Martialis,
Vt Canuſinatus noſtro Syrus affere ſudet.
C A P
Capane, nes { κτητικὸν } Currus eſt ſic Theſſalis dictus, & virga item in curru eodem nomine. Hinc Capanea Minerua, cuius ſimulacrum viſebatur in gymnaſio Cyiabare apud Argos, de Sthenelo filio ſic nuncupato, vt author eſt Pauſanias. Meminit Cælius antiq. lect. lib. 9. cap. 22.
CAPANEVS, trium ſyllabarum. pen. corr. { κτητικὸν } Marinus Euadnes, vnus è ſeptem ducibus qui Thebas obſederunt, vt author eſt Statius lib 3. Thebaidos, ſuperbus atque deorum contemptor: qui non contentus viciſſe homines, medio Capaneus audtur in aſtris. Is à Ioue, fulmine peremptus in bello Thebano fabulis dicitur, quoniam quum ſcalis admoris Thebanns muros vellet conſcendere, iactu lapidum ab inimicis oppreſſus eſt. Vegetius lib. 4. de Re militari, Qui ſcalis (inquit) in obſidione vtibus vtuntur, frequenter periculum ſuſtinent exemplo Capanei, à quo primùm ſcalarum oppugnatio perhibetur inuenta: qui tanta mole lapidum ſuit obrutus à Thebanis, vt fulminibus dicatur extinctus.
Capaneus, quatuor ſyllabarum, pen. prod. adiect. { κτητικὸν }. vt Capaneā pinus, apud Stat. 8. Thebaidos,
-Capaneique pinus
Iam proeul Aonias volet agnoſcenda caterua.
Capaneius { κτητικὸν } Aliud adiectiuum, quinque ſyllabarum, vt Capaneia coniux apud Statium 12. Thebaid.
-auſa ante alias Capaneia coniux, &c.
CAPARA { σύνθετον Ptolemæo } alio nomine Capera, Hiſpaniæ Luſitanæ verba. Vulgo *Caparoa*.
CAPARANTA, Virgo fuit quædam Veſtalis, quæ incesti damnata, mòxque viua defodienda, ſuſpendio ſupplicium præuenit. Authoe Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 12.
CAPASITAE, inter Ægypti præfecturas, quas Nomos vocant, numerantur à Plin. lib. 5. cap. 9.
Capax. Vide CAPIO.
Capedo, pen. prod. capedinis, f. g. Vas erat ſacrificiis aptum. Cicer. in Parad. Mimiſſe gerāas dus immoralibus capedines, ac fictiles vnguentaſuiſſe, quām ſilicreas aliorum pateras arbitramur? Capedines Turnebus interpretatur pocula. Dionyſium ſequutus qui lib. 2. venus las ποχόους appellat, capedines μάκρας.
Capedunculæ, penult. corr. diminutiuum. Cic. 3. de Nat. d'or. Docebo meliora me didiciſſe de colendis dus immortalibus iure Pontificio & more maiorum, capedunculis quas Numa nobis reliquit.
Capella, Vide CAPRA, pro mare caprarum.
CAPENA, pen. prod. { σύνθετον } Oppidum vicinum Romæ iuxta fontem Ægeriæ. Hinc Capenates, penult. prod. Italiæ populi, Cluſinis vicini, authore

authore Plin. lib. 3. cap. 5. ¶ Est & Capena, porta Romæ, à Capena vrbe, quam Italus rex ædificauit. Hæc etiam porta Appia dicta est, per quam Capuam itur. Iuuenalis,

Subßitit ad veteres arcus, madidâmque Capenam.

Ad portam Capenam est aqua Mercúrio sacra, qua variæ fiebant ablutiones ad expiandā peccata, ea etiam lauro spargebantur omnia quæ dominos nouos essent habitura. Vide Ouid. lib. 5. Fastor.

CAPENAS, pen. prod. fluuius qui Feroniam præterlabitur. Silius lib. 13.

CAPER, Soracteni lib. 12. fluuius est qui Lyodicæum Cæræ vrbem cum Lyco & Asopo alluit. Plinio Caprus dicitur.

¶ Caper, Pticis genus, in Achelōo amnē nascens, & grunnirēs more porcorum. Author Plin. lib. 12. cap. 5.

CAPER, capri (κάπρος) Mas caprarum castratus. Martialis,

Dum iugulas hircum, factus es ipse caper.

Caprum, pro hirco impropriè posuit Virgilius, quum ait, eclog. 7.

Vir gregis ipse caper.

Albus caper. Horat. 3. Carm. ode 8.

Bicornis, Ouid. 15. Metam.

Libidinosus. Horat. Epod. 10.

Setigeri. Silius lib. 3.

Cæditur caper Bacche. Virg. 2. Georgicōn,

Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris Cæditur.

Capra, capræ (κάπρα) A carpendis virgultis, authore Nonio. Plin. lib. 8. cap. 50. Capræ parium & quaternio. Varro de Lingua Latina. Capra, carpacā quo scripturn, omnicarpæ caprę. Varro 2. de Re rusti. cap. 2. Studioſe enim de agrestibus fruticibus pascuntur, atque in locis cultis virgulta carpunt: itaque à carpendo capræ nominatæ.

Caprę dicēt, quòd omne virgultū carpant, siue à crepitu crurum, vnde & Crepas cas pręfici dicrunt. Author Festus.

Sufficere capris arbusta. Virg. 3. Georg.

Ferę capræ, pro Capreis. Virg. 4. Æneidos,

Ecce feræ saxi deiectæ vertice caprę.

Olida capra. Horat. 1. epist. 1.

Sed nimis arcta premunt olidæ conuiuia caprę. Intelligitur hoc loco de fœtore qui sub alis excitatur arctè nimis diſcumbentium.

Hunc & Caprum, & Hircum appellare confueuerunt poetæ.

¶ Capra, si Saidæ credimus, facetè olim dicta est meretrix quædam Nannium nomine, quòd Thalli cuiuſdam cauponam facientis bona deguſtaſſet, tanquam quæ omnia hoſtilia in paſtum, quæ Thallos Græci vocant. Meminit Apollodorus in tractatu de fœtis, vt refert Cæl. lib. 8. cap. 8.

¶ Capra, Signum cælestē. Colum lib. 11. cap. 2. x. Calend. Ianuarias Capra occidit mane, cempeſtatem ſignificat.

Capra ſydus iuſtumque. Horat. 3. Carm. ode 7.

Hœdos videtur ſignificare, quorum ortus & occaſus concitat tempeſtates, de quibus Virg. 1. Georgicōn,

Hœdorūmque dies ſeruandi. Vbi Seruius, Aurigæ ſignum eſt haud longè à Septentrione, cuius pedem cum cornu Tauri vna ſtella cōtingit, ita ut manu ſiniſtra fert Hœdos, in humeris Capram, quæ aliaſſe dicitur ſouem. Oriuntur cum Scorpio menſe Octobri. Ex Seruio in illud Virgilij 9. Æneidos,

Quantus ab occaſu veniens pluuialibus Hœdis.

Capella (ϛίφανος) diminut. Colum. lib. 9. cap. 6. Anniculæ vel bimæ capellæ (tam vtraque ætas parum edit) ſubmitti hœdum non oportet. Virg. 3. eclog. 9.

Tityre paſcentes à flumine reiice capellas.

Fœtus capellæ. Tibullus lib. 2. eleg. 1.

Capellæ felix pecus. Virgil. eclog. 1.

Amantes ſaxa. Ouid. epiſt. 15.

Diſtentæ lacte. Virg. 7. eclog.

Graciles gramen carpſere. Ouid. 1. Metam.

Hirſutæ. Iuuen. ſat. 5.

Hirtæ. Virgil. 3. Georg.

Laſciuæ. Virg. 2. eclog. In LASCIVUS.

Olenia capella. In OLENIUS.

Simæ. Virg. to. eclog. 9.

Dum tenera attondent ſimæ virgulta capellæ.

Vrentes culta. Virg. 2. Georgicorum,

-aut vrentes culta capellas. Omne enim quod momorderint, vrunt, vt ait Seruius.

¶ Agere capellas. Virg. 1. eclog. 3.

-cn ipſe capellas

Protenus æger ago.

Agitare capellas. Virg. 3. Georgicorum,

Lanigeros agitare greges, hirtaſque capellas.

Attondent virgulta tenera. Virg. to. eclog.

Carpunt gramen capellæ. Ouid. 1. Metam.

Paſcere. Virg. 9. Georg.

Domum referunt vbera diſtenta lacte capellæ. Virg. eclog. 4.

Saturantur fronde. Virg. 9. eclog. 9.

Nec cuiſo ſauurantur apes, nec fronde capellæ.

Iniuſſæ veniunt ad mulctra. Horat. Epod. 16.

¶ Capella, Stella. Plin. lib. 18. cap. 31. Quinto Idus Septembris Cæſaris Capella prius vehperi.

Caprarius (κάπρος) Cultos, exercitórque caprarum. Varro 2. de Re rusti. cap. 3. Iscum quum in ſuburbano haberet agrum iugerum mille, & à caprario quodam qui adduxit capellas ad vrbem, denarios ſibi in dies ſingulos dare auditet, &c. Colum. lib. 3. cap. 10.

Caprea, caprææ (ϛόμος, ὄμμα) Dicta quòd quandam caprę ſimilitudinem habeat. Sunt enim ſylueſtres caprę, ramoſis cornibus, paruis, non deciduis: vnde caprei dicti. Martial. lib. 13.

Pendentem ſummæ capreæ de rupe videbis:

Caſuram ſperes, decipit illa canes. Quo in loco ſuſpicātur quidam Martialem impropriè capream vſurpaſſe pro Rupicapra. Vide Geſnerum pag. 332. Capreārum genera vide apud Plinium.

Paſcuis intenta caprea. Horat. 4. Carm. ode 4.

Edules caprææ. Horat. 2. Serm. ſat. 4. Sed hic poteſt pro vitæ accipi. Sic enim habet carmen, Vinea ſubmittit caprææ non ſemper edules. Vide Glareanum in Horat.

Fugaces. Ouid. 1. Metam.

Imbelles. Ouid. 3. Faſt.

Laſciuæ ſimilem ludere caprææ. Horat. 3. Carm. ode 15.

Sequaces. Virg. 2. Georg. Id eſt perſecutrices. Seruius.

Caprę prius iungentur lupis: De re dictur a incredibili. Horat. 1. Carm. ode 33.

¶ Caprea vitis. Vide CAPREOLVS.

Capreolus, pen. corr. (διπλάσιος) diminutiuum, Animal ſylueſtre. *Cheureuil, ſautoir.* Columel. lib. 9. cap. 1. Ferę pecudes, vt capreoli, damæque. Virgil. 2. eclog.

Præterea duo, nec tua mihi valle reperti Capreoli.

¶ Capreolus, Genus ferramenti. Colum. lib. 11. cap. 3. Vere deinde prius quàm cœperit germinare, capreolus, quod genus bicornis ferramenti eſt, terra commoueatur.

¶ Capreolus, dictio tectonica, *Charpente.* Cæſar 2. bel. Ciuil. Duæ primùm trabes in ſolo æquè longę, diſtantes inter ſe pedes 111 collocātur: inque eis columellæ pedum in altitudinem v. defiguntur. has inter ſe capreolis molli ſaltigio cohiungunt.

¶ Capreoli vitum, velut cincinni. Varro 1. de Re ruſt. cap. 31. Ex altera parte caprea dicta, quòd à parti capreoli. Is eſt colliculus viteus tenuis, vt cincinnus. is enim vites vi tenent, ſerpit ad loreā capium dum ex quo à capiendo capreolus dictus. Feſtus, Capreoli vitiū, cincinni inturti, quia ad locum capiundum tendunt, appellati.

Caprilia, appellatur ager qui vulgò Ad caprę paludes dici ſolet. Feſtus.

Caprigenus, pen. corr. (γεννάω) adiect. Quod ex caprarum gencre eſt. Plaut. E pid. 2.

Caprigenum hominum non placet mihi, neque pantherinū genus.

Caprile, caprilis, pen. prod. n. g. (στάσις) Locus vbi caprę feruantur. Plin. lib. 28 cap. 10 , Atque in totum difficilius ſe recolligēres à ſerpentium ictu, in captibus optimè conualeſcunt. Colum. lib. 7. cap. 6.

Capripes, pen. corr. capripedis, penult. corr. Qui pedes captinos habet. Propert. lib. 3. eleg. 17.

Capripedes calamo Panes hiante cancnt.

Satyri capripedes. Lucret. lib. 4.

Caprinus, pen. prod. (ϛόμος) adiect. vt Caprinus grex. Liu. 1 bel. Pun. Et Varro lib. 2. de Re ruſt. cap. 10.

Caprina pellis. Cicer. de Nat. deor.

Lana caprina. Horat. 1. epiſt. 19,

Alter rixatur de lana ſæpe caprina. Prouerbium, vide apud Eraſ.

Capta, æ, Poſſeſſionis cuiuſdam nomen, cuius meminit Modeſtinus in Laurelio. De libertat. legat. vbi tamen Acciatus ex prolatis mendoſe legit, teſte A. Auguſt. lib. 3. Emendat. cap. 9. quem vide.

Capero, caperas, pen. corr. (ϛόμος) caprare: vt Caperate frontē, hic eſt frontem rugis contrahere, & aſperitatem vultus oſtendere: quod à criſpis caprorum frontibus, authore Varrone, lib. 2. de Ling. Lat. vel à cornuum caprinorum ſimilitudine, teſte Feſto, dictum eſt. Vnde & caperatum, rugoſum dicitur. Vtus eſt in paſſiua ſignificatione Plaut. Epid. 13, Quid illuc eſt, quòd illi caperat frons fœcritudine?

Capeſſo, Vide CAPIO.

CAPEVS, Sinus in Arabia, quem accolunt Gaulopes & Chatcni, vt refert Plin. lib. 6. cap. 28.

CAPHAREVS, triſyllabum, pen. prod. (ϛόμος) Eubœæ mons altiſſimus verſus Helleſpontum. apud quem plurimum Græcorum claſſis afflicta eſt propter Palamedis necem. Vnde & Capharei mare dictum eſt. Nauplius enim Palamedis pater, dolēs filiū ſuum factione Vlyſſi interemptum, quum videret Græcos repetitare laborare, monem Capharcum aſcendit, & clara facula ſignum dedit vicini portus. Quæ re decepti Græci, inter aſperrimos ſcopulos naufragium pertulerūt. Hæc Seruius in illud 11. Æneidos,

-ſcit triſte Mineruæ

Sydus, & Eubœæ cautes, vltoręque Capharei. Vide Plinium lib. 4. cap. 12.

Fallax Capharcus. Seneca in Agamem. 6.

Vbi ſæua rapidis clauſa vorticibus regit

Fallax Capharcus. De Capharco promontorio Eubœæ vide Pomponium Melam lib. 2.

Importunus Capharcus. Ouid. 14. Metam. Importunum autem vocat appoſitè, quaſi non bonum portū, quòd ad illius radices Græcorum claſſis maximum fecerit naufragium.

Capharcus, pen. corr. (φόβος) adiect. quadriſyllabum. vt Saxa Capharea. Propert. lib. 3. eleg. 7.

Saxa triumphales fregere Capharea puppes,

Naufraga quum valto Græcia tracta ſalo eſt.

CAPHARNAVM, ſiue potius Capernaū (κώμη) Totius Galilææ metropolis fuit, multis Chriſti ſeruatoris miraculis nobilitata.

CAPHARIS, Inter deſertas inſulas, quæ inter Cherſoneſum & Samothracem ſunt, numeratur à Plin. lib. 4. cap. 12.

Caphiſtērium. Vide CAPISTRERIVM.

Caphura (κάφορα) Actio & Actuario Indi ex arbore eſt tantæ magnitudinis, vt ſub ſingulis hominum centuriæ poſſint quieſcere. Nascitur in montibus mari vicinis, materie leui, & ſerulacea: gummique exudat ciuſdem nominis, quod à recentioribus vrigucntis admiſcetur cuius longe maximus eſt prouentus, qui cælum fulgetris coruſcat. Officinæ *Champhoram* appellant.

Capidulum, Genus veſtimenti quo caput regebatur. Feſtus lib. 3.

CAPIDVLATA, pen. prod. Populi inter Alpinas gentes. Plin. lib. 3. cap. 20. Capillarorum plura genera ad confinium Ligustici maris.

Capillus Veneris (ἄδιαντον) Herba ſic dicta, quòd delapſos poſt alopeciam capillos recreet, ſiue quòd capillorum fluores coerceat. Plin. Adiantum, Polytrichon & Callitrichon appellat.

Capillus, capilli (πεῖ, φύσις, ἔφηβος) Quali capitis pilus: quanuis & pro omni pilo ponatur. Plinius lib. 7. cap. 2. Oſſibus humanorum capitum bibere, cutibuſq; cum capillo pro manubius ante pectora vti.

¶ Capillũ,neutro posuit genere Plautus Mostellaria, teste Nonio. Vide capillum satin compositum sit eommode.

Capillus in hœdis.Gel.lib.12.c.1, In hœdis capillũ gigni teneriorẽ. Capillorum deſluuium vel profluuium, appellant medici Latini eum morbum qui à Græcis alopecia dicitur, quòd eo vulpes ferè quotannis laborare ſoleant.

Abſcſſens capillus.Horat.3. Caem.ode 14,

Lenit abſcſſens animus capillus.

Aſperi.Horat.5.Epod.

Cani capilli.Ouid.2.de Arte amandi. & 1.Metam.

Cæruleo capillo Agathyrſi.Plin.lib.4.cap.12.

Compti.Cic.in Piſonem,Etenim illi compti capilli,& madentes cinnorum fimbriæ,&c.

Coronati,Corona vinẽti.Ouid.epiſt.20.

Demiſſi.Ouid.epiſt.10. Id eſt non in nodum collecti.

Erecti.Iuuenal.ſat.11.

Exigui.Martial.lib.12.epigr.83.

Flaui.Ouid.epiſt.12.

Flexi capilli crimen punire.Iuuenal.ſat.6.

Hirſuti.Ouid.epiſt.9.de Hercule.

Capillus horren.. Plin.Iunior.epiſt.lib.7.ad Suram,Mox apparebat ipſolum , ſenex macie & ſqualore confectus,promiſſa barba,horrẽti capillo.Quem incompoſitum & aſperum,ac impexum dicit Cicero.

Horridus.Cic.pro Sextio. &

Humen i,Madidus.Ouid.11.Metam.

Immiſſi per humerum vtroque.Ouid.6.Metam.

Impuſſos capillos aura dat retro.Ouid.1.Metam.

Incompti.Ouid.9.Metam.

Incincti Phlyra.Ouid.1.Faſt.

Ineulti.Ouid.epiſt.9.

Non venit inculto ceparum more capillus.

Inſtati.Ouid.3.de Arte,

Hanc decet inſtatos laxè ceciſſe capillos. Subaudi à ventis.

Inornati collo pendent.Ouid.1.Metam.

Intonſi.Horat.Epod.15.

Intonſis capitis caput iuuenile.Ouid.1.Metam.

Intorti.Vide INTORQVEO.

Lacerati capillis ennem componere.Iuuen.ſat.6.

Longi.Vide paulo poſt,De Nonere capillos.

Madidi.Ouid.4.Metam.

Molles.Horat.de Arte poetica,

-& molles im.tabitur arte capillos.

Neglecti.Ouid.2.Metamorphoſeos,

Vitta coercebat neglectos alba capillos.

Nigri.Horat.1.epiſt.7.

Nitentes malobathro.Horat.2.Carm.ode 7.

Nitidi capilli deceut aliquem.Horat.1.epiſt.14.

Odorati.Horat.3. Carm.20.ode.

Capillus paſſus.Terent.Phorm.1.2,

Capillus paſſus,nudus pes,ipſa horrida.

Pexi capilli propter conuuia tantum.Iuuen.ſat.11.

Poſiti ſine lege.Ouid.epiſt.21.

Poſitos capillos ſine lege virta coercebat.Ouid.1.Metam.

Præcinti flore.Ouid.epiſt.14.

Promiſſus.Iuuen lib.2.Decad.5.

Pulli.Ouid.2. Amor.eleg.4.

Purpurei.Virg.1.Georgicorum,

Et pro purpureis pœnas dat Scylla capillis.

Capilli rari & cedentes.Plin.Iunior,epiſt.50.

Rigidi.Ouid.2.Metam.

Rudibus dare legem capillis. Seneca in Hippolyt.3. Id eſt inculcos & ſparſos capillos comere & continnare.

Rutili.Ouid.2.Metamorphoſeos,

At Pharon rutilos flamma populante capillos,

Volunur in præceps.

Sciſſi.Ouid.4.Metamorphoſeos,

Deplanzere domum ſciſſis eum veste capillis.

Secti.Ouid.2.Metam.

Anto ſimiles.Ouid.14.Metam. Id eſt flaui.

Electro ſimiles,Id eſt flaui. Ouid.14.Metam.

Sparſi per colla.Ouid.3.Metamorphoſeos,

-ſparſos per colla capillos

Colligit in nodum.

Sparſi rore,Conſperſi.Ouid.11.Metam.

Suffiauus,In SVFFLAVVS.

Vdi.Ouid.5.Metamorphoſeos,

-vdis veniens Aurora capillis.

Viridez capillos ſiccant natæ Doridos.Ouid.2.Metam.

Vittati.Ouid.1.Amor.eleg.7. Id eſt vittæ tecti.

¶ Agitat aura capillos mionſos.Horat.Epod.15.

Comere capillos.Ouid.lib.2.Amor.eleg.8, ad Cypaſſum ancillam Corinnæ loquens.

Comantur.Ouid.1.Metam.

Capillo conſcindere mulierem.Terent.Eunuch.4.5.

Coronare.Horat.2. Carm.ode 7.

Diſcere capillos.Id eſt turbare.Ouid.11.Metam.

Ducere capillus aliquem.Tibul.1.eleg.6.

Germinare capillum. Vide Germino,in GERMEN.

Gerere capillos vertice.Martial.lib.12.epigr.7.

In capillum inuolare.Terent.Eunuch.5.2.

Liccare.Ouid.14.Metam.

Lapiare.Ouid.9.Metam.

Medeare.Ouid.1.Amor.eleg.14. Id eſt Inſcere ſeu tingere.

Olet Arabo rore capillus.Ouid.epiſt.21.

Ornandis operoſe capillis. Ouid.2. Amor.eleg.7. de ancilla Corinnæ.

Pectere capillos matutinos,Id eſt matutino tempore,poeticum eſt. Ouid.de Arte,1.

Pendent capilli.Ouid.2. Amor.eleg.4.

Petere vngubus.Ouid.2. Amor.eleg.7.

Ponere. Martial.lib.12.epigr.18.

-rog hique longus

Lzeus ponere vilticus capillos.

Refocare.Ouid.1.t.Metam.

Reſoluta capillos.Ouid.2.Amor.eleg.14,

Ipſa pectit,ferrũque rogo reſoluta capillos. Pro reſolutis capillis.

Rugent meto.Ouid.1.Faſt.

Rumpere.Ouid.10.Metam.

Sucare.Ouid.2.Metam.

Spargere humerum capillis.Horat.3.Carm.ode 20.

-& leni recerearc vento

Sparſum odoratis humerum capillis.

Turbare.Ouid.3.Amorum,eleg.2.

Vincire vitta.Seneca in Med.10.

Vngere. Horat.1 Carm.ode 29.

Capillocum animalia.Plin.lib.35.cap.15.

¶ Capillus.pro cæſarie.Cic.pro Sext.Roſc. Compoſito ac delibuto capillo paſſim per forum volitet.

¶ Capillus,pro barba.Cic.2. Offic.Qui cultivos metuens conſorios, candente carbone ſibi adurebat capillum.

Capillaceus, adiectiuum ( ) Plin.lib.12.cap.25. Balſamum tenui & capillaceo coma,quod vocant euthemiton.

Capillo ( ) capillare. Plin.lib.37.cap.11, de gemmis,quæ à membris hominum cognominantur.Polytus,inquit,in viridi capillatur. Hoc eſt capillos habere videtur.

Capillatus,penultima product. ( ) adiectiuum, Qui crines longiores habet. Cicero de Lege Agrar. Non minus bene nummatus, quàm bene capillatus. Capillata ſolia ſunt pino & cedro.Plin.lib.16. cap.24.

Capillamentum ( ) Ipſi capitis capilli. Plin.lib.31.cap.6.Herba erocì eſt ſoho anguſto,penè in capillamenti modum.

Capillamentum , quod vulgus *falſum pernuqam* vocat. Suetonius in Calig.cap.11,Naturam tamen ſeuam atque probroſam nec nunc quidem inhibere poterat, quin & animaduerſionibus , pœnisque ad ſupplicium datorum cupidiſſimè interceſſet, & ganeas atque adulteria ea pillamento celarus & veſte longa noctibus ambularet. Galeritulum alias Latini dicunt, Græcè , vel appellatur. Ex Budæo.

¶ Alij capillamentum vocãt non quanecunque appoſitam comam,ſed prolixiorem, longiorem , ſimilemque propè ſeminæ. Nam capillus eſt coma paulò longior,vt quis etiam virilis promittat. Iuuenalis,ille capillato diſſultum conſule potat. Veſtem igitur longam geſſiſſe Caligulam cenſent , vt ſtolam mulier ſolet ad pedes demiſſam, ne agnoſceretur, & capillamentum ſumpſiſſe virili coma longius, ſimileq; mulieb;,aut Mauorum & Hiſpanorum promiſſis crinibus. Cæterum Peronius oſtendit capillamentum eſſe additum comam in viris,vt corymbion in fœminis. Nam ſic de raſa ſcribit,

Euocatúmque me non minus,

Decoro exornauit capillamento. Turnebus.

Capillamenta radeum.Plin.lib.16.cap.2.

Semunum.Colum.lib.4.cap.11.

Stearum.Plin.lib.11.cap.17.

¶ Capillamentum in cryſtallo , rimæ ſimile, pro eo quod gemmarij ſellaturam vocant,acceptu Plin.lib.37.cap.2. teſte Budæo.

Capillatum , Idem quod capillamentum ( ) Sic enim à Capillo capillitium dicitur, vt à famulo famulitium , à facilite facilitium.

Capillitium ſtauum. Apuleius.

¶ Capillitium, ti). Affectio quædam eſt medicæ rei peritis,videlicet quum exigitur caruncular,ac veluti capillamenta,& præcipuè eãdem exeant cum vrina craſſa. Quidam verò, vt narrat Cælius,corpuſcula eiuſmodi pes vrinã tantæ longitudinis reddidit, vt non nulla ad cubiti dimidium extenderentur. Quod quam ob cauſam illi hic accidat,vide apud eundem lib.11 cap.24.

Capillare,capillaris,pen.prod.ti. ( ) Reticulum mulicbre, quo capillos inuoluunt.Martial.lib.3.

Non erubeſcit mutter aurea nubis

Diuidere mœchæ pauperis capillare. Celius Rhodig. lib. 18.cap. 10.accipi putat pro vugurnto ad capillos cxeognato.

Capillaris, Arbor appellatur,in qua tonſum capillum adoleſcentes ſuſpendebant, quando deponebant comam,deo cã facrãtes. Eadem & capillata dicebatur. Erat & in vrbe Roma arbor antiquiſſima, quam ſupra ſeptingentos & ſeptuaginta annos duraſſe compertum eſt, quæ Capillata appellabatur; quòd virginum Veſtalũ capillos ad eam deferre mos erat. Ex feſto. Meminit & Plin.lib.16.cap.44.

Capio, capis,cepi,vel eum diphthongo ccepi,capere, , , capere ; Nonæ ſignificationis eſt. Terent. Eunuch.3.5.

Cape hoc flabellum.

Ab hamis capiuntur piſces.Ouid.1.de Arte,

Hic iaculo piſces,ille capiuntur ab hamis. Capiuntur hamis, hîc eſſet inſtrumentum capiendi. Sed hoc loco capiendi ſignificat. Sic rectè dixeris Capiuntur ab humanibus.

Capere à. Terent. Heaut.3.3.

Dicam hanc eſſe captam è Caria.

Capere ex,aliter acceptum. Terent.Phorm.1.3,

-tu comicio exterea,

Quod ego ex hac inopia nunc capiam, & quid tu exiſtac copia.

Ex æſtu, frigore , nouitate cibi , labe corporis capi. Lucretius libro 5.

Capere ſacra manu.Virgil.3. Æneid. Addidit manu , ad maiorem expreſſionem.

Capere in manum.Plaut.Aulul.4.

¶ Nihil intereſt inter has ſignificationes,Capio hoſtẽ,capio generũ, capio

capio faxum. Duæ autem præpositiones in hoc verbo notandæ sunt, Vna quòd habet reciprocum quendam vsum, vt idem sit, Capi voluptatem, & Capis me voluptas. Cicero, Magnam, inquit, capi ex literis tuis voluptatem. Quintil. in Apibus pauperis, Nec me tanta capiebat voluptas, quòd fluentia ceris mella conderem. Plinius Iunior ad Calusium, lib. 8. Capio aliquâm voluptatem, quòd vila voluptate nõ capiar. Capi somnum, Captus sum somno, vel dicitur sed dici potest, vt propriè: qui enim opprimitur somno, captus videtur somno. Capi delectationem: vt vnquam. Delectatio capit me: sed in passiuo potius, Capeus sum delectatione. Et item in exteris quæ ad delectationem pertinent, Capius sum amœnitate loci, dulcedine vocis, specie mulieris, amore pecuniarum, spe bonorum, magnitudine sublimitateque materiæ. Ita enim omnia delectant, ideoque subinteriisse solet delectatio: quale ipsum illud M. Tullij 3. Offic. Quòd inest in his aliquid probi, quòd capiat ignatos, id est delectet. Ergo probitas inest delectatio: vt ita exponendum, Cuius probi delectatio capiat ignaros, sue ignari capiantur delectatione. Habet (inquit Terentius Andr. 1.) Captus est. fabulnellæ amore, sue pulchritudine formæ, id est delectatione. Valla lib. 6.

Capi ac delniri re aliqua. Cic. pro Cluentio, Animum adolescentis nõdum consilio ac ratione firmatum pellexit iis omnibus rebus, quibus illa ætas capi ac delniri potest.

Falli, capi. Cic. 4. Acad. Sapientis autem hanc censet Arcesilas vim esse maximam, Zenoni assentiens, cauere ne capiatur, ne fallatur videre.

¶ Capi dicuntur virgines Vestales, Flamines Diales, Pontifices, Augures, quam Sacerdotes creantur. Capi autem virgo propteres dici videtur, quia Pontifici maximi manu prehensa, ab eo parentem, an cuiam potestate est, veluti bello capta, abducitur. Gell. lib. 1. cap. 12.

Inter Capere & Accipere. Capere enim, inquit Vlpianus l. 71. D. de verb. signif. cum affectu accipimur: Accipere verò, & si quis non acceperit vi habeat. Idcóque nõ videtur quis capere quod erat restituturus, sed accipere proprie illud dicitur quod est remansurum.

Capere possum eam rem. Id est eius rei capax sum. Paul. in l. si fidei mex. D. de legat. 3. Si fidei mex committatur, vt quod mihi relictum fuerit suprà quàm capere possum; alij restituam: posse me id capere constat.

Capi aliquo, id est amore alicuius capi. Ouid. epist. 4.

Capi affectanæone. Cic. de Amic. Vt animaducrtans nc callida assentatione capiantur.

Dolis capere aliquem. Virgil. 2. Æneid. Id est decipere.

Capi dolis, Decipi. Virgil. 2. Æneid. Captique dolis.

Denis Seneca in Medea, 311.

Formidine. Virgil. 2. Æneidos,

-formidine captos Sternimur.

Fraude. Seneca in Medea, 12.

Insidiis nocbis capiere ferenæ. Virgil. 2. Georg. Id est decipierit.

Capi mundinis. Ouid. 3. de Arte amandi.

Mundities capimur: nec sine lege capilli,

Admotæ formam dánteque, negántque manus.

Mancribus. Tibul. lib. 1. eleg. 9.

Pretio capiuntur auari. Tibul. lib. 3. eleg. 1.

Spe inani. Virgil. 1. Æneid.

Specie. Quintil lib. 1. cap. 5.

¶ Capere, Delectare, vel allicere. Horat. de Arte poetica,

Vt pictura, poëtis erit quæ si propius stes,

Te capiet magis, & quædam si longius abstes.

Hunc capit argenti splendor. Horat. 1. Serm. satyr. 4.

Ocellis aliquem capere dicitur puella. Propert. lib. 1. eleg. 15.

Cynthia prima fuis miserum me cepit ocellis

Contactum nullis ante cupidinibus.

¶ Capere, pro Continere. Terent. Heaut. 2. 3.

Di boni, quid turbæ? ædes capitne vix capiens, scio. Cic. 6. Verr. Tot domus locupletissimas, domus illius vna capiet?

Cælo capi. Cic. 2. Philipp. Illi eam gloriam consequuti sunt, quæ vix cælo capi posse videatur.

Amennam eius capere non poterant ciuitas, Italia, prouincia & res. Cic. pro Milone.

Vna domo capi. Cic. 1. Offic. Sequuntur fratrum coniunctiones post consobrinorum, sobrinorúmque: qui quum vna domo iam capi non possint, in alias domos tanquam in colonias exeunt.

Iram capere. Ouid. 6. Metamorphoseos;

-ardet, & iram Non capit ipsa suam Progne.

Cepit te vacuum vilulta. Horat. 1. Serm. satyr. 3.

¶ Capere, Recipere. Terent. Phorm. 5. 3.

-nam ex his prædus talenta argenti bina

Seruim capiebat. Cic. in Parad. Capit ille ex suis prædiis sexcenta sesterna.

Moram non capit ira. Ouid. de Nuce.

¶ Capere bello. Vatinius ad Ciceronem, lib. 5. 10, Simul verò semissis homo contra me arma tulit, & eum bello cepi.

Inuité capere. Cic. Attico, lib. 8. 14, Inuité cepi Capuam, non quo munus illud defugerem, sed fine causa, &c.

Ab haste capi. Ouid. 2. Trist.

Capi nocte. Ouid. 3. epist. 4.

Arte. Ouid. 2. Amor. eleg. 12.

¶ Capere rum admiratio. Liu. 8. bel. Pun.

Capere acrimoniam alicuius ad resistendum. Cic. 2. in Verr. Quare si Glabrionis patris vim & acrimoniam capere ad resistendum hominibus audacissimis, &c.

Aduersarium. Cic. de Claris Oratoribus, Nimis ille quidem lentus in dicendo, & penè frigidus, fed & callidus, & in capiendo aduersario versutus.

Æquitatem rei verbi laqueo capi non oportet. Cic. pro Cecinna.

Ætatem. Colum. lib. 4. cap. 41, Donec vineæ insti sint roboris, quum aliquot deinde annis quah iuuenilem ætatem ceperint; quot palmites relinqui debeant, incertum est.

Capere alimentum humoris dicitur radix. Columel. lib. 2. cap. 2.

Capit me amor. Cic. 2. de Finib. Qui autem esse poterit, nisi te amor ipse capiens?

Angorem pro amico. Cic. de Amic. Angor ille qui pro amico fere capiendus est.

Animum patrium. Cic. 3. Philip. Aliquando per deos immortales & patrium animum virtutemque capiamus.

Animos alicuius. In ANIMVS.

Animo aliquid. Lucan. lib. 1.

Annos alter ab vndecimo ceperat me. Virgil. eclog. 8.

Arburum. Terent. Heaut. 2. 3.

Vicini nostri hæ ambiguæ de industria

Me ceperc arbitrium.

Arma. Cic. 7. Verr. Arma capiunt, totum Forum atque insulam, quæ est vrbis maior pars, complent.

Capere arma, aliter. Cæsar, Horsarur vt communis libertatis causa arma capiant. Hoc est bellum suscipant.

Arma contra patriam. Cic. ad Brutum, epist. 3.

Augurium. In AVGVRIVM.

Aures. Cic. in Orat. Nimis enim insidiarum ad capiendas aures adhibeti videtur.

Bellum. Sallust. Rursus tam en bellum cepi.

Capere bonum cibo, potione, aurium delectatione. Cic. 2. de Fin.

Calamitatem. Cic. 1. de Diuinat. Ob eam causam Rom. pop. calamitatem maximam cepisse.

Causam. Terent. And. 1. 2.

Si sentiert, geri, aut si libuum fuerit, causam ceperit:

Quo iure, quaque iniuria præcipitem me in pistrinum dabit.

Cibum. Terent. Eunuch. 2. 3.

Cibum nonnunquam capiet cum ea.

Capere cibum digitis alienis dicitur qui manibus est impotens. Iuuenal. satyr. 10.

Commodum ex re aliqua. Terent. Ennnch. 3. 5.

Ex meo propinquo rure hoc capio commodi.

Conditionem. Plaut. Stich. 3.

In conditionem pareo. Cæsar 1. bel. Gal. Edisque posteà in parem iuris, libertatisque conditionem atque ipsi eram, ceperant.

Conjecturam an. Cic. de Diuinat. Vt enim Ceos accepimus orum canicalæ diligenter quotannis solere seruare, conjecturámque capere, ve scribit Ponticus Heraclides, salubrisne an pestilens annus futurus sit.

Coniectura capitur ex eo vt inueniatur. Plin. lib. 35. cap. 4.

Coniecturam capere, & signum sumere ex re aliqua. Varro 3. de Re rust. cap. 16, Eximendorum fauorum signum sumens ex ipsis, quum plenas alues habent, & quum illos germinaturinr: ex apibus coniecturam capiunt, si intus faciant bombum.

Coniecturam de Cic. pro Murena, Atque hunsce rei coniecturam de iuo ipsius studio Serui facillimè ceperis.

Coniecturam ex. Cæsar 7. bel. Gal. Terentius,

Quantum ex ipsa re coniecturam capiunus.

Consilium. Cæsar 4. bel. Gal. Infirmitatem Gallorum veritus, quòd sunt in consilis capiundis mobiles.

Consilium de sententia alicuius. Cic. 3. ad Attic. 4.

Consilium pro tempore & pro re. Cæsar 5. bel. Gal.

Consilium sibi. Cæsar 2. bel. Ciuil. Si id non feciset, sibi consilium capturos.

Consilium agendi, & non agendi. Cic. 4. Acad. Huiusmodi igitur visis consilia capiet & agendi, & non agendi. Belli renouandi. Cæsar 3. bel. Gal.

Corde consilium. Plaut. Merc. 7, -nec quid corde nunc Consilij capere possim, scio.

Conseruationem & exercitationem. Cic. 1. Offic. Hæc igitur & talia circunspicienda sunt in omni officio, & conseruado exercitatioque capienda, vt boni ratiocinatores officiorum esse possimus.

Consulatum. Cic. in Pisonem, Magnificentius est dicere, quemadmodum gesserimus Consulatum, quàm quemadmodum acceperimus.

Coronam cum laude. Lucret. lib. 6.

Cepit cura animum. Liu. 7. bel. Pun. Is vt animum eius cura sacrorum & cæremoniarum cepit, ita repentè, &c.

Dementia animum. Virgil. lib. 4. Æneid.

Dementia incautum. Virgil. lib. 4. Georg.

Capere desiderium ex aliquo. Cic. de Senect. Terent. Heeyr. 1. 2.

Ædepol te desiderium Athenarum arbitrór

Philotion cepisse sæpe.

Detrimentum vel damnum. Cic. in Caul. Nequid Resp. detrimẽti capiatur.

Detrimentum in re aliqua Colum. lib. 1. cap. 8.

Dicta capere alicuius, Audire verba. Virgil. 6. Æneid.

Dilationem. Paul. in 1. inrerdum D. de verb. oblig. Interdum pura stipulatio ex re ipsa dilationem capit.

Disciplinam ex re aliqua. Plin. in Paneg.

Documentum. Cic. 12. Philip.

Dolorem ex aliquo. Terent. And. 4. 3.

Dolorem corde. Plaut. Trucul. 9. Animo. Cic. de Claris Orat.

Opinione omnium maiorem animo cepi dolorem.

Dona. Virgil. 3. Æneid.

Duces beli. Cic. 3. Catil. Nunc quoniam, Quirites, scelerátissimi, periculosissimique belli nefarios duces captos iam, & comprehensos tenetis, &c.

Capere exemplum de aliquo. Terent. And. 4. 1.

Quid istuc sani mirum est, si de te exemplum capit? Vbi Donatus, De te exemplum capit. Virum, si te imitaturum: si de se exigit pœnas? vt ipse alibi, Vtque exempla in te edent. Sed melius, te imitatur, accipimus.

Exemplum ex re aliqua. Cic. de Amic. Atque earum rerum exemplum ex similitudine capiebat inrenutis ætatis.
Exemplum in re aliqua. Colum. lib. 4. cap. 1.
Exordium à re aliqua. Cic. 1. de Legib. A quibus temporibus scribendi capiatur exordium.
Experimentum. Plin. lib. 13. cap. 2.
Fœtem capit difficilia. Virgil. 10. Æneid.
Fluctus irarum non capere in pectore. Lucret. lib. 3.
Formam alicuius. Plaut. Amph. 4. Cic. eodem modo Capere personam dicit.
Fructum. Terent. Eunuch. 2. 1.
-meruit semper, quem ipsa nunc capit Fructum, &c.
Fructum alicuius rei. Cic. de Senect. Honestè acta superior ætas fructus capit authoritatis extremos.
Fructum amoris. Lucan. lib. 7.
Fructum ex re aliqua. Cic. 2. de Divinat. Equidem ex his etiam fructû capio laboris meiqui sum propectûn nostris libris acquiefeunt. Idem Attic. lib. 1. Cui quum æqui fuissimus, tamen multo maiorem fructû ex populi existimatioœ illo dando cepimus, quàm ex ipsius, si absoluius esset, gratia cepissemus.
Fugam. Cæsar 7. bel. Gall. Precibus petierunt ne se & communes liberos hostibus ad supplicium dederent, quos ad capiendam fugam natura & virtus ei firmitas impedirent.
Gaudium. Plin. Iunior. epist. 97. lib. 6. Quod gaudium, vt perpetuò capiam, deos oro.
Gaudium ex re aliqua. Liu. 7. bel. Pun. Aut ex ciuibus victis gaudium meritum terre, & si non honestum, capiam.
Gaudium animis. Liu. 7. bel. Pun.
Generum. Id est eligere, authore Donato. Terent. Eunuch. 4. 5.
Quum illum generum capimus.
Gestum, vultumque nouum. Terent. Phorm. 5. 7.
Nunc gestus mihi vultusque est capiendus novus.
Gloriam ob amicitiam seruatam. Id est laudari. Cic. 1. de Amicit.
Nonne facile ei crit, qui ob eam summa fide, constantia, iustitiaque seruatam, maximam capere gloriam?
Gratiam capere dicitur animus. Cic. Curioni, lib. 2. 5. Quum præsertim confideram, nullam esse gratiam, quam vel non capere animus meus in accipiendo, vel in remouerando, cumulandóque illustrare possit.
Capere populi suffragio honorem. Plaut. Bacchid. 8.
Nam olim populi prius honorem capiebat suffragio,
Quàm magistri desinebat dicto esse obedicns.
Honores primos capere. Ouid. 4. Trist. eleg. 9.
Capimus & reueræ primos ætatis honores.
Incommodum. Cic. 5. Verr. Etenim non modò incommodi nihil capetur, sed etiam, &c.
Incrementum. Columel. lib. 2. cap. 10. Prius quàm luna incrementum capiat.
Iniuricos omnes hominrs, Vulgus *Ponere se in mala gratia* dicit. Terent. Andr. 4. 2.
Per omnes tibi adiuro deos, nunquam eam me defecturum:
Noo, si capiundos mihi fciam esse omnes omnes homines.
Inimicitias in se ob aliquem. Terent. Phorm. 2. 2.
Nam mi ita cum exitimassem, nunquam tam graues
Ob hanc inimicitias caperem in nostram familiam.
Initium à re aliqua. Cæsar, Initium capit à flumine Rhodano. Item apud Quintil. lib. 10.
Initium capere ex arte solent, qui priora omiserunt. Quintil. libro 2. capite 11.
Insulam. Cæsar bel. Gal. lib. 4. Neque longius prosequi potuerunt, quòd equites cursum reoere atque insulam capere non potuerunt. De Britannorum fuga loquitur.
Intellectum rei. Cæius in lexcipiuntur. D. ad Senatusc. Sylla. Qui verò ministri, vel participes exdis fuissent, & eius ætatis vt rei intellectum capere possent: his non magis in cæde dominiquàm in nulla alia causa parci oportere.
Inuidiam apud aliquos, aut iram militum. Liu. 5. ab Vrbe, Ne quam inde aut militum iram ex malignitate prædæ partiur, aut inuidiam apud patres ex prodiga largitione caperet, literas ad Senatum misit.
Inuidiem. Liu. 3. ab Vrbe, Multis inuidiæ cladibus fessi, iudicem pop. Romanum capere.
Iudicem de re aliqua. Plaut. Merc. 15,
De iistac sum iudex captus.
Capere laborem. Cic. pro Rosc. Comœdo, Noo fuit causa cur tantum laborem caperes, & ad me venires.
Laborem ob. Plaut. Trinum. 15,
Quanquam labores multos ob rem eum ego cepisse censeo. Terentius Audr. 5. 2.
Tantum laborem capere ob talem filium?
Laborem inanem. Terent. Heaut. 3. 2.
Laborem animo. Plaut. Trinum. 15,
Lætitiam ex re aliqua. Cicero ad Atticum, lib. 4, Ad summam lætitiam meam, quam ex eo reditu capio, magnus illius aduentu cumulus accedit.
Lætitiam oculis. Cic. ad Attic. lib. 14, Præter lætitiam quam ex oculis cepi iuflo interitu tyranni.
Laudem. Terent. Eunuch. 5. 4,
Quantam & quam veram laudem capiet Parmeno.
Laudem ex re aliqua. Cic. 1. Offic. Nostri autem magistratus imperatosque ex hac vna re maximam laudem capere studebant.
Legarum capere. Iuuenal. Satyr. 9.
Oculis locum capere. Virgil. 2. Georg. Id est eligere. Seruius.
Loca. Cæsar 3. bel. Gall. In consultudine Pop. Rom. loca aperire, castra munire, commeatibus ostros excludere insitunt. Cic. 2. de Orat. Non fugiendi hostis, fed capiendi loci causa cessisse videar.

Cepit luctos ciuitatem. Luius 5. bel. Pun. Ingens quidem & luctus & pauor ciuitatem cepit.
Cepit ea luxuria præfectos. Lio. 6. bel. Maced. Eadem om nes præfectos regis cepit luxuria.
Tum ipsus magistrum cepit ad eam rem improbum. Terentius Andr. 1. 2.
Magistratum, id est adipisci. Cic. pro lege Manil. Quid tam singulare, quàm vt ex senatusconsulto legibus solutus Consul antè fieret, quàm vllum alium magistratum per leges capere liceuisset?
Magnitudinem meosfarum non capit ibi uscum. Plin. lib. 16. cap. 16. Et si magnitudinem mensarum caperet, haud dubiè præferretur cedro. Id est, si tam magnum esset lignum vt ex eo fieri possent mesæ.
Maioritatem. Columel. lib. 4. cap. 13. Quum tamen æquinoctiales pluuiæ præcesserint, & sarmenta iustam maturitatem ceperint. Hoc est matura fuerint.
Mente. Liu. 7. bel. Pun. Et primò magis auribus, quàm animis id acceptum erat, vt maius, ipsusque, quàm quod mèe capere, aut satis credere possent.
Metum. Liu. 3. bel. Maced. Id ægrè & in præsentia hi passi, & in futurum esam metum ceperunt. Id est ceperunt timere in futurum.
Misertam, eui Capere voluptates opponitur. Terent. Adelph. 5. 4.
-misertam omnem ego capio, hic potitur gaudia.
Misericordiam. Cic. pro Quintio, Vt aliquando misericordiam caperet aliquam.
Moderamina. Ouid. 3. Metam. Iocclligit gubernaculi moderamen hoc loco.
Modum. Plaut. Aulul. 15, Neque lex, neque tutor capere est qui possit modum.
Mortem. Cic. Anteq. iret in exil. Neque enim mors miseranda est, quæ ob Reip. capitur.
Nomen ex re aliqua. Cæsar 3. bel. Gal. Ex calamitate pop. Rom. & internecione exercitus nomen caperet. Id est denominaretur.
Noxam. Colum. lib. 11. cap. 1.
Obliuionem. Plin. lib. 7. cap. 14, Ex præalto tecto lapsus, matris & auinum, propinquorumque cepit obliuionem.
Obliuia nostri te ceperunt. Ouid. 1. Trist. eleg. 7.
Cepit animos eorum, vel pectora obliuio. Liu. 7. bel. Pun.
Odium alicuius. Terent. Hecyr. 2. 1.
Iampeidem equidem audiui cepisse odium tui Philumenam.
Odorem. Plinius libro 13. capite 1, Rursus refrigeratum odorem, fuum capit.
Officium alicuius. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 4.
Omen. Cic. 1. de Diuioat. Exisse in quoddam sacellum ominis capiendi causa.
Opinionem virtutis. Cæsar 8. bel. Gal. Collatione reliquarum oõdum eandem vcrutiam & virtutis ceperat opinionem.
Opnida. Varinus ad Ciceronem, lib. 5. 10, Sex oppida vi oppugnando cepi.
Pallorem. Colum. lib. 11. cap. 30.
Cepit ciuitatem pauor. Liu. 5. bel. Pun. Ingens quidem & luctus & pauor ciuitatem cepit.
Pecuniam, vbi agitur de rapina. Cic. 3. Verr. His ego iudiciis non probabo C. Verrem contra leges pecunias cepisse.
Pecuniam ob rem iudicandam. Cic. 2. de Fin. Qui quæ Prætor, & cita aperte cepit pecunias ob rem iudicandam, vt, &c.
Pignus. Plaut. Amph. 3.
Pignora, vel auferre pignora, Est quod nunc dicimus *Captiuorum bonorum*. Bodzus.
Pignori rem aliquam. Vlpian. in L. A diuo Pio. D. de re iudic.
Pœnam de aliquo. Liu. 2. ab Vrbe. Vide POENA.
Pœnas criminis. Lucan. lib. 2.
Portum. Cæsar bel. Gal. lib. 4. non ita procul à fine.
Prædam de prædonibus. Plaut. Trucul. 4.
Præmia. Virgil. 5. Æneidos,
Et fors æquans cepisset præmia rostris.
Præmia à bello aliquo. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3.
Præsig. 2. Plinius libro 18. capite 35, Primumque à sole capiemus præsagia.
Primordia à re aliqua. Cic. 3. de Legibus, Quia cunc itidem ab eodem, & à cæteris duis immortalibus sunt oobis agendi capienda primordia.
Prouinciam. Terent. Phorm. 1. 2, -ô Geta prouinciam
Cepisti duram.
Pugnas. Stat. 1. Sylu. Sigoificat pugnare.
Quietem. Cic. ad Attic. lib. 9. 18, Et tamen omnis spes salutis in illis est, & ego excubo animo, nec paretem vllam capio quietis.
Radicem. Plin. lib. 17. cap. 17, Quum pali dcinà radices cepissent. Hoc est radicasscnt.
Rationem, Inuenire modum. Terent. Hraot. 5. 2.
Ratiooem, aliter. Terent. Heaut. 5. 2.
Nec ratiouem capio, nisi quòd tibi ex animo bene volo. Id est Ignoro causam.
Rationem oculis. Plaut. Pseud. 9.
Cepit quodam religio. Liu. 8. bel. Pun. Quosdam etiam religio ceperat, vtterius quicquam eo die conandi.
Rimam fissuramque non capit cedrus. Plin. lib. 19. cap. 4o.
Robur. Plin. lib. 17. cap. 17. Donec robur planta capiat.
Satietatem. Plaut. Amphit. 5. 5.
Cepit eum fatietas huius rei. Terent. Eunuch. 3. 1,
-tum sicubi eum fatietas
Hominum, aut negoti siquando odium ceperat.
Sedem. Liu. 8. bel. Maced.
Socium cõsilis. Virg. 5. Æneid.
Somnum. Cic. 4. Tuscul. Noctu ambulabar in publico Thrmistoclei, quòd somnum capere ouo posset.
Somnum non posse capere auribus. Cic. de Somoio Scip. Hic verò tantus

tantus est totius mundi inciatistima conuentione fonitus, vt eum aures hominum capere non possint.

Specimen. Cic.1. Tusc ol. Num dubitas quin specimen naturæ capi deceat ex optima quaque natura?

Spem. Colum.lib.3.cap.9. Ita fractissimarum aminearum seminibus electis, largæ vindemiæ spem capiamus.

Spolia è laude alicuius. Cic.1. Tusc ul anarum.

Nec quisquam è vestris spolia cepit laudibus. Verſus ex Sophocle.

Stipendium. Cæsar.1.bel. Gall. Sedes habere in Gallia ab ipsis conceſſas inſidet ipſorum, vt vsuatur diuersis stipendium capere iure belli.

Cepit eum tædium belli. Liu.8 ab V.bc.

Tædia laudis te capiunt. Virgil.4 Georg.

Tempus, pro obſeruare. Cic.ad Brutum, lib.11. Et commodè tempus ad te cepi adeundi.

Terram, pro eligere terram. Virgil.12 Æneid.

Terror cepit eum. Liu.1.bel.Maced.

Timorem pro aliquo. Virgil. Æneid.6, -maria aspera iuro

Non vllum pro me tantum cepisse timorem.

Vectigal ex agro aliquo. Lio.8.bel.Pun.

Verecundia eum cepit. Liu.4.bel.Pun. Quom iam res prosperæ in Hiſpania eſſent, verecundia Romanos tandem cepit.

Verſoriam, Mutare conſilium. Plaut. Trinum.14.

Vetoſtatem. Colum.lib.4.cap.1.

Viam animo. Lio.1.bel.Pun.

Vires. Plin.lib.19.c.1. Poſt ea ſtilula fracta, radix liberè capit vires.

Virtutem animo, & corde expellere dicitur. Plaut. Trinum.10.

Virtum. Colum.lib.3.cap.18, Nam fragilis eſt ea parte materia, qua torta & recurſata, quum deponeretur ceperat vitium.

Voluptatem. Cic.7. Verr. Tametſi mihi iocundiſſimus eſt honos populi, tamen non tantum capio voluptatis, &c.

Voluptatem malis alicnis. Cic.4. Tuſcul.

Voluptatem animo. Cic.pro Planeio.

Voluptatem ex abitu alterius. Plaut. Amph.8.

Voluptatem eum aliquo. Plaut. Amph.3.

Voluptas mihi capitur. Voluptatē capio. Ouid.4.de Ponto, elg.9.

¶ Capere vſu, Vſu capere. Capere teſtitatis cauſa, Diutius poſſidendo eaper e, Diutina poſſ ſione capere. Longa poſſeſſione capere, Longo tempure capere. Per longum tempus capere. Vide Vſucapio, vſucapiti, in V T O R.

Vſuram corporis alterius vxoris, pro adulterum eſſe. Plautus Amphit.3.

Vultates ex amicitia. Cic.de Amic.

Capere vultum & geſtum. Terent. Phorm.5,

Nunc geſtum oshi, vultúſque eſt capiundus nouos.

¶ Capſis, Pterentium, pro Capere. Cic.lib.2.de Leg. Sacrá ſaeroue commendanum ſi quis clepſit capſitve, parricida eſto. Pro rapuerit, & clepſerit. Et Cauſilos, Nefaria ſcripta Sexti recepſo, pro recepero dixit. Cicero tamen alio loco capſis, & tribus conſtatum creditis. Sic enim ſcribit in orat. ad Brut. Iam in vno capſit tria verba ſunt. Ea eſſe ſuſpicor capſis, &c. Verùm id parum ſit verisimile eria verba in duas coiiſſe ſyllabas, & potius eſt, vt præterità ſit quemadmodum ſuperiora. Ex Turnebo.

Capiendus. Virgil.4. Georgicorum,

Hic tibi nate prius vincłis capiendus. De Proteo.

Captus (captus) Partuepium. vt, Interclusus & captus. Cicero Attico, libro 10.

Capti conatus fruſtra. Lio.3.ab Vrbe.

Chelæ,chelarũ {χηλαὶ} Scorpij brachia ſunt:id eſt,anterior pars Scorpij ſigni cælestis. Virg.t. Georg. Quàſcous Erigonem inter, Chelásq; ſequentes Pandit. Cic.in Arato,

Et pauce Chelæ ſtellæ ſimul anguitenentis Sunt genua.

Scorpij Chelæ.Lucan.lib.1.

Scorpion incendis cauda,Chelásq; peruris. Intelligit ſydus Scorpij.

Præcedere Chelas.Lucan.lib.2. ¶

-iam ceeperat vltima Virgo
Phœbum fauras oris præcedere Chelas. Quibus verbis dicit Autumnale fuiſſe æquinoctiumquod ſit octauo calendas Octobris, Solein Libra poſito. Et ideo per Chelas Libram intelligit , quia occidente Virgine,oritur Libra.

Cheles,Lapides nuncupantur,marinis obiecti fluctibus,ne vndarum impetu violentiore perpetim affuliane, cuiuellantur aggerum munimenta,vel id genus erorum. Dicuntur autè ſic,quòd boum vnguliis ferè ſint aſſimiles.Author Cæl.Rhod.lib.1.cap.2.

Chelidon,penult.prod.huius chelidonis,penult.corr. {χελιδὼν} Latinè dicitur hirundo.

Chelidonia {χελιδόνια} Inter ſicarum genera recenſetur. Plin.lib.15. cap.18.à Chelidonis populis in Britannia. Meminit & Columel.lib. 10.verſa 22.à fine,

-Purpureæque chelidoniæ,pingaſſique mariſcæ.

¶ Chelidonia {χελίδονια} Herbæ genus. Plin.lib.8. cap.27,Chelidoniam viſu Galberrimam hirundines monſtrauere , vexatis pullorum oculis illa medentes. Vide item lib.25.cap.8.

Chelidoniæ duæ ſunt ſpecies,quarum maior etiam hodie in officinis nomen retinet:minorẽ autem,quòd ſtrumis medeatur,quas ſcrophulas nonnulli vocant, ſiue quòd ſtrumoſam habeat radicem,Sero plularium appellant. ¶ Chelidonia item vocatur Fauonius ventus,à die ſexto ante Februarias Idus, vſque ad ſeptimum Calend. Martias. eo quòd his diebus hirundines primùm conſpici incipiant. Author Plin.lib.2.cap.47. ¶ Eſt etiam Chelidonia gẽmæ nomen,altera parte purpureæ,nigris interpellantibus maculis, altera hirudinis colorem referentis,vnde & nomen accepit.De hac Plin.lib.37.cap.10. ¶ Item genus aſpidis,vt Galenus author eſt.

CHELIDONIAE.Inſulæ quæ Tauri promontorium peſſiferæ nauigãtibus,duæ ſuntquarum vna Corydela, altera Menalipea dicitur Stephano. Dionyſius trium meminit, & item Strabo lib.14.

Chelidonij,Lapilli qui in ventre pollorum hirundinis reperiuntur.Plin. lib.11.cap.37.

CHELIDONIVM,Eſt Tauri monti promontorium. Plin. lib.5. cap.27, Taurus mons ab Eois veniens littoribus, Chelidonio promontorio diſterminatur. Priſcianus in Perihegeſi,

Partibus extremis Pamphilia clauditur Iliro,
Atque Chelidonias rupes clauditur eodem.

CHELIDONIAE.Promontorium eſt Achaiæ, quod Ptolemæo Chelonia dicitur.Plin.lib.4.cap.5.

Chelonium,Tegumentum eſt teſtudinis animalis, quam *tortam* vul gò vocant.Eius autem integumenti ſimiliudinem habent chelonia, Id eſt retiuacula quibus intra ligna fuecula retinetur. Budæus.

¶ Chelonia,Sunt velut vmbilici aut aſſulæ quæ affigitur arrectariis, in quas ea in armillas diuecti ſiculorum cardines verſantur. Dicta ſunt chelonia à ſimiliudine tegumẽti teſtudinis animalis,quæ χελώνη dicitur,& ipſa tella χελώνιον. Horum cheloniorum frequens eſt mentio apud Vitruuium,lib.10.

¶ Chelonia apud Ariſtotelem Mechanicorum quæſt. 28, ſunt machinæ iuxta puteos ad hauriendam faeilius aquam , alterum partem prægraunte pondere. Tollenones vocat Plin.lib.18.cap.2.

¶ Chelonia, Gẽma. Plin.lib.37.cap.10,Chelonia,inquit,oculus eſt Indicæ teſtudinis , vel portentoſiſſima imagorum mendacia. Melle enim collato ore impoſitam lingvæ , futurorum diuinationem præſtare promittunt quintadecima Luna & ſi lene.1024 die; decreſcente verò ante Solis ortum,exteris diebus à prima in ſextam horam.

Chelonitides,Gemmę teſtudinũ ſimiles:ex quibus ad tempeſtates ſedandas multa vatieinãtur.Plin.lib.37.c.10. Galli vocãt *Crapaudines*. Ex eo nomen inuenerunt Græcem,quòd intus caue,teſtudinum ſint ſimiles.Galli eum,quòd vulgo perſuaſum ſit eas in capite rana tubere eſſe bufonis naſci.

CHELONOPHAGI, penult.corr. (inquit Plin.lib.6. cap.35) in Carmaxie angulo ſunt,teſtudinum ſuperſtice eaſas tegentes, carne veſcentes. Nam χελώνη Græcè teſtudinem ſignificat.Hæ (vt inquit idem lib. 9) adeò in Indico mari magnæ ſunt, vt ſingularum ſuperficies habitabiles eaſas integãt. Strabo lib.16.adeò magnas aliò in loco reperiri ſcribit, vt Chelonophagi in eis naugent.

Chelydrus,pen.prod. {χελύδρος} Serpens non multũ aſpectu diſtans à cheriſydro ſerpente,ſumum qua ſerpit emittens. Lucan.lib.9, Natus & ambiguæ coleret qui ſyrtides arna
Cherſydros , tractique via fumante chelydri. Chelydri dicti ſunt Seruio,quaſi cherſydri,qua in aquis & in terris moraniur. Nam χέρσος, dicimus terram,ὕδωρ autem aquam.ſunt autem de genere ſcipentum. Virgil.3.Georgicorum,

Diſce & odoratam ſtabulis accendere cedrum,
Galbaneoque agitare graues iudare Chelydros.

Medufei chelydri, Dicti à Medusa, cuius crines serpentes erant. Sil.lib. 7. Nigri chelydri. Virg. 3. Georgicorum,
Et stophus scaber, & nigris excta chelydris Creta.
Nigri (ait Seruius) id est noctu bibus.

Chelyne, Labrum superius dicitur, vt nonulli existimant: quanquam alij in ambitu posium partem, eo vocabulo intelligere malint. Vnde Chelymide nuncupantur, quibus ea grandior portio est. Vide Cæl. Rhod. lib. 3. cap. 31.

Chelys, fig. χέλυς} Testudo: capitur & pro Lyra, quòd Mercurius Lyram primus ex testudine fecerit: quam Nilo deerescente in littore reperterat. Camora chelys, Smeea Troade, 4.
Exuere chelyn, Id est deponere. Stat. 4. Sylu. 6.
Fatifeit chelys. Stat. 4. Sylu. 4.
Iotendere. Stat. 1. Sylu. 5.
Laxare. Stat. 4. Sylu. 4. Contrarium est illius quod alibi dicit, Intendere chelyn.
Pulsatur manibus Phœbea. Ouid. ad Pisonem.
Verberare plectro. Seneca Troade, 4.

CHEMNYS, Insula in quodam lacu Ægypti, qua Iueos sylusique, & Apollinis grande sustinens templum uatat, & quocunque vcoti agunt, pellitur. Verba Pomponij Melæ ex lib. 2. De hac Herodot. lib. 2. fernit quem. Echemmin nominat.

Chemosis {χημωσις} Elatio est ambientis oculum membranæ, quæ album quoque appellatur: affectus albæ carnis perfimilis. Ex lib. finit. medic. apud Galen.

Chenalopeces {χηναλωπηκες} Ex anserum sunt genere, quibus proclis lautioribus vtuntur Britanni. Vide Plin. lib. 10. cap. 22. Est autem nomen ex χηνὸς καὶ ἀλώπηξ compositum, hoc est ex vulpe & anse. Vnde & Vulpanserem Æliani interpres transtulit. Anserem enim specie, vulpem calliditate refert. Aquilæ & felis iniuriam facilè propulsat. Aucupi ad nidum accedenti obuiam prodit, vt interrem pullis elabendi spatium præbeat. Vide Æliamum lib. 15. cap. 15.

Chenifcus {χήνισκος} Latinis anferculus est, vnde & puppis extremum, quod ornatus gratia, ad anseris similitudinem effictum erat, chenifcum appellarunt. Apuleius, Puppis intorta ebenisco. De forma chenifci, vide apud Bayfium de re nauali.

CHENOBOSCIA {χηνοβοσκία} Vibs Ægypti, è regione Diospolis, ab anserum, vt videtur, pascuis dicta, qui tamen illic nulli apparent. Huius incolæ dicuntur Chenobosciatæ, qui circa Crocodilos occupantur.

Chenoboscium, pen. prod. {χηνοβοσκεῖον} Locus vbi anseres aluntur. Columel. lib. 8. cap. 14. Qui verò greges nantium possidere studeot, chenoboscia construant.

Chenomychon, Herba ad cuius aspectum expauescunt anseres. Plinius lib. 21. cap. 11.

Chenopus {χηνόπους} Latiorè anseris pes dicitur: quo nomine dicta est & herba, quæ habet effigiem auferini pedis. Plin. lib. 11. cap. 8. Ceras ex omnium arborum satorúmque bubus cenfingunt, excepta rumice, & chenopode.

CHEOPES, siue Cheops, Ægypti rex fuit, Mycerini pater, cuius opus est maxima totius Ægypti pyramis, ad quam faciendam denas hominum myriades in opere habuisse dicitur, & pro apio, cepa, & allio, mille seseenta talenta expendisse. Author Herodot. lib. 2.

Cheopina, æ, pen. prod. Anseris & liquidorum, dimidiæ pinteæ capax. Inanum enim capit, quinum hauitu vno sitibundus hosio absumere posset. Ex Bud. de asse. lib. 5. χόα, fundo πίνω, bibo.

CHEPHREN, Cheopis frater, Ægypti & ipse rex post fratrem, authore Herodoto lib. 2.

Cheramydes, Lapidis genus pretiosi. Plin. lib. 37. cap. 10. Cheramydes eadem esse quam ostracitem vocant, nisi quòd hanc cæruleæ interdum bullæ cingunt.

CHERESMOCRATES {χρησμοκράτης} Insignis quidam artifex fuit, cuius opus Ephesiæ Dianæ templum Strabo fuisse ait, pollicitúmque Alexandro fese monitem Athoin eius formam fabricaturum, vt tanquam ex gumo quadam aqua in phialam effunderetur. Hæc ille libro Geogr. 14.

Cherlà, à quibusdam appellatur raphanus sylustris, quem Latini Armoraciam appellant. Vide Ruell. lib. 2. cap. 123.

CHERSILY S, pen. cor. {χερσίλεως} Malus poeta temporibus Alexandri Magni. Horat. 2. epist. 1.
Gratus Alexandro regi Magno fuit ille
Cherilus, iocultis qui versibus, & malè ausis,
Rettulit acceptos regale numisma, Philippos. Dicitur enim hic omnem Alexandri historiam conscripsisse: sed tepetem, nec plures versus in toto poemate qui probari possent, inuentos fuisse. Habuit pro bono versu numisma aureum, colaphum pro malo. Vnde sunt qui eum colaphis enectum tradant.

CHERSYTVS {χερσύτης} Puer admodum insignis facie & candore, qui sepsum profiteuit. Horat. 1. Serm. sat. 3.
(Siclicet hoc Clerinæ tunc iuuenem est semur, aut crus Rectius.

CHERSONESVS, siue Chersonesus, penult. prod. {χερσόνησος} (nihil enim differunt) peninsula est. Græcis enim χερσόνησος autem insula dicitur. Quatuor insignes passim Chersonesi memorantur: Taurica in Europa & Maotide, quæ hodie *Precopa* nominatur: Thracia: Aurea terra, supra Gangem in ortum, iuxta sinum qui Magnus Ptolemæo dicitur: Et Cimbrica Septentrionalis, quæ Daciam habet, quam Daniam Saxo grammaticus vocat. Pelopónesus verò maior celebriorque est, quam vt Chersonesi nomen admittat, quanquam & ipsam nonnulli eyam heresus, Chersonesum Strabo nominat, & minoris Asiæ in nostrum mare procursus Chersonesus dictus, boni authoribus. vt ferebat Vadianus.

Chersita, æ, Genus est testudinis terrestris, in aridissimis Africæ desertis, rofcido humore viuens. Author Plin. lib. 9. cap. 10.

CHERSIPHRON {χερσίφρων} Architectus quidam fuit eximius, qui Dianæ Ephesiæ templum primus mire fabricauit: id postea aliud fecit magius illo. Author Strabo lib. 14.

Cherfos, sine cherson {χέρσος} Propriè terra inculta dicitur. Martialis lib. 14.
Cherfydros, pen. prod. {χερσύδρος} Serpens qui tam in aquis, quàm in terris moratur, de quo vide in CHELYDRA.

CHERVSCI {χερουσκοι} Populi Germaniæ cuius fluuium Albim. Claud. 7. Panegyr. & ingentes Albim liquere Cheruſci.

C H I

Chia ficus, siue Chia, absolutè, Tres species est, grato quodà sapore palarum pungens, vnlq; veteris, alligat fporem referens. Mart. lib. 7,
Infani meimedia dato, fatuásque marisce.
Nam mihi, quæ nouit pungere, chia, placet. Idem lib. 13,
Chia seni similis Bacchoꝙuem Setia miit,
Ipsa meum fecum portat, & ipsa falem.

Chia terra {χία γῆ} Terra est albida, suc cinctitia. Samiæ similis, quæ cu tem rerugat, continque corpus amabili coloris bonitate commendat. Author Dioscor. lib. 5. cap. 101.

CHIDORVS, Fluius est Macedoniæ, qui per Myzdoniam fluens, in Axium Myzdoniæ fluuium iuuat. Herodot. lib. 7.

Chiliàs, chiliadis, pen corr. {χιλιὰς} Numerus qui mille cotinet, Gell. lib. 1. cap. 16. Mille enim non pro eo ponitur quod Græcè χίλια dicitur, sed quod chilias: & sicuti vna chilias, & duæ chiliades, ita vnum mille, & duo millia, certa atque directa ratione dicitur.

Chilia rchus, Qui præest mille militibus, hoc est decem centurionibus. Bud. in annotin Pandect.

CHILEATAE {χιλεᾶται} Hæretici quidam fuerunt, fic dicti propter illud ex fatra pagina, Vua dies apud dominum vt mille anni, & mille anni vt vna dies. Hosee milliarios interpretatur Augustinus, 3. de trinit. fert Cæl. Rhod. lib. 1. cap. 14. Vide Augustin. lib. 20. cap. 7.

Chiliodynamis {χιλιοδύναμις} Dioscoridi, Chiliodynamæ Plinio} herba est, quæ alio nomine Polemonia dicitur, à regum cerramine, qui eius inuentionem sibi certam reuidicauerunt. Chiliodyoamis autè à Cappadocibus ominata est, propter varios in medicina vsus. Vide Plin. lib. 25. cap. 6.

Chiliophyllon {χιλιόφυλλον} Herba est, quæ notioribus nominibus Achillea, & Militaris herba dicitur. Chiliophylli oomen accepit, à multitudine foliorum.

CHILO {χεῖλων} Philosophus Lacedæmonius, vnus ex septem sapientibus Græciæ. Eius, Plinio teste lib. 7. cap. 32. tria dicta fuerunt Delphis in templo Apollinis confectaria: Nosce teipsum. Nihil nimium cupias. Comes ætis alieni atque litis, est misetia. Quin & tunus eius, quum, vt dore Olympiæ filio, gaudio expiraffet, tota Græcia profecta est.

Chilo, chi. lonis, pen. prod. Dicitur cognomento à magnitudine labrorum. Festus χεῖλος enim labrum significat. Charisius lib. 1. Clones di cuntur, quorum capita oblonga & compressa sunt. Chilones autem eius asperitatione ex Græco a labris improbioribus, quæ illi χείλη, vocant. De Chilone, improbus labrax.

CHIMAERA {χίμαιρα} Homero animal est indomabile, inexpugnabile, neque humano, sed diuino genere ortum. Chimæram munstrum triforme describit Heliodus in Theogonia, his versibus,
Huic tria tum capita, & ferrur primum esse leonis,
Pulchri oculi, caput æque diui, forníque draconis:
Pegasus hanc vicit, & magnus Bellerophontes. Inde elegans illa Horatij metaphora ad pucrum obsoleti scorti amore captum, lib. 1. Carminum, Vix illigatum te triformi
Pegasus expediet Chimæra. Seruius explicans illum Virgilij locum 6. Æneidos,
Flammisque armata Chimæra: Reuera (inquit) mons est Lyciæ, cuius hodie ardet cacumen, iuxta quod funt leones: media autem pars seua funt: ima vero montis, ferpentibus plena. Hinc Bellerophon habitabilem fecit, vnde Chimæri dicitur oecidisse. Plin. lib. 2. cap. 106. Flagrat in Phasidie mons Chimæra, & quidem immortali diebus & noctibus flamma. Ignem eius accendi aqua, extingui verò terra, aut ferno Gnidius Cresius tradit. Cic. lib. 1. de Nat. deor. Quid quòd earum rerum quæ nunquam omnino fuerant, neque esse poterant, vt Scylla, vt Chimæra?
Ingens Chimæra. Virg. 5. Æneid.
Ingenti mole. Virg. 5. Æneid.
Hammam spirantes ore. Lucret. lib. 2.
Tremendæ flamma. Horat. 4. Carm. ode 2.
Æthæos effans fauc ibus ignes. Virg. 7. Æncid.
Ignea spirituns. Horat. 2. Carm. ode 17.
Chimæriferæ Lycia. Ouid. 6. Metam.

CHIMAERII, Populi Asiæ Amazonibus proximi. Dicuntur etiam Chimærij, quicunque occupatas frigoribus incolunt terras.

Chimaitrum {χειμαιτρον} Vestis est rusticorum, qua hyeme vtuntur, χεὶρ καὶ πόδας quod nobis sonat hyemare. Pollux lib. 7. cap. 13. Homeri & Æschyli authoritate.

Chimerinus, pen. cor. {χιμερικὸς} oon à Chimæra deducitur, sed Græca vox est. χιμερινὸς enim hybernus dicitur. Est autè hyemalis circulus cæli qui Capricornum contingit, in quo quum Sol est, breuissimi sunt dies. Martial. lib. 9. de Batino,
Si dater Autumnus mihi uomen, Oporinus essem:
Horrida si Brumæ fydera, Chimerinus.

Chimetla {χίμετλα} Vlcerosæ affectiones sunt io manum digitis ac pedum, hyemali tempore prouenientes, de quibus Paulus lib. Medicinæ tertio. Meminit & Cælius. 4. cap. 11.

Chima, quam quidà Cnam vocant. Radix est fungosa, per inde ac arundinaceæ, leuis, colore rufescente, Rhodiæ radicis admodum æmula.

Præferrur recens, firma, & quæ neque teredinem, neque cariem sen-
serit, & quæ magis rubeat. Huius radicis iandudum apud Hispanos
inualuit vius contra podagras, maximeque apud Imperatorem Ca-
rolum V. cui merito præclarum laudem acceptam referre debet. Ad-
uehitur hæc tam à Lusitanis, quàm ab Hispanis ex regionibus æqui-
noctiali proximis, legnitrique in littoribus maris è terra euulsa. nam
in paludibus exorta, ac inde maris fluctibus rapta, in litus reiicitur.
Author Matthiol. Senen sis in Dioscor.

CHINEA specula. Catullus.

Britia Chineæ suppositis speculæ. Turnebus Echineæ scribendum
esse credit, ab Echino, vt hoc monti nomen ab asperitate inditum es-
se existimemus: sic Echinades, vel ab Echinorum copia, vel ab aspe-
ritate nomen sortitæ dicuntur, authore Stephano: & Echinus oomē
erat vrbis Acarnaniæ. Cæterum ē Chineæ prebetur, tamē pro Echi-
neæ dictum esse, vt ex rudo pro ἠδύς, & suppresso ς, & ἀφαιρέσει pro inferno.

CHIOS ἡ, Chiones, penul. corr. Χῖος ὁ Nobile scortum fuit, nam habe-
bant à candore niuis, quæ Græce χίος dicitur: quum tamen fusca es-
set. Martial. lib. 3.

Dignatur eos fas, indignáque nomine, dicam:
Frigida es, & nigra es, non es, & es Chione. ¶ Fuit & Chione filia
Dædalionis, cuius nuptias quum ob formæ elegantiam multi ambi-
rent proci, tandem Pæonio Epidaurienſi nupſit.

CHIOS ἡ Insula est maris Mediterranei, ad oram Ioniæ cum oppi-
do, posita inter Samum & Lesbum, ex aduerso maximè Erythræi,
quam Æthaliam Ephorus prisco nomine appellat. Metrodorus &
Cleobulus Chiam, à Chione nympha: aliqui à niue: & Macrin, & Pi-
tyusam. Verba sunt Plin. lib. 5. cap. 31. In hac templum Apollinis, vo-
de Chius Apollo, & Chij, io ca habitantes. Et promontorium Arui-
sium, à quo Aruisia vina. & penultimam correptam habet. Lucanus
libro 8,

Quas Alinæ cautes, & quas Chios asperat vndas. Sunt qui quadri-
geminam Chium esse putāt: vt prima sit Chios insula: fecunda Carīæ
vrbs sub mōte Pelleno: tertia in Eubœa: quarta in Cherroneſo Rho-
diorum iuxta Tropiam. Horat. 1. epiſt. 11.

Romæ laudetur Samos, & Chios, & Rhodos absens. Nunc vulgò
dicitur Xeralij pronuntiant sīne.

Chius ἡ, ον, genit. Adiectiuum, priorem producit. Horat. 2. Serm. sat. 3.
Si positis totus Chij, veteríſque Falerni
Mille cadis, &c. Chius, nunc vulgò *Chiotin.*

Aristo Chius. Cic. de Senect. Omnem autem sermonem tribuimus
non Tithono, vt Aristo Chius, quæ parum esset authoritatis iu fabula.
Cadus Chius. Horat. 3. Carm. ode 19.

Chiræ χείρη Vocantur rupturæ illæ quæ fiunt in pedibus, vnde ita af
fecti chiropodes appellati, velut rhagopodes. Author Celsus libro
4. cap. 12.

Chiragra, huius chiragræ, pen. corr. χειάγρα Dolor manuum ipſos
articulos frigido & lento quodam humore afficiens. Plin. lib. 24. cap.
19. Item parotidi, podagræ, chiragræ, artieulis, &c.

Lapidoſa chiragra. Perſ. ſat. 5,
-fed quum lapidoſa chiragra,
Fregerit articulos veteris ramalia fagi.
Nodoſa. Horat. 1. epiſt. 7.
Contundit articulos. Horat. 2. Serm. ſat. 7.

Chirembolon χειρέμβολον Vox Græca, qua vtitur Vipianus in l. 1. §.
qui sunt igitur. D. nautæ, caupones, ſtabulari. & sunt quidam in na-
uibus qui cuſtodiæ gratia nauibus præponuntur, vt ναυφύλακας & dig-
tari. Iquitis igitur ex his recepturē, quto in exteriorem diēm actiō-
nem: quia in, qui eos huiuſmodi officio præponit, committi eis per-
mittit. quanquam ipſe vel nauicularius, vel magiſter id faciat, quod
Græci χειρέμβολον appellant. Significat autem, vt Alciato placet in Pa-
rergis, hæc vox manus immiſſionem. Hic verò dies ſignum quod ma
giſter in prora ſedens dat, quum nautis imperat vt aliquid faciant,
ſeu aliquem retrahat, vel non.

Chiridota, penult. prod. χειρίδωτος Veſtis dicitur quæ manicas habet
longiores, & propè vſque ad digitos. Vnde Scipio Gallo homini de-
licato obiectat, quòd cum chiridota tunica accubuerit. Has veſtes
Plautus vocat manuleatas. Vide Gell. lib. 7. cap. 12.

CHIROGRAPHVS, pen. corr. χειρόγραφος Est cautio
manu alicuius ſubſcripta, annulóve obſignata, quam ipſe inficiari
nequit. Iuuen. ſat. 13.

Vana ſuperuacui ſeruant chirographa ligni.

Officina chirographorum. IN OFFICINA.

¶ Chirographi appellatione vti nos pro ipſis actionibus palàm eſt,
quum vendatis chirographis intelligimus nomen væniſſe. Hæc Iu-
lianus in l. qui chirographum. D. de legat. 3.

Commentarioli, chirographi, & libelli. Cic. t. Philipp. An cōmen-
tariolis & chirographis & libellis ſe vno authore prolatis, ac ne pro
latis quidem, &c.

Cautio chirographi. Cicero Trebatio, lib. 7. 18, Itaque quum ve-
ſtræ cautiones infirmæ ſunt, Græculam tibi miſi cautionem chiro-
graphi mei.

Exemplar chirographi Plancus Cic. lib. 10. 21.

Tributorum ſolutorum chirographa. Scævola in l. creditor. D. de
action. eorpti, Cuius chirographa tributorum à debitore retro ſolu-
torum apud ſe depoſita habebat.

Inane chirographum factum ſolutione. Vlp. in l. ſolutionē. D. ad
exhibend. Solutione chirographo inani facto, & pignoribus liberati
ſe, ohluminus creditor vi inſtrumenta ad eum contractum perti-
nentia ab alio quàm debitore exhibeantur, agere poteſt.

Ligni ſuperuacui vna chirographa. Tabella: ligneæ manu pro-
pria ſcriptæ nihil vtilitatis afferentes. Iuuen. ſat. 13.

Conuincere chirographa. Cic. 2. Philipp.

Credere, & fidem habere chirographis. Plane. Cic. lib. 10.

Defendere chirographa. Cic. Caſſio, libro 12. 13, Cuius æra refigere
debebamus, tius etiam chirographa defendimus.

Deſerre chirographa. Cic. de Clar. Orat. Seſeque chirographa, te-
ſtificationes, indicia quæſtiones, manifeſtà ſem deferre dicerent, &c.

Io tabulis eſt chirographus. Quoad lib. 6. cap. 9.

Chirographum imitari. Cic. 3. de Nat. deor. Id quoque L. Labienus
fecit, quum chirographum ſex primorum imitatus eſt.

Legare chirographum. Vlp. in l. ſeruum. 6. eum qui. D. de legat. 1,
Eum qui chirographum legat, debitum legare, non ſolum tabulas,
argumento eſt vendition.

Mittere chirographo ſuo literas. Plancus Cic. lib. 10. 21. At Latera-
nenſis vir ſanctiſſimus ſuo chirographo mittit mihi literas.

Pungere chirographo aliquem. Cic. Cælio, lib. 2. 12, Extrema pa-
gella pupugit me tuo chirographo.

Vaniæ chirographa. Vlpian. in l. ſeruum. 5. eum qui. D. de leg. 1,
Nam quum chirographa vencunt, eum de vaniſſe videtur.

Vti chirographo & ligno. Cic. Attico, lib. 2. 3.

¶ Inter chirographum & ſyngraphas. Aſconius, Inter ſyngraphas
& cætera chirographa hoc interest, quòd in cæteris tantùm quæ ge-
ſta ſunt ſcribi ſolent: in ſyngraphis etiam contra fidē veritasq; pactio
venit, & non numerata pecunia, aut non integrè numerata, pro re mu
poraria voluntate hominum ſcribi ſolent, more inſtituóque Græco-
rum: & cæteræ tabulæ ab vna parte ſeruari ſolent: ſyngraphæ ſignatæ
vtriuſque manu, vtrique parti ſeruandæ traduntur. Hæc ille.

Chirographarius, adiectiuum vt Debitor chirographarius. Vlpian. in l.
ſi vt certo. 6. denique. D. de commod. Si tibi codicem commodauero, &
in eo chirographarium debitorem tuum cauere feceris, &c.

Creditor chirographarius. Paulus in Ibonis venditis. D. de priui-
legiis credit. Reſpublica creditrix omnibus chirographariis credi-
toribus præfertur. Dicitur autem chirographarius creditor, ad diffe
rentiam hypothecarij creditoris. Vlpianus in l. 1. §. ſciendum eſt an-
tem. D. de ſeparationibus, Attamen, inquit, ſi hæreditaria ſint, iure ſe-
parationis hypothecario creditore potiorem eſſe cum qui ſeparatio-
nem impetrauit. etiā ſi chirographarius eſt, inquit Accurſius. ¶ Eſt &
chirographaria pecunia: & chirographariam debitum. l. vnica. C. Ii-
tam ob chirographariam pecuniam pignori teneri. Bud.

CHIROPOLYTVM. Inſula Plinio libro 5. cap. 31. Sed contra Chimæram
Dolichiſte, Chiroglyium, Crambuſſa, Rhoge, Enagora. De inſulis
ante Aſiam.

Chiromacīron χειρόμακιρον Capitis ornamentum, aut (vt alij dicūt)
mantile. Vide Bayſium de re veſtiaria.

Chiromantia, penult. prod. χειρομαντεία Dicitur diuinatio, quæ ex li-
nearum, quæ in manibus ſunt, inſpectione fieri ſoler.

Chiromantis ἡ χειρόμαντις qui lineis manuum inſpectis futura noſcere
ſe profitetur.

CHIRON, huius Chironis, pen. prod. Χείρων Saturni & Phillyræ filius.
Ladēmitus tamen dicit eum ex Pelopes concepium. Dum enim, vt
author eſt Seruius in 3. Geor. cum amica Phillyra Saturnus coiret,
Ops vxor eius aduēnit, cuius præſentiam veritus, ſe in equum con-
uertit. exinde natus eſt Chiron, dimidia parte homo, dimidia equus.
Qui quum exereuiſſet, in ſyluas abiit, eáſque coluit. Huic autē à The-
tide Achilles puer commendatus, quem ipſe, ſimul & Æſculapium
nutrit & docuit. Hic enim, vt author eſt Plin. lib. 7. cap. 56, herbarū
vires atque medicamenta reperit. Poſtremò quum cum viſuſſes Her
cules, cáſu factum eſt, vt vna ſagittarum eius Lernæo veneno perfira,
ſuper pedem eius exaderet. Attamen quum à parentibus ſuiſſet geni-
tus immortalis, vt Ceyroes vaticinium implerent, quo præd ixerat
eum optaturum eſſe mortalem, quàm vexatus morbo mori cupiens,
oraiit ſuperos vt illi mori concederent. Quo concēſſo, ab eiſdem in
cælum tranſlatus eſt, & io Zodiaco loeatus, & Sagittarius appella-
tus. Ex Boeatio.

Geminus Chiron. Ouid. 2. Metamorphoſeos,
-ſed natum flammis vtroque parentes
Eripuit, geminúſque nutrit Chironis in antrum.

Phillyrides Chiron, Phillyræ ex Saturno filius, medicinæ inuen-
tor. Virg. 3. Georg.

Semifer. Stat. 2 Sylu. 1.

Chironcon, vel chironion, herba eſt, tertium genus panaces. Plin. lib.
25. cap. 4, Tertium panaces, chironeoniogonium aut ab inuentore,
ſolum eius lapatho ſimile, manus tamen & hirſutius. flos aureus, ra-
dix parua. naſcitur in pinguibus locis. Ibidem, cap. 6. Centaurea cu
rarius dicitur Chiron quum Hercules exceptu hoſpitio pertractanti
arma, ſagitta excidiſſet in pedem: quare aliqui chironion vocant. Vi-
de Ruell. lib. 3. cap. 6.

Chironia, Genus vitis, quæ ampelos dicitur: à Chirone inuenta. Plin.
lib. 25. cap. 4.

Chironomus, penult. corr. Χειρόνομος ὁ Qui manibus geſticulatur &
ludit. Budæus, Chironomi ſunt geſticulatores: & Chiroomia. fal-
tatio geſticulatrix: qualis eſt quam *morsſam* vocamus. Iuuenalis
ſatyra 6,

Chironomon Ledam molli ſaltante Batyllo,
Tuſcia veſicæ non imperat. Leda autem chironomica erat ſaltatio.
Alioqui Chironomia, lex geſtus à Quintiliano dicitur in primo. Ab
heroicis ipſa temporibus orta, & à ſummis Græciæ viris atque ab
ipſo eiam Socrate probata, à Platone quoque in numero ciuilium
poſita virtutum, à Chryſippo in præceptis de Liberorum educatione
compoſitis non omiſſa. Quam artem oratori neceſſariam eſſe idem
laté in vndecimo docet. Hæc etiam palæſtra vocatur, & qui eam
docent, palæſtrici dicti ſunt. Ab his enim præceptoribus motus ge-
ſtúſque formantur, vt recta ſint brachia, ne indocte ruſticeve ma-
nus, ne latius indecorus, nequa in proferendis pedibus inſeſtia, ne
capur oculique ab alia corporis parte diſſideant. Quæ omma anti-
qui ingenuis pueris & liberaliter educatis neceſſaria cognitu exiſti-
mauerunt. Noſtras vulgus vno verbo *continentes* hæc omnia ſigni-
ficat. Hæc Budæus prope ad verbum ex Quintiliani lib. 1. cap. 11.
Iuuenalis ſat. 5. *

Saltatem ſpectas, & chironomonta volanti Cultello.

Chirotheca,

Chirotheca,chirothecæ,pen.prod. (χειροθήκη) Manuum tegmē,quod & dactylotheçam Grzei vocant.

Chirurgus (χειρουργὸς) Medicus vulcerarius , à manuum operatione ita vocatur. Martial.lib.8.

Chirurgus fortè,nunc est vespillo Diaulus.

Chirurgia (χειρουργία) Ipſa ars , quæ à Græcis chirurgiæ dicitur. Cicero ad Atticum , libro 4. Sed ego diæta curari incipio , chirurgiæ tædet.

Chirydra (χειρύδρα) Proprie terræ ruina ,siue fissura,quam aqua pluuia, torrens,aut terræ motus efficit. Spieg.

CHRESTOMOSAGI, Populi Scythiæ, in montibus Emodis, quorum promontorium Imaus vocatur,degentes,vt scribit Plin.lib.6.cap.17.

CHRYSIS (χρὶς) Arabiæ insula,in qua Troglodytæ prædones , quū diuitus fame & tempestate pressi, herbas radicésque effodérent, eruerúntque topazion gemmam, vt ex Artelcalaſentemia refert Plin.lib.37.cap.8.

Chiton,huius clarònis,pen.prod.m.g. dicitur Latinè tunica, ſagulū: & Chitonium,chitonij, n.g. tunicula. Hinc Galli præpoſito articulo Græco ; le chiton ſiuerum ſuum *Hoquetton*.

Chitonisscus (χιτωνίσκος) Diminutiuè,Camiſia,indusium. Hoc autem genus veſtimenti Pollux lib. 7. cap. 13. dicit commune eſſe virorum & mulierum.

Chiltram, Medicamentum. Gal.lib.de ſimpl.medicam. Chitram, laticinium eſt quamplurimarum arborum. omnibus notum eſt. Cuius quaſi optimum eſt quod eſt candidum , & mundum , & glutinoſum.Plura ibidē.

C H L

Chlæna (χλαῖνα) Veſtimenti genus , quod palliis hyberno præſertim tempore ſuperinducebatur,Latinis Lena appellatum. Vnde natum eſt apud Græcos prouerbium (ὁ δὲν τὸν χλαῖναν κατατρίβει) hoc eſt,Æſtate læxam detero. In eos dici ſolitum , qui alieno tempore rebus neceſſariis abuuntur. Dicta eſt autem χλαῖνα , vt putatur, (ὅτι οὐ χλαίνει) hoc eſt à calfaciendo , properera quod denſitate ſua & pondere ægſtantes calefaceret.

CHLAMYDIA (χλαμυδία) Vulgò *Sdalet*, Inſula eſt maris Ægæi, vna Cycladum,quæ nouiore oomine Delos appellatur. Author Plin.lib. 4.cap.12.

Chlamys,chlamydis,pen.corr.f.g. (χλαμὺς) Proprie veſtis militaris, quæ & palndamentum dicitur,authore Nonio.Virg.&.Æneidos, -ipſe agmine Pallas

In medio chlamydē & pictis conſpectus in armis.

Similis chlamydi tecta habiuabilis. Macrobius, Veteres,inquit,omnem habitabilem tectum exteriùs chlamydi ſimilem eſſe dixerunt. Hoc dicit ſignificans ſimilitudinem eius ærctam eſſe. Budæus.

Chlamys veri luminis, quā à Trebellio dicitur,luminoſi coloris, & flagrantis ardēriſque intelligit, qualis eſt puniceus color & coccineus, niſi quis pro vero colore & claro limpidóque ac puro intelligat. Turnebus.

Statua Scipionis cum chlamyde.Cic.pro C.Rab.Poſth.L.verò Scipionis, qui bellum in Aſia geſſit, Antiochúmque deuicit, non ſolùm cum chlamyde,ſed etiam cum crepidis in Capitolio ſtatuā videtus.

Aurata chlamys.Virg.v.Æneid.

Crocea.Virg.it.Æneidos.

-tum croceam chlamydē ſimulque,ſinuſique crepantes

Carbaſeos fuluo in nodum collegerat auro.

Purpurea & variis coloribus intexta. Author ad Heren.lib.4.

Color purpureus chlamydis.Ouid.14.Metam.

Phrygia chlamydis d cta quòd Phrygiones acu pingēdi periti ſunt.

In Phrygia enim(ut Seruius)ipſa inuenta eſt ars.Virg.3.Æneidos,

Fert picturatas ſub tegmine veſtes

Et Phrygiam Aſcanio chlamydem.

Sidonia,Purpurea.Virg.4.Æneid.

Spartana. Veſtis militaris ex purpura Laconica tincta. Iuuenalis ſatyra 8.

¶ Chlamys circandata limbo.Virg 4.Æneid.

Collocare chlamydem vt apte pendeat.Ouid.2.Metam.

Diſſibilare.Id eſt,ſibulis ſuis ſoluere.Stat.6. Thebaid.

Indutus chlamydem Tyriam.Ouid.4.Metam.

Ie tergo demiſſa.Stat.6.Sylua.1,Iſad eſt recedit ab humeris.

Sinuatam implere te aliqua.Stat.10. Thebaid.

Texere chlamydes.Claud.epigram.20.

¶ Chlamys,inter puerilia veſtimēta numeratur ab Vlpiano in l.ve ſtis. D.de auro & arg.leg. Puerilia funt , quæ ad nollum alum vſum pertinent, niſi ad puerilem,velut togæ prætextæ,alicuia,chlamydes, palla quæ filiis noſtris comparatur.

Chlamydatus,pen.prod. (χλαμυδωτὸς) Adiectiuum, Chlamydem indutus.Cic.pro Rab.Poſth.Sed Neapoli in celebernmo oppido cum mi trella ſæpe videmus chlamydatum L.Syllam imperatorem.

Chlamydula,pen.corr. (χλαμυδίον) Diminutiuum.Plaut. Tu ſume chlamydulam.

Chlidones (χλιδῶνες) Bracchialia, vt exponit Suidas,quibus maximè vtuntur Samij, authore Athenæo: & à Polluce ponuntur inter ornamenta manuum & pedum libro 5.cap. 16: & ſimpliciter inter ornamenta mulierbria lib.7.cap.22.

Chlorion, Genus auis. Plin.lib.10. cap.29, Chlorion quoque quotens eſt luteus, hyeme non viſus , circa ſolſtitia procedit. Gaza Virgonem vertit. Vide ſuo loco.

CHLORIS (χλωρὶς) Filia Amphionis, Nelei vxor,cui peperit Neſtorem & alios filios, vt in Odyſſea teſtatur Homerus. Alcera ab Ouid. dea florum poniturque quum nympha eſſet non ignobilis,& Zephyro nubere , quaſi doris loco ad munera à marito acceptā , vt florum dominum poceſtatem haberet.vnde inquit ipſa apud Ouidium libro 5. Faſtorum,

Chloris eram,quæ Flora vocor, corrupta Latino

Nominis eſt noſtri littera Græca ſono.

Chlorites,pen.prod.Gemma herbacei coloris,quam dicunt magi innenari in ſcyllæ auis ventre.Plin. lib.37.cap.10.

Choa (χόη) Nomen menſuræ eſt: eadem dicitur & Chus. Vide ſuo loco.

Choa in triclinio. Quintil.lib.8. cap.6. Ænigma meo quidem iudicio,eſt rirtum: quo tamen oratores nonnunquam vtuntur: vt Cæcilius, Quadratarium Ciſternæ dare & tricliuio Choam: & in cubiculo Notam. Quas quidem allegorias intellectu ſanè quam difficiles tribus diuerſis locis pro ritibus explicans Ludouicus Cæl.lib. 29.cap.15, de Choa ſic dicit. Ænigma in bibacem concinnatum arbitramur:cuius in hauriendo auditas vel ſpiritu vno choam perficeremus. De hac re fuſius Quintilianus interpres ibidem.

CHOARINA (χοιρῖνη) Regio eſt ex omnibus quæ ſub Parthis ſunt, Indiæ proxima , quam Craterus omnem permeauit , ſubigens eos qui parere recuſabant , vt cum Alexandro iungerentur. Author Strabo libro 15.

CHOASPES (χοάσπης) Medorum fluuius,ad ſines Perſidis in Tigrim defluens , cuius aquæ tam ſunt ſuaues , vt ſiniuni reges non alia aqua ad pocula vrantur. Tibull.lib.4.

Nec qua vel Nilus,vel regia lympha Choaſpis Proſuit.

Choaſpites.pen.prod. Gemma. Plin.lib.37.cap.10, Choaſpites à fluuio indē dicta eſt viridis, fulgoris aurei.

CHOATRAE (χοάτραι) Inter genies quæ circa Mæotim habitaot, Plinio numerantur,lib. 6.cap.7.

Diri magico terrore Choatræ. Valer.lib. 6. Argonaut.

Chœrilioſi Græcè , Modiolus eſt Latinè, & ferramentū medicinale eſt. Cel.lib.8.cap.3.Exeditur vero ex duobus modis. Si parnulum eſt,medioloquem *ſpatham* Græci vocant,ſi ſpatioſum,*terebrā*.

Chœrilix,chœrieis, penul.corr.f.g. (χοιρὶς) Demenſum & cibus durarum. eo pacto Laertius & Suidas interpretantur. Porro ſeruis olim cibus durus chœrieæ diſtribuebatur,vt ili vicliſim operis penſum perfolueretoo. Hinc Telemachus lib.19.Odyſſ. (χοιρὶς) ,& quod ſic vertit Eraſmus, Nanque operæ nmnuiem haud paiuæ,quicquæ meam vnquam Chœrica contigerit.

¶ Chœnix, vt videri poteſt apud Budæum de Aſſe, Semodius erat. modius autem Romanus non diſpar erat ei menſura quam *Eurum* noſtrates vocant. Id eſt, *Boiſſeau*.

Chœnici ne inſideas, Pythagoricum eſt ſymbolum, quo ſignificatur non oportere per inertiam, ſeu etiam & cibum alienum ſectari , ſed ſua quenque induſtria ſibi parare facultates, quibus mundtitem vitæ ſuſtinēa. Paraſitorum coim ac ſordum altena viuere quadra. nec vllā artem eallere qua poſſis ſiuiiem viuere. Ex Chiliadibus Eraſmi.

Choes, ſeſtum Athenis celebratum, Anthesteriois duodecimā,qué interpretantur Nouembris quæ in præcedentibus Kalendarijs Romanis hoſpualiter accipi bantur,vt apud Athenzum ſcribit Eubulides.

Chœrades (χοιράδες) Nihil aliud ſunt, quàm indurati adenes,in col lo præcipuè, io alis & inguinibus naſcentes, Latino vocabulo Struma appellatiae.Chœrades autem dicte videntur ἀπὸ τῆς χοιρὶνης,hoc eſt à porcis,quæ hoc malo peculiariter infeſtantur.

CHOERILVS (χοιρίλος) Porta fuit Samus,ſeruili cōditione natus.qui quū ex Samo Athenas profugiſſet , ab Herodoto hiſtorico exceptus eſt & inſtitutus. Scripſit Athenienſium victoriam contra Xerxem:cuius carminis nomine in ſingulos verſus ſingulos accepit aureos ſtateres. Scripſit & geſta Lysandri Lacedæmoniorum ducis , cuius in expeditione comes erat, vt in vita illius tradit Plutarchus. ¶ Tuo & alter Chœrilus poeta tragicus. Vtriuſque meminit Suidas.

Cholades (χολάδες) Medicis dicuntur inteſtina,quoniam in ea corrigitur χόλη, id eſt bilis, quam vocant xanthan, id eſt flauam, quæ excalfaciens,acrimoniáque irritās , velut putriuu ad ſuperſtitiuum excitet geſtionem,vt apſi interpretantur. Hæc Cæl.lib.4.cap.24.

Cholera,choleræ, penult. corr. (χόλερα) Commune ſtomachi atque inteſtinorū vitium & morbus videri poteſt.nā ſimul & deiectio & vomitus eſt,prætéque hæc inflatio eſt: inteſtina torquentoribus ſuprà inſtáque eum purpurium aquæ ſimilis , deinde vt in ea recens caro lota eſſe videatur,interdum alba,nonnunquam nigra & varia. Ergo eo nomine morbum hunc χόλερα Græci nominarunt. Præter ea vero quæ ſuprà comprehenſa ſunt, ſæpe eiam crura, manúſque cōtrahuntur,vrget ſuis,aoima deficit:quibus coeuerritibus, non mirum eſt ſi ſubito quis moritur. Hæc Cel.lib.4.cap.11.

Morbus acutus cholera. Celſus lib.4. cap.13. Sed ſi acutus morbus eſt,ſicut in cholera,ſi febris eſt,vt inter horrores, aſperioribus medicamentis opus non eſt.

Laborate cholera. Celſ.lib.2.cap.13, At vomiut,vt in ſeeunda quo que valetudine,&c. omnibus qui cholera laborane , omnibus etiam cum quadam bilaritate ioſtinentibus & comitiali quoque morbo oppreſſis,nec ſtatius eſt.

Sedare choleram clyſteribus. Plin.lib.31. cap.6. Tormina quoque & choleram calida infuſa clyſteribus ſedat.

Cholericus.pen.corr. (χολερικὸς) Adiectiuum, Qui cholera affectus eſt. Plin.lib.20.cap.14. Mentaſtrum torminibus cholericis eſſicaciſſimū.

Choledochus (χοληδόχος) A Græcis dicitur ſolliculus fellisquod ſatoum continetat humoré,paiſeſcentem quaodoque ab Galeno viſum, vel coloris cyanei,vel ſtatis herbæ.Eſt verò aliud nihil,quàm purgamentum peſſimi ſanguinis,vt tradit Cæl.antiq.lect.lib.4. cap.17.

Chollambus (χωλίαμβος) Verſus claudicans,alias Seazon.

CHOLOBRENI (χολοβρενοὶ) Armeniæ pars,qua Tigrani paruit. ¶ Cholobrenus genuſe eſt. Stephanus.

Cholos, Lapis eſt ex genere ſmaragdorum, quem Inba tradit in Arabia zedifieiorum ornamentis ineludi,referente Plin.lib.37.cap.5.

Chomia,chomatis,pen.cor.n.g. (χῶμα.) Budæus, Chomata,ſunt aggeres,qui terra aggeſta facti ſunt: quibuſque Nili aqua coercetur. Vlp. Dde extraord.cognin.in Ægypto qui chomata rumpit vel diſſoluit (hi ſunt aggeres , qui quidem ſolent aquam Nilotiam coonnete) æquè plectitur extra ordinem.

CHON, Hercules Ægyptiorum lingua nuncupatus , qui cum Oſiride Italiam liberauit a tyrannide, & ab hoc Chone Hercule Ægyptio Italiam antiquitus vocatam prodidit Antiochus, & Chones Italiæ populos, & Chonem rebem,cuius & Strabo meminit & Stephanus.

Chondrilla, Chondrille, siue Chondrillum χονδρίλλα, quam aliqui cichorion, alij ferin appellãt, flores & folia habet cichorio similia: qua ex causa nonnulli syluestres inuybi spricrem prononantarum, verũ renuior tota est. In cuius ramulis, & gummi masticbes similimum, magnitudine fabæ inuenuri solet, quod cum myrrha trium, & limeo appositum, instar olibæ, fœminarum menses trahit. Verba sunt Dioscorid. lib. 3. cap. 126. Vide & Plin. lib. 22. cap. etiam 22.

Chondris χονδρὶς Quam pseudocidamum nonnulli vocant, herba est foliis didamno similibus, ramulis minoribus, sed & minoris effectus, vt tradit Plin. lib. 25. cap. 8.

Chondros xiphoides χόνδρος ξιφοειδὴς A medicis appellatur corpus quoddam cartilagineum, quod ab extremo pectoris osse dependet, ventriculi orificio superiore respondens. Ita dictum quòd acuminatum sit, & gladioli figuram quodammodo imitetur.

Chondros χόνδρος Græcis pars est similaris in corpore animali, ex semine generata, mediam inter ossa & carnem duriorem obtinẽs, quam Latini Cartilaginem vocant. Vide Cæl. lib. 3. cap. 18.

Chondrus χόνδρος Seminis quoddam genus est, nutrimenti optimi, sicut & triticum, de quo latissimè Galen. lib. 5. de simpl. medic. facult.

CHOPIA, Fluuij nomen & oppidi in Arachosia regione, quod Semiramis condidisse fertur, authore Plin. lib. 6. cap. 23.

Choragium, Choragus, & Chorea vide in CHORVS.

Chorasitria, Chorãules, In CHORVS.

CHORAMNET Γέρρα μῶν Genus quoddam hominũ syluestre in Perside, tanta velocitatis, vt cursus comprehendant cursu. Stephan.

CHORASMI Χωρασμοὶ Vbi Parthorum, Orientem versus, cuius incolæ Chorasmij nominantur ab Herodoto lib. 3. in catalogo Xerxani exercitus.

CHORASMYSENI Χωρασμυσηνοὶ Populi sunt ex Massagetarum & Sacarum gente, ad quos Spitamenes, vnus ex Persis, qui ab Alexãdro subfugerunt, ex Bactrianis ac Sogdianis fecerat, vt Strabo lib. 11.

Chorda, Membrum est ab extremitatibus musculi orium habens, ad similitudinem chordæ arcus effecta. Quemadmodum enim chorda arcus incuruata incurtuatur arcus, & relaxata relaxatur: sic musculo relaxato chorda impellitur a musculo, & relaxatur, quare membrũ extenditur musculo vero contracto, contrahitur & chorda, quare membrum incurtuatur. Ex Galen. lib. de anatom. vtuor.

Chorda, huius chordæ χορδὴ alio vocabulo dicitur fides fidis. Cic. 3. de Orat. Nam voces vt chordæ aut intẽtæ, quæ ad quemque tactum respondeant, acutæ, graues, citæ, tardæ, magnæ, paruæ.

Querelæ dulces chordarum. Lucret. lib. 4.

Soni chordarum. Lucret. lib. 4.

Magicæ chordæ. Iuuen. sat. 15.

Querulæ. Ouid. 2. Amor. eleg. 4.

Hæc querulas habili tetentat pollice chordas.

Tenuis. Virg. in Cyri,

Non argutа sonant tenui psalteria chorda.

Tinnulæ. Seneca Troade, 9.

Vocales. Tibull. lib. 2. eleg. 5.

Nunc te vocales impellere pollice chordas.

Experiri chordas, Id est tentare sonum chordarum. Stat. 1. Achil. de Chirone,

Elicit extremo chelyn, & solantia curas

Fila mouet: eluitérque expertas pollice chordas Dat puero.

Impulsæ. Ouid. 10. Metam.

Præcentare chordas, Est chordarum consonantiam explorare leui quodam præcemio, præusquam carmen fubiicias. Ouid. 5. Metamorphoseos,

Surgit, & immensos edera colleeta capillos,

Calliope querulas præcenat pollice chordas.

Alio luco tentare vocat eadem ratione, lib. 10. Metamorphoseos,

Vt satis impulsas tentauit pollice chordas.

Oberrare eadem chorda. Horat. in Arte, -& cithareda

Ridetur, chorda qui semper oberrat eadem. Accipitur loco proutebij, pro rem eandem identidem repetere. cui conuenit Terentianum illud, Cantilenam eandem canere. Vel porius pro In eadem re peccare sepius. In eos igitur concinnè dicetur, qui vel in simili re crebrius peccãt, vel culpam eandem item eram atque iterum commictunt. Primus enim lapsus & casus datur, vel imprudenter: iteratus illustrior tribuitur, aut inuitus.

Sonum chorda reddit. Horat. in Arte,

Nam neque chorda sonum reddit, quem vult manus & mens,

Poscentique grauem persæpe remittit acutum.

Verba focianda chordis, Id est cantanda ad sonum cithatæ. Horat. 4. Carm. 9.

Verba loquor focianda chordis.

Tangere chordas, pro Psallere chordas. Ouid. 1. de Remedio,

Non didicit chordas tangere quisque lyram.

Chordapson χορδάψων Morbus tenuioris intestini, quem iuniores Ileacum nominant. Celsilib. 4. cap. 13. Diodes Carystius tenuioris intestini morbum χόρδαψον plenioris nomen nominauit.

Chordi χόρδοι Agni qui dicantur, declarat Varro lib. 2. de Re rust. cap. 1. his verbis, Dicuntur agni chordi qui post tempus nati cũr, & remanserunt in volatis inumis: vocant χόρδους quo chordi appellati.

Chordus, a, um χόρδος Quod serotina fœtura natum est: vt Agni chordi, Vide Chordi. Dicitur & de hominibus: vnde plerique seriis nati Chordorum cognomen traxerunt, & Chordi cuiusdã Cremerij meminit Suetonius in vita Neronis, Iulius Capitolinus in vita Gordianorum. Quintil. quoque lib. 1. à diligenti præceptore exigit, vt nominum origines curiosè scruetur: cuiusmodi sunt Agrippa, Opiter, Chordus, & Posthumus, & Trãsferitur & ad inanimata: vnde Chordum semen dicitur, quod Autumno seritur. Colum. lib. 7. cap. 3. Aiunt Autumnali freno, quod Chordũ vocatur. Sic & Chorda frumenta dicũtur, quæ serò maturescunt. Apud plerosque animaduertimus Cordum seribi sine aspiratione, quæ tamen scriptura repugnat etymo quod paulo antè à Varrone adduximus.

Choreæ. Chorearum, In CHORVS.

Chorcumia, In CHORVS.

Chorcus χορκὸς Pes est duabus syllabis constans, prima longa, breui altera: qui & trochæus dicitur, & chorius dicitur. Cic. in Orat. Dichoreus est, quum duo extremi chorei sunt, id est singulis longis & breuibus. Ibidem, Trochæum autem qui est eodem spatio quo choreus, cordacem appellat: quia contractio & breuitas dignitatem non habeat.

Chorlambus χορλάμβος Pes ex prima & vltima productis, duabus mediis breuibus: vt, Sibylas. Dicius choriambus, quòd iambicam desinentiam habeat, & in chorii apud veteres celebratissimus fuerit.

CHORINEVS. pen. prod. Peritus iaculator apud Virgil. lib. 9, Æmathiona Liger, Chorineum & mittit Asylas:

Hic iaculo bonus, hic longè fallente sagitta.

Chorion χόριον Medicis multarum venarum & arteriarum contextus quidam est, intercalia membranis obducta habens. Caterum vltiæ adhærescit, membranis duabus fœtum inuolucentibus proximus. Vide Galen. lib. de dissect. vulvæ.

Chorobates, chorobatæ, penul. corr. χοροβάτης Organum librandis aquis accommodatum. Vitruv. lib. 8. cap. 6. Libratur autem dioptris aut libris aquariis, aut chorobate. fed diligentius efficitur per chorobatem, quòd dioptræ libræque fallunt. Chorobates autem est regula longa circiter pedum viginti. ea habet ancones in capitibus extrema cruribus modo perfectos, inque regulæ capitibus ad normam cogmentatos: & inter regulam & ancones, à cardinibus compacta transuersaria, quæ habeat lineam ad perpendiculum rectè descriptam, pendentiáque ex regula perpendicula in singulis partibus singula. Hactenus Vitruuius.

Chorocitharistæ. In CHORVS.

Chorodidascalus. In CHORVS.

CHORODVS, In CORODVS.

Chorographus, pen. prod. χωρογράφος Locorum describitor. Vitruu. lib. 8. cap. 2. Hæc autem possunt esse capita fluminum: quæ orbe terrarum chorographis picta, itémque scripta plurima, maximáque ingeniunt egressa ab Septentrione.

CHOROMANDI, Gens syluestris, dicente Plinio lib. 7. cap. 2. Choromandarum gentem vocat Tauron syluestre sine voce, ritudoris horrendi, hirtis corporibus, oculis glaucis, dentibus caninis. Hæc ille, quo loco de Scythis agit.

Chorolates. In CHORVS.

Chors, chortis, fg. [i-mvtat.] Villarum intra mœnium spatium, authore Nonio. Varro 1. de Re rust. cap. 13, Chortes in fundo magno duæ aptiores: vna vt interius compluium habeat lacum, vbi aqua salat. Et paulo pòst, Chors exterior cerni ò operæ ftramentis ac palea, oculeata pedibus pecudum, sit munifira fundo, ex ea quod euehatur. In emendatis ex veruſto exemplari codicibus legitur vbique chohors.

Chortis aues. Martial. lib. epigr. 53.

Et chortis faturas atque paludis aues.

Dicitur & cohors. Ouid. 4. Fastor.

Abstulerat multas illa cohortis aues. De vulpe.

Chortalis, & hoc chortale, pen. prod. [i-mvtat.] vt, Gallina chortalis, in chorte nutrita. Colum. in præfatione, Et vt à pecoribus recedã, quorum in parte aulum chortalem & apium cura posita est.

Chortinon oleum dicitur, quod fit in Ægypto è raphani semine, aut gramine herba. Author Plin. lib. 15. cap. 7.

Chorus χορὸς Proprie conuentus & veluti corona eorum qui ad lados conueniunt. siue saltantium, siue canentium. nam multorum voces & concentu conflat. vt Seneca & Macrobius tradunt. Virgilius 6. Æneidm.

Illa chorum simulans, Euantes orgia circum

Ducebat Phrygias. Vbi Seruius. Chorum ait multitudinem in sacra collectam. Idem 3. Georgicorum,

Omnis quam chorus, & socij comitantur ouantes. Vbi Seruius, Chorus, proprie est coruorum cantus atque saltatio. Suetonius in Caligula, cap. 27, Fabricauit & de cedris biburnicas, & c. quibus discũbens, de die inter choros ac symphonias littora Campaniæ peragrabat. Vulgò Capellam vel copulam vocant. Budæus.

Senior Glauci chorus, Id est dij marini. Glaucus piscator fuit: qui quum captos pisces supra herbam abiecisset, & eos recepisse videret quam amisserat vitam: intellecta herbarum potentia deceptam her bam gustauit, & se præcipitauit in mare, & in eum marinum cum murarus est. Cuius chorum, sensu Virg. 7. Æneid. ideo dixit, aut quòd ipse etiam senex sucras, aut quòd fines petit omnes dij fugitur marini, forasfiis propter spumarum colorem. Hæc Seruius.

Iuuentutis chorus stipari. Cic. pro Murena, Catilinam interea alacrem atque lætum, stipatum choro iuuentutis, vallatum tudicibus atque sicariis, &c.

Philosophorum è choro aliquem tollere. Cic. de Finib. Tu quidem, inquit, totum Epicurum penè è philosophorum choro fustulisti.

Phœbi chorus, per antonomasiam, Musæ dicuntur. Virgilius 6. eclog. 2.

Scriptorum chorus omnis amat nemus, & fugit vrbes. Horatius 2. Epid. 2.

Virtutum chorus. Cic. 3. Offic.

Amicus chorus. Horat. 1. Carm. ode 4. ad Musas loquens,

Vestris amicum fontibus & choris

Non me Philippis versa acies retrò, &c.

Æqualis chorus, Æqualium chorus. Virg. 4. Georg.

Canorus. Iuuenal. sat. 11.

Chori circulares dicuntur, qui in orbem saltantes canunt, qui rectum ducere dicuntur. huiusmodi chorus fœmineos fuisse apparet ex Luciano. Budæus.

Chori Cyclici, dicebantur chori Dithyrambicorum, ad discrimen Tragicorum & Comicorum chororũ, qui erant quadrati. Turneb. Fœminei.

Fœmioci. Ouid. 3. Fastorum,
Fœmineos thyrſo concitat ille choros.
Idæi chori, per antonomaſiam vocantor Galli Cybeles ſacerdotes. Virgil. 9. Æneid.
Leues Nympharum cum Satyris chori. Horat. 1. Carm. ode 1.
Plaudens. Suat. 1. Sylu.
Plebeius. Ouid. 5. Fast.
Pierios. Martial. lib. 11. epig. 3.
Quadens. Vide Chori Cyclici.
Sacer. Ouid. 2. Fast.
Semiuiri, Dicuntur Galli ſacrifici Cybeles, qui omnes ſunt caſtrati. Sil. lib. 17.
Virgineus. Ouid. 2. de Arte.
Votiui, Chorus ſit numerus illorum qui vota faciunt. Statius 4. Thebaidos, -templa Votiuis impleuda choris.
¶ Agitare choros. Virgil. 4. Georg.
Celebrare. Seneca Hercole Oëteo, 5.
Ducere. Horat. 4. Carm. ode 7.
Gratia cum Nymphis, geminiſque ſororibus audet
Ducere nuda choros.
Exercere. Virgil. 1. Æneidos,
Qualis in Eurotæ ripis, aut per iuga Cynthi
Exercet Diana choros.
Pedem ferre choris, pro Saltare vel accedere ad choros. Horat. 2. Carm. ode 11,
Quam nec ferre pedem dedecuit choris.
Indicere choros Bacchi. Virgil. 11. Æneidos,
Aut vbi curua choros indixit tibia Bacchi.
Inferre aliquem choro alicui. Horat. 2. Carm. ode 5,
Quem ſi puellarum inferres choro,
Mirè ſagaces falleret hoſpites.
Inſtaurare. Virgil. 4. Æneid.
Laſciuit chorus, Petulanter ſaltè. Seneca Agamem. 6.
Ludere in ſpeciem chori. Ouid. 3. Metamorphoſeos,
Vndique dant ſaltus, multáque aſpergine rorant,
Emergúntque iterum, rurſúmque ſub æquora ruerſus,
Inque chori ludunt ſpeciem. Id eſt choreas narando imitantur. De Delphinis loquitur.
Oſtentare. Stat. 2. Achill.
Ponere aliquem inter choros quorundam. Horat. 4. Carm. ode 3,
-Romæ principis vrbium
Dignatur ſoboles inter amabiles
Vatum ponere me choros.
¶ Chorus, alicer. Cic. Attico, lib. 14, Ego, vt poſtulas, Baiana negotia, chorúmque illum, de quo ſcire vis, quom perſpexero, tum ſcribam, nequid ignores.
¶ Varij chori. Afranius in Quoi eiuſdem. D. de zedil. edict. Quũ eioſdem generis plures res ſimul veneant: relun comœdi, vel chorus: referre aiebat, vnioerſos, an in ſingulos pretiũ conſtituatur: vt ſcilicet intendum vna, interdum plures venditiones contractæ intelligatur.
¶ Chori, pro Actibus. Virgil. 5. Æneidos,
Olli diſcurrere pares: atque agmina terni
Diductis ſoloẽre choris. Seruius.
Choricus, pen. corr. Fit mic. lib. 3. cap. 14, Faciet etiam muſicos, choricos, & qui muſicos modos faciant.
Choragium {χορηγιον} Scenicum inſtrumentum, quo ſcena inſtruitur & apparatuscius præfectus dicitur Choragus. Hæc Feſtus. Vitruuius lib. 5. cap. 9. Poſt ſcenam porticus ſunt conſtituendæ, vi quum imbres repentini ludos interpellauerint, habeat populus quo ſe recipiat ex theatro. Choragiũ age laxamentum habeant ad eiorum paraudum. Choragia, pro inſtrumento ludorum poſuit; ſimul & pro ipſis choragiis: vt in Choragium locus vnde omnia promũtur ad ludos neceſſaria. Ex Budæo. Plio. lib. 36. cap. 15, Sed & reliquis apparatus tauiũm Attalica veſte, tabulis pictis, cæteróque choragio fuit. Valerius Max. lib. 2. cap. 1, de Claudio Pulchro, Atgétatu choragius adornauit.
Coralium, Coralij {κοράλιον, κοράλλιον} Lapis est rubri coloris. Plin. lib. 32. cap. 29. Quantum apud nos Indicis margaritis pretium est, tantum apud Indos in coralio. Gignitur quidem & in tubro mari, sed nigrius. Quo in loco & coralium legitur, & erymon à præcidendo ducitur. Vide item Plinium, lib. 36. cap. 19. Coralium vnico Iscribitur. Ouid.15. Metamorphoseos,
Sic & coralium quo primùm contigit auras
Tempore, durescit mollis stus herba fub vndis. Interdum tamen productionis causa, li geminat. Ausonius in Mosella,
Quem virides algæ, & rubra coralia nudat
Æstus. Claud anus in nuptiis Honorij & Mariæ,
Mergis se fubitò, vellisque coralia Clotho. Corallum quoque nonnunquam legitur. Sidonius in Epithal. Rutilij,
Ladtea puniceo sinuantur colla corallo.
CORALIVS {κορύλιος} Phrygiæ Bithiniæ est, qui alio nomine Sangarius dicitur. Author Plin.lib.6.cap.1.
CORALLI {κορύλλαι} Populi sunt Pontici, immaniatæ insignes. Ouid.lib.4. de Ponto,
Hic mea cui recitem, flauis nisi scripta Corallis?
Corallis, Gemma est similis minio: gignitur in India & Syene. Author Plin.lib.37.cap.10.
Coralsachates {κοραλλοάχατης} Gemma est ex Achate generibus, fimilis coralio antea gutris distinctio. Plin.lib.37.cap.10.
Coram {πρόσωπον, πρόσοψις, ἐνώπιον, ὄψις} Præpositio ablatiuo casui seruiens. Cic.in Pisonem, Coram gentio meo.
Coram, Præpositio fuo casui aliquando postponitur. Tacit.lib.r, Multisque eo coram. Idem libro 3, Senatu coram. Ibidem. Patribus coram.
Coràm, aliquando est aduerbium Cic.ad Brutum, lib.r.t.16. Nam quemadmodum coràm qui ad nos int. mpestiuè adeũt, molesti sæpe sunt. Idem Atuico, Sed hæc coràmmiam illa multi sermonis sunt.
Coràm & Absens, contrariæ. Cic. Oratio ubo. Non præterm ittam quin, quoniam coràm id fecere prohibebor, absens possim.
Coràm etiam ex ipso audiebamus. Cic 1. Acad.
Disputare coràm cum aliquo de re aliqua. Cic.2. de Lege Agraria, Venias, & coràm mecum de agri Campani diuisione disputet.
Coràm inter nos conferemus Cic.ad Atticum.2.
Coràm præsens. Plaut. Pseud. 20, Quia tu ipsus coràm præsens præsentem vides.
A præsentibus coràm sermo habetur. Cic.de Amic. Atque ideò fecis, vt tanquam à præsentibus coràm haben sermo videatur.
Coràm præsente aliquo dicere. Cic.3. de Lege Agraria, Ea coràm potius me præsente disputine.
Coràm ante oculos. Terent. Eunuch. 4.7.
Quæ mihi ante oculos amatorem coràm adduxti tuum?
Coràm in os aliquem laudare. Terenc. Adelph.2.4.
-ah vereor coràm in os re laudare amplius.
Adesse coràm. Virgil.2. Æneid.
Aliquid coràm agnoscere. Virgil.3. Æneid.
Cernere coràm. Virgil.2. Æneid.
Ostendere coràm. Virgil.6. Æneid.
Retirare coràm quibuli bres. Horat.1. Serm. satyr.4.
Teneur coràm. Cicero pro Cluentio, Aiuntur ex altera parte coràm tenetur.
Venire coràm. Horat.1. Serm. satyr.6.
Coràm huc adducere aliquem. Terent. Adelph.5.3.
Sine me espurgem, atque illum huc coràm adducam.
¶Coràm, pro Hic, huc loco, interpretre Donato. Terent. Phorm. 5.8. -fermè eadem omnia,
Quæ tute dudum coràm me incusauerat.
CORAMBIS, Oppidũ est inter Ægyptum & Æthiopiam, iuxta quem est bitumines fons, vt scribit Plin.lib.6.cap.29.

Corambis, corambles: vel corambla, corambiæ ὑποφήτης. Herba quæ oculorum aciem retundit, & hebetem facit: idéque dicta nam κόρος pupillam significat: ἀμβλύω verò retundo & hebeto. Colum. in Hortu. lib. 10. Nùe rentat quanquis oculis inimica corambla. Sùt qui contendant omnino legendù Corymbe. De Coramble in hanc sententiam meminit Asclepiadæus in Hippes commentariis, Crambe apud antiquos Coramble ἀπὸ τοῦ κορέω ἐμέω quod est quòd nocear o-mnibus pupillam quam ex Græcorum oculis natâ ferunt. Hunc enim Bacchus extremi cens, vinibus ligatum ac collarey manens proiteir in mare. ex cuius harena caulis est natus. Proinde factum aiunt, ut vitis & brassica κόπον ποιῶσι, id est contrariam vim in se habeant. Credunt nanque agricolarum hîsi, vtrem eus appensù fuerit brassicæ radix, illeseferetaque eam ob rem brassica primùm in symposia exhibet, & ab Ægyptiis eliza ante alios cibos comedi solita, vt obrietatem moderetur. Hæc commentarius ille: quorum maxima pars etiam à Suida recutatur. Sunt & brassicæ rusum hebetari, Galenus, Aurcenna, Dioscoredésque refiatur.

CORAINE (κόρη) Populi sunt Asiatici, teste Herodoto, lib. 3.

CORAX (κόραξ) Antiquus rhetor Siculus, primus artem dicēdi & præcepia conscripsit, authore Aristotele. Cic. in Bruto, Itaque ait Aristoteles, quum subiaris in Sicilia tyrannis, res priuatæ longo interuallo iudicium repetentes rusum primùm (quòd esset acta illa gēs & controuersia natura) artem & præcepta Siculi Coracē & Tisiam conscripsisse. Coracis item memuniti lib. 1. de Orat. Et Quinc. lib. 3. cap. 1. Est item Corax montis nomen in Saimatia Europæ apud Prolemæū. Est præterea Corax, fluuius in Caucasei montibus originem habēs, vt Glaucus, Phasis, Hippus. Fuit & Corax, siue Corax, qui cū Gratre Carilo oppidum Tyri in Italia construxit, authore Strabone apud Virgilium in illud Æneidos,

Tum gemini fratres Tyburtia mœnia lingquunt,

Fratris Tyburti dictam cognomine gentem,

Castilliique, acérque Coras, Argiua iuuentus. Conflat etiā Archithoclum interfectum fuisse in bello à quodam cui nomen erat Corax. Hic quum forte fesiciniam Apollinis oraculum venisset Delphos, ab eo tanquam impius ac sceleratus est reiectus. Verùm quum ille multis verbis sese excusare conatus, culpam omnem in fortunam, & varios bellorum euentus reiecisset, vendùmque à deo emplorasset, flenti numen acceptoque ab Apolline responso, iussit eius Tenarum profectus est, ac manibus Acchilochi parentauit: tania erat eo tempore vanum & puerarum authoritas atque maiestas. Hæc Siponinus.

CORAX, coracis (κόραξ) Corvus Latinè dicitur. Cic. 3. de Orat. Quare coracem istum vestrum putamur non quidem pullos suos excludere in nido, qui cuolent & amatores odiosi & molesti.

Coracinus (κορακῖνος) Adiect. pen. prosud. Id est corninus.

Coracinus color. Id est niger, qualis est colus rom, quem tamen à pullo distinxi de vitur Virgil. lib. 8. cap. 3. Per id ipsa, inquit, adigun tur eò quotidie potumes: eoque quanto sint alba, procreant alias lolios leucophlegmatias: pulla alias coracino colore.

Coracinus, Genus pisets Nilo peculiaris, vt tellatur Plin. lib. 32. cap. 5. Martial. lib. 13.

Prunetps Nelacis raperis coracine macestis.

CORAZI, Colchidis regionis popuh. Plinius lib. 6. cap. 4. Et Pomponius libro 1.

CORAXIVS nunc, Tauri montis pars est. De Tauro sic Plin. cap. 27. libr 5, Quinctiam (inquit) confractus, effogiens quoque, smaragdus, rimis se genium hominibus, hinc & illinc impler: ad exitra, Hyrcanus, Caspius: laxua Paricdrus, Moschicus, Amazonicus, Coraxicus, Scythicus appellatur. In vniuersum verò Græcè Centuntus. Pomponius Mela lib. 1. multitudinis numero scripsit, Ceraunij, Taurici, Moschij, Amazonici, Caspij, Corax-ici, Caucasi.

CORBIS, huius corbis, fem. gen. (κόφινος) & secundum Priscianum, masculini, d citur Græcè Cophinus: Vas est viminibus conrextum. Plaut. Bacch. 15.

-geritore amicis nostris aurum corbibus. Cic. pro Sextio. Messoria se corbe contexit.

Corbis pabulatoria, In qua reponebantur pabula armentorum. Colum. lib. 6. cap. 3. Si grano abstinemus, frondis aut de corbis pabulatoria modorum viginti fuffici. Idem lib. 12. cap. 2. non ita procul à fine masculino genere vfus est, frondis corbem pabulatorium modiorum viginti.

Corbis dicta, vt inquit Varro de Ling. Latina, quòd spicas, aliúdve quid cò conrrahatur.

Corbis est inter naualia instrumenta numeratur. Est enim vas quod in fimmentum mali fuspendirur, vnde defuper rela in bottum naues deuoruntur. Liuius Girald.

Corbu's, corbulæ, penul. curt. Diminutiuum à Corbis, reste Varrone de Lingua Latina. Varro 1. de R. e rust. cap. 23. Cogis aliquot corbulas vuarum, & fondem laudisum an minus trar oubus.

Corbulum, in neutro posuit Suetonius in Nerone, cap. 19. Primus rastello humum rfodit, & corbulo congestum humeris extulit. Alij legunt, corbule.

CORBLO (κορβίων) Aquitaniæ olim erat emporium, super flumine Ligeri: cuius Polybius mentionem fecit, quum Pytheæ fabulamentorum memoriam facerer. Et Strabo. lib. 4.

Corbit à, corbitæ, penult. prod. Festus, Corbitæ, dicuntur naues onerariæ, quòd in malo earum summo, pro signo eorbes fuleriè fuspendi. Nonius, Corbitæ, genus nauig i tardum & grande. Plautus Pers. 7.

Tardiores vlio, quàm corbitæ sunt in tranquillo mari. Cic. ad Att. libro 16, Corbitane Pateras, an actuariolis ad Leucopetram Taientinnrum: & si onerariæ, ltatimne freto, an Syracusis.

Corbitam dare, videtur Plautus vtee prouerbij protulisse, pro negligenter aliquem tractare. Is enim in Pœnulo, 7, sic ait,

Obsecro hercle opera hæc celeocm mihi, non corbitam date.

Corbita cibi. Plautus,

Ego non illas ellrtees, corbitam cibi

Comeste possunt. Corbita cibi interpretatur Turnebus, onerariam cibo referram, vt Cicero nauem suri & palea dixit. In editis falsò legitur corbitæ vbi. Nam Corbitare verbum inusitatum & inaudiuum est. Refiurit Turnebus.

CORBVLO Domitius, Nobilis Romanus, in Armeniam missus est, vbi reges plurimos deuicit, quos omnes supplices, aut coru libetos obsides Romam misit. Refert Plinius libro 6. cap. 8.

Corchorus, vel Corcleoron, pen. corr. (κόγχορος) Herba pallim crescens. Plin. lib. 25. cap. 13. Anagallida aliqui corchoron vocant.

Corchorus inter olera. Prouerbium in homines nullius pretij. qui tamen in numero aliquo iludeant haberi. Erasmus in Chiliadibus.

Corculum. In cor.

CORCYRA penultima producta (κόρκυρα) Maris Adriatici insula inter Epirum & Calabriam sita, Alcinoi & Phæacum memoria, tum & Vlyssis naufragio, & hortorum Alcinoi fama clarissima. Venetorum est hodie. vocatúrque vulgò *Corphou*, alias *Corfu*. Huius meminit Virgilius lib. 3. Æneidos,

Protenus aereas Phæacum abscondimus arces,

Litoráque Epiri legimus, &c. Aereas arces Phæacum, Corcyram (inquit Seruius) insulam dicit, siá inter Epirum & Calabriam, vbi regnauit Alcinous. Lucanus libro 9. Corcyræ secreta petit, ac mille carinis. Abilulit. Est & Corcyra Nigra cognominata, ab illa superiore diuersa, quam inter Electridas enumerat Pomponius Mela libro 2.

Corcyræus, Adiectiuum (κορκυραῖος.) Cic. Att. lib. 6. ἐξ ὑπογρ. Sempronij Rufi cognoui ex epistola Corcyræa.

Corda tus, Cordi est, Cordolium. In cor.

Cordacissimus (κορδακίστατος) Saltationis est species, turpis, indecentissimeque saltationum altæ quidem bellæ sunt, vt pyrrhica: non nullæ verò ridiculariæ, quibus modò conciliatur risus. Ius autem vtuntur in conuiuiis & theatris. Hasce autem verò, in verbo Cordacissimus, cuius meminit in Philippicis Demosthenes, Cordax, inquit, comicæ saltationis est species, sicut & Sosibius tradit in libro de saltatione tragica. Vide Calaubonum, lcct. lib. 5. cap. 4.

CORDELLO, Philosophus Stuicus Pergamenus, omnium principum ac regum amicitias spernebat. Hunc Cato Vticensis in Macedoniam cum exercitu missus, precibus exoratum in castra secum duxit, magnam se putans ad opus palmam, qui hominem feuerissimum è ferocissimi domuisset. Volaterr. lib. 24.

Cordilla, vel Cordila. In CORDYLA.

CORDVBA, penult. corr. (κορδύβη) Bætiræ Hispaniæ vrbs clarissima, vtrisque Senecæ & Lucani patria. Martialis ad Licinium lib. 1. Duósque Senecas vnicumque Lucanum

Facunda loquitur Cordaba. Numen etiā nunc retinet. A Cordaba, Cordubensis conuentus dicitur Plinio, vr Astigitanus & Hispalensis, à clarissimis oppidis, & quarnes Gaditanus. Cordubensis aged fertilitas, & alnus cultus scripturibus laudatur. Idem lib. 35.

Nec decus auferae cessiuit Cordaba terræ.

CORDVENSES, Populi Themiscyenæ regionis, de quo Plin. lib. 6. c. 4.

CORDVS, nunc præceptores Alexandri Mamææ nominatur. Cordus item Cremutius declamator nobilis fuit, cuius meminit Tacitus lib in Caligula, cap. 16. Fuit & Cordus historicus, qui Imperatoris vitas conscripsit cui vno verrirur, quòd eorum qui obseruones essent minima etiam pro fequeretur. Num quid ille conscripsit, & quando eibon varuerit, aut quonues vellem mutauerit, fanè de clarissimis nostisque viris commemorandum est. Author Capitolinus.

Cordus, adiectiuum (ὄρδιος.) Festus, Corda frumenta dicta sunt, quæ sero matutescunt: vnum eordum. Colum. lib. 2. cap. 13. Sùr etiam quædam herbæ, quæ appropinquante vindemia condite pofsis, vt portulaca, & olus eordum, quod quidam satiuum battim vocant: hæc herbæ diligenter purgantur, & sub vmbra expandantur. Plin. lib. 18. cap. 18. Rusus rigati desecta oportet, vt fiecrur autumnale fecnum, quod vocant eordum. Vide CHORDVS.

Cordi agnus. Vide CHORDI AGNUS CHORDVS.

Cordyla, penult. prod. siue Cordylla (κορδύλη) Pisris minutus, qui partus thynnorù dicgur. Plin. lib. 9. cap. 15. Limosæ cordylæ à luto pelamides inscipti vocari: & quum annuum ex celsere rempus, thynni. Martial. lib. 13. 1. Ne roga eordylas, & penula desit oliuis, &c.

Vetus cordylla. Martial. lib. 11. epig. 53.

Moz vetus, & tenui maior cordylla lacerto.

CORNELIVS, Eques Romanus, à teste genitus, inseruit castaneam suomet ipsum furculo in Neapolitano agro. Sic facta est castanea que ab eo tempore accepit inter laudatas. Postea hæres eius liberus Cornelianam rerum inseuit. Hæc est inter eas differtia, illa copacior, hæc Corelliana melior. Verba sunt Plin. lib. 17. cap. item 17.

CORNELIA Helladis, id est Græciæ in sula. Plin. lib. 4. cap. 12. Ab ea Helladę, etiamnum in Ægeo Lichades, Scarphia, Corefa, Phocaria, compulréque alia, ex aduerso Attice sine popidis, & ideo ignobiles.

CORNELIA, Minerua, de qua Cic. lib. 3. de Natur. Deor. Quarta, inquit, Minerua Iouę nata, & Polyphe Oceani filia, quæ Arcades Corelian, & quadrigarum inuentrixem ferunt. Stephan. verò ait, Corion locù esse in Creta, Sive κόρις vricinde fit suis Corelius, & palus Corelia, & Minerua templum Cor. ia: quam potius deductam ait à κόρη, quàm à Corio, vnde rectius fiat Corieus. Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 4. Chorion nominat.

CORETAS, vr posi Plutarchum refert Cœlius, pastor quidam fuit, qui omnium pr.neeps ex affiaiu est vaccinatus. Vide Plutarch. in lib. De oraculis quæ defecerint, & Rhodig. lib. 8. cap. 16.

CORETVS, Meonis lacus sinus, in quem alueo naturali pet Nomadas & Hylæos influit Hypanis. Author Plin. lib. 4. cap. 12.

CORIDIVS, Vir Romanus, equestris ordinis, de quo sic Plinius ex Varrone, Adiecit meracula, quæ tota indicasse conuiuia. E duobus fratribus equestris ordinis Corsidio maiori accidisse vr verderetur epistrahe, aperioque restamento recusium hæredem minorem fuisse; instimi: interim eum qui extinctus videbatur plaudendo concussisse ministeria, & narrasse à fratre se venisse, commendatum sibi filiam ab eo. Demonstratum præterea quo in loco fodi tatem aurum nullo

confero, & rogaſſe etiis ſanebibus, quæ comparaſſe, eſſe arbitrar. Hoc eo narranie, ſtatis domeſticis properè annunciatis examinatum illum, & aurum vbi diceras, repertum eſt. Hæc ille libro 7. capite 52.

CORINIVM (Κορινθία) Pelignorum metropolis Straboni libro 5. Siculus libro 8,

Martucina ſimul Frentanis æmula pubes

Corſini populos, magnúmque Theſene trahebat. Pro Corſini.

CORINIVSCES (Κορινθίοι) Pelignorum populi, quorum meminit Plin. lib. 3. capite 12.

CORGO, Adverbium apud veteres, pro Perfectè, Quaſi ex corde ago. id eſt loquor. Feſtus.

CORIACEIA, Herba eſt, qua Magi tradiderũt aquam coagulariari, quo etiam nomine a Pythagora celebrata fuit, teſte Plin. lib. 24. cap. 17.

CORIAGO, penult. prodiſtinus corriaginis, penult. cur. fig. (κορίαγος) Morbus eſt quo boues laborant. Colum. lib. 6. cap. 13. Eſt & infixta peſtis bubulo pecori: curiaginem ruſtici appellant: quum pellis ita tergori adhæret, vt apprehenſa manibus deduci à coſtis non poſſit. ea res non aliter accidit, quàm ſi bos aut ex languore aliquo ad maciem perdu ctus eſt: aut ſudans in aquere faciendo refrixit: aut ſi ſub onere plauſtri madefactus eſt.

CORIANDRVM, huius coriandri (κόριον) herbæ genus. Plin. lib. 20. cap. 20, Coriandrum inter ſylueſtria non inuenitur. Corianon vel Coriandrum alicui dicitur.

CORIANVM (κόριανον) Medij digiti annulus, Pollicis, qui inter ornamenta mulierbria Corianum adſcribit, lib. 5. cap. 16.

CORIARIVS IN CORIVM.

CORIAS, huius Coriæ genus piſcis. Plin. lib. 32. cap. 15, Corias ſuę pariatus, ſuę ſarritatus à patria Beuca, laeritorum minima. Caſtigatio ex exemplarya habetur Coliæ.

CORIAE, Inſulæ duæ ſunt ante Peloponneſum, vt ſcribit Plin. lib. 4. capite 12.

CORICVS IN CORYCVS.

CORIGIA IN CORRIGIA.

CORINIVM (Κόρινιον) Ptolemæo Dalmatiæ vrbs, hodie Corninium. ¶ Eſt & Corninium, codē authore, Britanniæ vrbs, alio nomine Claudiana caſtra. Hodie vulgò Claudioceſtria, Cioceſtre.

CORINNA, Thebana mulier Lyrica, vicis quinquies, vt meminit Pindari teſtimonijs libros quinquagintà & epigrammata Suidas & Pauſanias authores. Corinna aliter apud Ouidium poetam nouiſſimus.

Blanda Corinna. Martial. lib. 12 epigr. 44,

Te poſt Naſonem blanda Corinna, ſequi. Subaudi poſſet,

CORINNVS, Iluenſis verſificator ante Homerum, qui primus, vt quidam volum, ſcripſit Iliada, vigente adhuc bello Troiano. Scripſit autem Ioteria Græcis inuentuis aute primùm à Palamede, cuius ſunt diſcipuli ſcripſit & Dardani contra Paphlagonas bellum. Ex quo puuitur Homerus hauſiſſe omnem operis materiam. Author Suidas.

CORINTHVS, huius corinthadis, genul. cor. Herba quæ menais alio nomine dicitur. Plin. lib. 24. cap. 17.

CORINTHVS (Κόρινθος) Achaiæ caput (inquit Florus) Græciæ decus, inter duo maria, Ioniũm & Ægæum, quaſi ſpectaculo expoſita. Corinthum (inquit Strabo, libro 8.) ſanè locupletiſſimam aiunt, quam Iſthmo imminet empoium, locus negotiatoribus frequentiuus, & diutum domuus portuum certiſſimus: quorum quidem alter Aliæ, alter autem propinquus eſt Italiæ: vtroque ex loco faciles inuicem mercium commuuiones faciens, tantundem cemotis vtrinque gentibus. Cicero in oratione contra Rullum ſecunda, Corinthi (inquit) veſtigium vix reſtitum eſſe rea enim poſita in angultiis, atque in faucibus Græciæ, ac veteres claſſitæ locorum teneret, & duo maria maximè nauigationi diuerſa pene contingeret, quum perenni diuerſitate ſeparaerentur. Potentiſſimam ac diuſſimam hanc vrbem fuiſſe antequam à Populo Romano capereur, teſtis eſt Florus, dum eius vrbis ruinas perleurit. Strabo ſcribit Corinthios, Populi Rom. legatos, quum forte acta quædã magnifica præcenſient, fordibus effuſis commacuſare auſos. Cuius gratia quum alia quoque ſuperbiæ atque inſolentiæ eorum haud obſcura exarent argumenta, ingenti cõparato exercitu, L. cam Mummius imperator ſolo æquauit (id enim ſuperbia meruerat) ſignis, tabuliſque pretioſiſſimis in vrbem aſportauit. Vide Cicerouem pro Lege Mandia. Poſtea Corinthus propter vniuuque mare, Ionium ſcilicet, & Ægæum, à poetis Bimaris dicitur. Ouid. Faſt. libro 4,

Adriacimq; patet, ſalæ bimarémq; Corinthũ. Horat. t. Carm. ode 7.

Quin & Iſthmum ipſum eo cognomine Ouid. donat, lib. Metam. 7.

Qui vtrunque ſua bimarem pacuerat Iſthmum. Corinthus à Siſypho latrone, Æoli filio conditaa fertur: deinde exerſa, & inſtaurata à Corintho Oreſtis filio. Author Strabo. Prius Ephyra dicebatue.

Non cuius homini cũtigit adire Corinthũ. Hor. t. epiſt. 18. Adagiũ de rebus arduis & aditu periculoſis, quaſque non ſit cuiuſlibet hominis affectare, vel efficere. Vide Erasmi Chiliadas. ¶ Corinthus hodie parues eſt vicus, vocatiur, *Corithe*. ¶ Apollodorus author eſt fuiſſe & alias hoc nomine dictas ciuitates, quarum vna fuit in Theſſalia, altera in Epiro, teria in Elide.

CORINTHIVS, Adiectiuum (κορίνθιος) vtis, Corinthia vaſa, ex ære Corinthio factis. cum quo aurum argentiquo porro quædam commiſta erat. Nam ex Corinthium marme laudabatur. vnde factum vt omnia vaſa ex ære elegantia, Corinthia ſint appellata, quæ Strabo in octauo τῶν εἰργασμένων ἀγαθῶν appellare videtur. Plin. lib. 34. cap. 3. Sunt ergo vaſa tanũ Corinthia, quæ iſti eleganiores nunc ex ſculpendo tranſferunt modò in lucernas, modò in trullas.

Iſthmus Corinthius. Seneca in Thyeſte, 2. 5, Iſthmi ſiquis amat regna Corinthi. Verſus eſt Aſclepiadeus.

Veſtis Corinthia. Chaudibus. & de Raptu Proſerpinæ.

Corinthia, numero plurali, ſine adiecto, pro vaſis, per antonomaſiam. Martial. lib. 9 epigr. 58,

Nil eſt trivius Edili laecrnis.

Non anſæ veterum Corinthiorum, &c.

Corinthiacas, penult. cor. (κορινθιακὸς) Aliud adiectiuum. vt. Pontus Corinthiacus. Oud. 4. Metam. Et Terræ Corinthiacæ apud eũdem lib. 1. Trift. eleg. 9.

Sinus Corinthiachus, *Le gouffe de Patras.*

Corinthienſis, Aliud adiectiuum. Corinthienſes autem ex eo dici ceperunt, ex quo coloni Corinthum ſunt dẽducti, qui antea Corinthij ſunt dicti: quam cõſuetudinem ſeruamus etiam quum Romanenſes, & Hiſpanienſes, & Stelliẽſes negotiatores dicimus, qui in alienis ciuitatibus negotiantur. Hæc ex Feſto.

CORINTHOTA (κορινθιώτης) Proponentium Acarnaniæ ciuis, non longè ab Actio vrbe, cuius meminit Strabo lib. 10.

CORIOLANVS, penult. prod. (κορίολανος) Vir illuſtris Romanus, quem Cicero multis in locis cum Themiſtocle confert. Nam bellum (inquit in libro de Claris Orator.) Volſeroum illud grauiſſimum, cui Coriolanus exul interfuit, eodem fere tempore quo Perſarum bellum fuit, ſimiliſque fortunæ clariſſimorum virorum. Ruſticoque paulo poſt, Quare quoniam ribi quadrat omnia fuiſſe in Themiſtocle paria, & Coriolano, paueram quoque à me ſumas lieis: præbebo etiam hoſtiam, vt Coriolanus ſit plane alter Themiſtocles. Idem de Amicitia. Quis clarior in Græcia Themiſtocle? quis potentior? qui quum impetrauer bello Perſico ſeruiture Græciam liberaſſet, propterque inuidiam in exilium miſſus eſſet, ingratæ patriæ miuriam non tulit, quam ferre debuit. Fecit idem quod viginti annis ante à pud nos fecerat Coriolanus. His adiuior contra patriam inuentus eſt nemo itaque mortem ſibi vtreque cõſciuit. Coriolani vitam pluribus perſequuntur Plutarchus.

Coriolanus, à Coriolis oppido captis dictus eſt C. Marcius. Liuius lib. 2.

Coriolanæ pyra quæ dicantur, vide Plin. lib. 15. cap. 15.

CORIOLIA, Oppidum in Latio & Coriolani, populi Coriolorum incolæ, apud Plin. lib. 3. cap. 4.

CORIOM, Herba quæ & chamæpitys dicitur. Plin. lib. 26. cap. 8. Ruell. lib. 3. cap. 74. Hypericon, Plinio authore, quod alij chamæpityn, alij corion appellant, oleraceo frutice, tenui, cubitali, rubente, folio rutæ, odore acri, femine ſiliquæ magno matureſcente cum hordeo. Nomen in officinis ſeruat. Ruia *herbum perforatum*, aut *mille perforatum* appellane, quòd folia Sub obiecta innumeros foraminibus ſcatere, & omni ex parte punctis quibuſdam petiundi viſantuc. Vide plura ibidem.

CORIS, Alterа hyperici ſpecies, folio tamaricis, & ſub ea naſcitur, ſed pinguioribus foliis & minus rubentibus, odorata, palmo aluor, leniter ſuauis, aculeata. Vis ſemini exeal factoria, & idcò inflationem facit enteroclis: ſed ſtomacho non inutilis, præcipuè ad ſtrangulatum, & exulcerata non ſit veſica. Hæc Plin. lib. 26. cap. 8. Meminit Dioſcorides.

CORISCVS, Leue miſſile in modum ſagittarum. Virgil. 10. Æneid. Coriſcique luces humeris, & lethifer arcus. Sic Nonius. Verùm apud Virgilium legitimus, Coruſque luces humeris, & lethifer arcus. Vbi Seruius. Coruſ: propriè ſunt arcuum brachia. Dicuntur tamen etiam ſagittarum, quas & pharetras vocamus.

CORITVS, penultima correpta (κόριθος) Res Aboriginum, nam omnes Abotiginum reges Coriti appellabantur, vt ex Beroſo apertiſſimè conſtat, atque hinc apud eum ſæpe legas ita. Italus filium ſuum Morgeten creauit Coritum. & Morgetes Coelo blaſconem. Coritum creat, hoc eſt, regem. & de hoc rege intelligendum eſt in locis illis Virgilij, quum ait,

Venetas antiquis Coriti de ſtibus Acron. & ibi,

Nec ſatis exteritas Corti peteiratur ad vibes. Quibus in locis valde deceptus eſt Seruius, qui putauit Coruum ſuiſſe non ſolum regem, ſed etiam ciuitatem & mœnia. Thuſciæ, quum nec apud Ptolemæum, nec apud Strab. nec apud Plin. nec apud quemquam aut quorum (quod ſciam) talis ciuitatis aut mœnis nomen reperiatur.

CORIVM, cori (κόριον, βύρσα) Proprie animalium eſt, præterim corium quæ craſſorem pellem habent, ac dumorem: quod & Scorium dicitur. Ponitur tamen Corium pro quacunque pelle, etiam rerum inanimatarum. Hæc Sipontinus. Cæſar 2. bel. Ciuil. Super lateres coria inducuntur, ne canalibus aqua immiſſa lateres diluere poſſet. Cic. 2. de Nat. deor. Quarum aliæ coriis tectæ ſunt, aliæ villis veſtitæ, aliæ ſpinis hirſutæ.

Coria, ediciis, faccos imperare. Cic 3. in Verrem, Hoc ſcitote, his nominibus, quæ res per eum geſtæ ſunt, quum ille ciuitatibus frumentum, coria, cetiera, faccos imperaret.

Coriorum confectores. Firmic. lib. 3. cap. 9. & 12.

Canis aſſuetus corio, Pro quo Plin. eſt apud Horatium, de illis qui quum ſemel illecebras vitiorum degustarunt, nullo modo auocari amplius poſſunt. Horat. 2. Serm. ſat. 5,

Vt canis a corio non abſterrebitur vncto.

Corium caſtaneæ. Plin. lib. 15. cap. 18, Putamine cladunturque ouces, corio caſtaneæ.

Corium hominis. Plaut. Ciſtel. 20.

Corium nubium. In NVBES.

Corium piſcium. Plin. lib. 6. cap. 24.

Corius, maſcul. genere apud Plautum in Pœnulo, 3. Tres facile corios contriuiſti bubulos. Idem alibi, Iam tibi tuę meretrix craſſos corios reddius eſt.

¶ Corius in ſtructuris. Budæus, Coria ſunt in architectura ſingulæ ductus ſtructuræ, qui vno tenore ducuntur aut in altitudinem, aut in craſſitudinem. Vitruuius, Itaque tres ſuſtiranur in ea ſtructura eruſtæ, duæ frontium, & tria media faciuntur. Græci non itaſcd plana collocantes corus alternis in craſſitudinem inſtruentes, non media ſeruiendo, ſed eſſus ſiontanis perpetuum, & iu vnam craſſitudinem patierum conſolidant. Cato cap. 18. Fundamẽta primùm fodiuntur, poſtea cæmẽtis minuuis, & calce atenato ſemipedem vnumquodque corium ſtruito.

Perſicere coria. Plin. lib. 13. cap. 9. Semen in ſiliquis, quo cor 2 nerſicuntur gallæ vice. Sic libro 16. cap. 6. ad finem, Sed gallæ in hemeris opinamur;

optimam, & cortis perficiendis aptiſſimam.

Coriarius {ϕορμοποιὸς} Qui corna concinnat. Plinius lib. 17. cap. 9. In coriariorum officinis pilo madefacto. Sic Ermicus lib. 4. cap. 7.

{Coriarius. Frutex eſt thuis herbæ. Plinius lib. 24. cap. 11. Nam & herba eſt ſylueſtris, foliis myrti, cauliculis brevibus, quæ veneta & rancas pellit: & frutex curtarius appellatur, ſubrutilus, cubitalis, craſſitudine digitali: cuius aridis foliis, vt malicorio cutis perficiuntur.

CORMALOS. Fluuius Troadis, in conuentu Adramytteno, teſte Plin. lib. 5. cap. 30.

CORNA, Collis eſt ſyburbanus agri Tuſculani, in quo lucus viſitur antiqua religione Dianæ sacratus à Latio, velut arte tonſili coma fagei nemoris. Author Plin lib. 16. cap. 18.

CORNBATES, Pannoniæ populi, de quibus Plin. lib. 3. cap. 25.

CORNELIA gens, Romæ omnium gentium amplißima nobiliſſimaque & antiquitate & fama, de cuius origine nihil tam occurrit. Familias præcipuas quatuor reperio: quarum una Maluginenſium eſt, altera Scipionum, Ruſinorum tertia, poſtrema Lentulorum. Dolabellas enim, Cinnas, Merulas, & ſi qui ſunt alij, plebeios potius quam patricios crediderim. Qua ergo ædem in re veterum auctorum diligentia requirenda eſt, qui eum in alium, tum in Cornelios nobis deſcribendis valde videntur errare: quod cuius ætatibus paulum conſideranti facile fiet obuium. Cæterùm ſcribit Valerius Maximus libro 8 capite 16, imaginem Africani in cella Iouis Opt. Max. poſitam honoris atque dignitatis cauſa, quæ quotieſcunque munus aliquod Corneliæ genti celebrandum eſſet, inde proferetur. Proprium ergo hoc & peculiare Africanorum erat, vt illud Poplicolarum & Tubertorum, quos in vrbe ſepeliri conſueuiſſe Cicero & Plutarchus oſtendunt.

Cornelius Nepos, Ciceronis tempore, vir diſertus, vitas illuſtrium virorum ſcripſit, quarum tantùm Pomponius Atticus extat. Huic Catullus opus ſuum ded. cat. Cornel. Epiradius, L. Cornelij Syllæ Dictatoris libertus, librum quem Sylla de ſuis rebus geſtis imperfectum reliquit, ſupplendum. Tranquillus. Cornel. Gallus, ante omnes (inquit Seruius) primus Elegiæ poeſeos auctor fuit: teſte Ouidio. Nam & Euphorionem tranſtulit in Latinum ſermonem, & amorum ſuorum de Cytheride ſcripſit libros quatuor. De quo multa Seruius in Bucolicis Virgilij: de quo & illud diſtichon extat,

Gallus & Hefperijs, & Gallus nouus Eois,

Et ſua cū Gallo nota Lycoris eſt.

Cornelius Celſus Ciceronis Seuerus Iunct poetas epicos ab antiquis authoribus relatus eſt. Ingenio ſum magno, & in ſcribendis rebus facili. Conſtat eundem fuiſſe verſatum in declamationibus, quas in re ingenium ſuum atque eruditionem maximè probauit: quam in eodem officio eſſet alij complures, vt Aſinius Pollio, Pompeius Lenæus, Porcius Latro, Moſchus Baſſus. A Iubio Quintiliano ita commẽdatur, vt verßificator quàm potuit melior habitus ſit. Scripſit inter alia multa opus de bello Siculo, quod ab eo abſolutum non eſt propter immaturam mortem. Quod opus ſi abſoluere potuiſſet, meritò ſibi ſecundum locum vendicaſſet, vt idem Quint. author eſt lib. 10. cap. 1. Extant eius carmina illud quo eleganter deſcribit Marci Ciceronis interitū, quod euam ab Anneo Seneca magnopere commendatum eſt.

Oraque magnanimūm ſpiranciā penè virorum

In Roſtris iacuere ſuis ſed eiam abſciſſa manibus,

Tanquam ſola forent, quæ Ciceronis imago, &c.

Cornelia, ſoror Africani, matre Gracchorum, epiſtolas reliquit elegantiſſimæ ſcriptas. Cicero in Brutu. Lig. mus epiſtolas Corneliæ matris Gracchorum: apparet filios non tam in gremio educatos, quàm in ſermone matris. Quinctianum item Corneliæ elogium commendat, lib. 1. cap. 1. Eloquentiæ matrem Gracchum matrē Gracchorum pro illo tempore plurimum coluiſſe. {Fuit & Cornelia P. Scipij vxor. Cicero libro 5. Epiſt. familiar. 6. Nun fatis credidi homini prudenti tam valde eſſe mutatum voluntatem tuam: teſtē poſſe aquam & Corneliā tua Terentiam diligere, & ego cum Cornelia Scipionis tuus ſum, adhibui diligenium quotieſcunque Senatus fuit, vt adeſſem.

Cornelia tribus. In TRIBVS.

Cornealæ, Gemmæ ſunt, quæ ita nuncupari videntur, quia inter onyces cornea quoque viſatur varietas. Vide Cælium Rhodig. libro 17. cap. 10.

Cornefco, Corneus. In CORNV, & CORNVS arbor.

Cornſicen in CORNV.

Cornicor, Cornicula. In CORNIX.

Corniculārius, Ordinis nomen in militia. Aſconius, Accenſi dicebantur attributi Decurionibus, hoc eſt munifici eorum, quaſi ad cenſum additi, quos nunc Commentariēnſes & corniculārios appellant Valer. Maximus lib. 6. Cui Comminius Tribunus plebis diem ad populum dixit, quòd cornicularium ſuum ſtupet cauſa appellaſſet. Dicitur autem corniculārius in bello, accenſus Decurionis: in quo ſignificato capitur etiam apud Frontinum, lib. 3. Tribuni corniculārius virgiles quoſdam exe cauit. Vide Alciatum in tres poſteriores libros Codicis. {Turnebus in hunc Suetonij locū, vbi inquit, Sauciū ac repugnantē adorti Clodianus Corniculārius & Maximus, &c. ſic explicat his verbis, Vtun exercitu & acie dicitur cornu, ita in cohortibus Trib. militum corniculum, & forsaſſe in ordinibus centurionū: à quo Corniculārius, qui corniculo Tribuni militū præeſt. Tranquill. de claris grammaticis, Primò appariturum fuiſſe magiſtratibus, deinde in Macedonia corniculo, mox equo meruiſſe. Hæc ille.

Corniculum. In CORNV.

CORNICVLVS, nißcm eſſe poribus in portica ſtouit, quibus in ſcribenda hiſtoria Sallaſtius, Luccius, & Cornelius Nepos in Vrbe præſtiterunt. Fuit ingenio eleganti, & lepido, atque in ſcribendis epigrammatis verſatus eſt. Soror eem habuit Corniciam, vt ſcribit Eutchius, cuius carmina in magno petito habetur. Fuit & Cornificius Ciceronis paternus amicus & collega, ad quem multæ extant ipſius Ciceronis epiſtolæ lib. 12.

Cornigenus, Corniger, Cornipes. In CORNV.

CORNICARVM diuarum, Locus trans Tyberim erat, corniculus dictatus, quòd in lunonis tutela cornices eſſe putabātur. Author Feſtus.

Cornix, cornicis, penult. prod. f. g. {κορώνη} Auis inuecunde crocitans, quæ alarum auium dux eſſe dicitur. Plautus Afin. 6. Picus & cornix eſt ab læua, cotuus partha ab dexterā cōſuadeto. Cornicis naturam abunde deſcribit Plinius.

Annoſa cornix. Horat. 3. Carm. od. 17.

Garrula. Ouid. 2. Metam.

Improba. Virg. 1. Georg.

Raucæ. Lucret. lib. 6.

Siniſtra. Virg. 9. eclog. Sic à Virgilio appellatur, quòd cantus cornicis inuecundæ crocitantis, malum auſpicium eſſet aliquid incipiēti, malúmque portenderet. Erat tamen aliquando cantus eius auſpicatus, & fauſtus vel,

Tarpeo quondam quæ ſedit culmine cornix.

Eſt bene non potuit dicere, dixit erit. Turnebus.

Vaga. Horat. 3. Carm. ode 27.

Vetula. Horat. 4. Carm. ode 13.

Cornicum oculos cōſigere, Prouerbium eſt, inquit Valla in Raudenſem, Qui ſe cōſigere oculos eorum qui ſe ſapientiores videri vo lunt, & duces, nam cornix dux auium eſſe dicitur. Cic. pro Hac. Hic Hercule cornici oculum, vt dicturinam hunc Hermippum homine eruditum, eiuem fuum, cui debebat eſſe notiſſimus, peteuiſſet. eius enim fide pecuniam ſumpſit à Sylla. Idem pro Murena, Inuentus eſt Ecthis quidam Cn. Flauius qui cornicum oculos conſereret, & ſingulis diebus eſſidendos faltus populo propoſueret, & ab ipſis cauis lucrenſuſtus eorum ſapientiam cōpilaret. Quod prouerbium (inquit Erafmus) an natum ſit ex apologo quopiam, an ex euentu, an ex metaphora ſumptum, non ſatis liquet. Vndecunque fluxerit, perinde vaſere videtur, Cornicum oculos cōfigere, quaſi dicas, populo quidām inuento veterum eruditionem obſeruare, efficer eique, vt ſuperiores nihil ſciſſe, nihil vidiſſe videantur. Effertur autem per ironiam. Budæus autem ſic interpretatur, Cornicum oculos cōfigere, pro eo quod eſt, callidos & verſatos homines verſutia & calliditate ſuppilare & cludere, vt eum clauis claua ludere, ſic vafrina vafer, & aragiudatur ante. Sunt qui de hac re ſic tradant, Cornicum oculos conſigere dicuntur hi, qui arcanam aliorum artem, ob ſdque magis aut quæſtuoſam aut admirabilem petuulgant: qua peruulgata tollitur aut quæſtus, aut admiratio. Vel dicuntur hi qui alioqui cauros & pra dentes ſalæ nihil ſuſpicantes decipiunt. Adagium tamen patet ex natura animalis: Cornix enim ad cadauer hominis in paſtibulo ſut rota expoſiti aduolans, illi primum oculos eruit, vt caſudiei popolo, aufcendo ille cognitionem faſtorum, quos ſcribi iuuulgando erat cornicibus oculos, id eſt abſoluti id lumuis, quo exteris præſtare videbantur.

Cornicibus ſuperſtes, & Cornicibus viuacior, de vehementer anoſis, prouerbialis hyperbole: ab auis eius prod gioſa viuacitate ſumpta. Martial. lib. 10.

Et cornicibus omnibus ſuperſtes. De anu nimium viuace. Horat. 1. Carm. ode 13.

{Cornix eram annulus eſt ferreus, quo oſtium pulſatur, à figura, aut potius à garrulitate ſic dictus.

Cornicula, cornulcorr. {κορώνη} Diminutiuum. Horat. 1. epiſt. 3.

Nel ſuite ſuas repetunt vernes et olim

Grex auium plumas, moxnudat cornicula riſum

Furtiuis nudata coloribus. Ex apologo Æſopi.

Cornicor, penult. prod. cornicaris {κορώνη} cornicari, Ineptè garrire. Peſtius fat. 3. Neſcio quid recto rem graue cornicaris ineptæ.

Cornu {κέρας} Indeclinabile, & hoc cornum, & hic cornus, huius cornus, ſecundum Priſcianum. Plin. lib. 11. cap. 37. Omnibus autem eaua, & in mucrone demum concreta ſunt cornua: ceruis tantùm ſolida, & omnibus annis decidua. Horat. in Serm.

Cornum habet in cornu longè fuge. Vide Adagia Erafmi.

Cornibus armata bellua. Cicero 1. de Natura deorum. Quarum alæ cornis tectæ ſunt, alæ tellis veſtitæ, alias ſquama hirſutæ: pluma alias, alias ſquama videtur obductas, alias eſſe cornibus armatas, alias habere eſſugia pennarum.

Aeria capræ cornua. Ouid. 5. faſt.

Arborea cornuum cornua. Virg. 12. Æneid.

Camura cornua. Seruio, curua. Vide & Camerar appellantur. Virgilius 3. Georgicorum,

-& camuris hirtæ fub cornibus aures.

Flexum cirrum caua tempora cornu. Ouid. 7. Metam. De ariete.

Latis cornibus ten. Senec. Hippol.

Parata tollo cornua. Horat. epod ode 6.

Præloncia. Lucret. lib. 3.

Cornua camoſa dedit natura caprеis, ſed parua, nec decidua: Conuoluta & in anfractum arietum genere: rupicapris in dorſum adunca, damis in aduerſum: Bre& a autem rugarumque ambitu contorta, & in leue faſtigium exacuta (vt lyras deceres) ſtreſpiectori. Hæc ex Plin. lib. 11. cap. 37. vbi multa cornuum genera videto.

Ramoſa cerui. Virg. 7. eclog.

Recurua. Ouid. 4. Metam.

Recurua in terga. Ouid. 5. Faſt.

Rigidum. Ouid. 9. Metam.

Summis cornibus exare. Virg. 3. Georg.

Totus saur. Lucan. lib. 1.

Trembili cornu pene irritamina fua taurus. Ouid. 12. Metam.

Frons horido turgida cornibus primis. Horat. 3. Carm. ode 13.

{Curuare bima cornua fronte. Virg. 4. Geurg. Di virulo.

Decernere inter ſe cornibus. Virg. 3. Georg. De tauris.

Ductus cornu hircus. Virg. 2. Georg.

Exectum. Horat. 1. Sermſat. 6. {} tua cornu

Ni foret exceſſa frons (inquit) quid faceres, quum

Sic mutilus miniteris?

Explorare cornua in trunci. Lucan. lib. 3.

Fregit in arbore cornu. Ouid. 5. Fast. De capra loquitur.
Gerere cornua fronte. Ouid. 15. Metam.
Ineurſare aduerſis cornibus. In INCVRRO.
Inflexa in ſe cornua. In INFLECTO.
Lacerare. Horat. 3. Carm. ode 27.
Quum tibi inuiſus laceranda reddet
Cornua taurus.
Inter ſe aduerſis iuſtantur cornibus hœdi. Virg. 2. Georg.
Mutilus cornibus. In MVTILVS.
Proferri iam cornua vultur. Claud. lib. 2. in Eutrop. De re minimè verisimili.
Taurum cornu tenere. Virg. 4. Æneid.
Trahere taurum prenſis cornibus. Stat. 2. Thebaid.
Verſa in obnixos vrgentur cornua. Virg. 3. Georg. De Iuuenca.
Vires in cornua ſumit taurus. Ouid. 8. Metam.
¶ Siciora corpora cornu. Catul. epig. 10.
¶ Coactum cornu Phœbes. Lucan. lib. 1. Id eſt coniunctum Lunæ cornu: vtpote in plenilunio.
Circuitis cornibus orbem alligat Phœbe. Seneca in Medea, 2. 9.
Aurata Tauri ſyderis. Virg. 1. Georg.
Cornua lunaria. Ouid. 2. Metamorphoſeos,
Orbe refurgebant lunaria cornua nono. Id eſt nonus incipiebat menſis.
Lunata. In LVNA.
Obſeurum Lunæ cornu. Virg. 1. Georgicorum,
Luna reuertentes quum primum colligit ignes,
Si nigrum obſcuro comprenderit æra cornu,
Maximus agricolis pelagóque parabitur imber.
Obtuſa Lunæ cornua dicuntur, quando Luna pura non eſt. Virg. 1. Georgicorum, Pura nec obtuſis per cælum cornibus ibit.
Et Luna rapta nube contuſa potis Seneca Hippol. 4.
Tenuius Lunæ cornu. Stat. 11. Thebaid.
Velaris cornibus Luna. Valer. lib. 8. Argon.
Coeunt tota cornua, efficiúntque orbem. Ouid. 7. Metam.
Tertia iam Lunæ ſe cornua lumine complent. Virgil. 3. Æneid. Id eſt iam tertium eſt pleniluniũ.
Euaneſcunt cornua Lunæ. Ouid. 2. Metam.
Iunctæ cornibus impleta orbem Luna. Ouid. 2. Metam.
Luna ſuos ignes coeunte cornu iungit. Seneca Hippol. 6.
Reparat noua cornua Phœbe. Ouid. 1. Metam.
¶ Cornua montium. vt, Cornua Parnaſi: qui eadem de cauſa etiam biceps dicitur. Stat. 4. Thebaid. Quàtus & ille facri ſpiris in torta monebat Cornua Parnaſſi, &c.
¶ Cornua fluminum, dicũtur flexus, & eurui ares alueorum, quòd multis in locis ad cornuum ſimilitudinem ſe ctãtur. Sipõtius. Eadem & brachia quibuſdam dicũtur. Cic. Att. lib. 9. Ab vtroque portus cornu moles iacimus. Vide Sinus, per tranſlationem, & cin SINVS.
Angulis incluſum cornibus æquor. Ouid. 5. Metam.
Gemina. Virg. 4. Georg. De Eridano loquitur.
Elatis cornibus amnes. Valer. lib. 1. Argon.
Terniſcis vndans cornibus Hebrus. Valer. 6. Argon.
Truncatum. Claud. de Laude Serenæ,
Sancia truncato pallebant flumina cornu.
¶ Cornua in prælio pro virtute exercitus. In exercitu enim eſt dextrũ & ſiniſtrum cornu: & quod inter vtrunque eſt, dicitur medium. Terent. Eun. 4. 7.
-in medium hue agmen cum vectis, Donax:
Tu Simalio in ſiniſtrum cornu, tu Syriſce in dexterum. Cæſar 1. belli Gallici, ipſe à dextro cornu præſidium commiſit.
Cornua addere pauperi. In ADDO.
Cornua commouere. In COMMOVEO.
Equites pro cornibus locare. Quintil. lib. 1. cap. 13.
Vtrinque cornua promouere. Quintil. lib. 2. cap. 13.
Equites cornibus affundi. Tacitus Vita Agricolæ, Inſtinctos ruere tẽque ita diſpoſitos, vt peditum auxilia, quæ octo millia erant, mediam aciem firmarent: equitum tria millia cornibus affunderentur.
Acies inclinato cornu ruebat. Sil. lib. 10.
Quaſi cornua duo. Cicero 13. Philipp. Deinde Panſa & Hirtius tequi quaſi cornua duo tenuerunt Cæſaris, tum quum illæ veré partes vocabantur.
Cornua diſputationis alicuius eommouere. Cic. 2. de Diuin. Nunc cominus agamus, experiamúrque ſi poſſimus, cornua commouere diſputationis tuæ.
¶ Cornua antennarũ, pro Vtraque parte aniẽnæ. Virg. 3. Æneidos, Cornua velaturum obuertimus antennarum.
Ardua cornua, pro Antennarum extremitatibus. Virg. 5. Æneid.
Ardua cornua demittere. Ouidius 11. Metamorph. De cornibus antennarum.
Explicitus liber vſque ad ſua cornua. Martial. lib. 11. epigr. 108, Explicitum nobis vſque ad ſua cornua librum,
Et quaſi perfectum, Septimiane, refert.
Extendere cornua. Lucan. lib. 4.
¶ Cornua obuertere alicui in re fecunda. Plaut. Pſeud. 16. Hoc eſt velut cornibus impetere, & nocere alicui.
Flexile cornu curuare, Arcum tendere. Ouid. 5. Metam.
Lenta flectere cornua. Ouid. 12. Metam.
¶ Lycium cornu, Areus Lycius. Virg. 11. Æneidos,
Spicula torquebat Lycio Cortynia cornu. Vbi Seruius, Cretenſes fagittas Lycio arcu dirigebat. quod, vt ſuprà diximus, ad oriarum poni conſueuit.
Parthum cornu. Virg. 10. eclog.
-libet Partho torquere Cydonia cornu Spicula.
Lentare cornua. Stat. 3. Thebaid. De arcu.
¶ Vngula ſolido cornu. Virg. 3. Georg.
-ſolido grauiter ſonat vngula cornu.
¶ Cornua dicebantur quæ nunc Tubæ vocantur, eo quòd ea quæ iam ſunt ex ære, tunc fiebant ex bubulo cornu. Varro de Ling. Lat. Raueo ſtrepuerunt cornua cantu. Virg. 8. Æneid.
Inflexo tibia cornu. Ouid. 4. Faſt.
Tibia inflato cornu. Ouid. 11. Metam.
Torua. Perſius 1.
Magna cornua ſonare ac vincere tubas. Horat. 1. Serm. ſat. 6,
-magna ſonabit
Cornua quod, vincẽtque tubas.
Occanere cornua, ac tubas Sentius iuſſit. Tacit. lib. 1.
Cornua dicuntur à curuore, quòd pleraque euruamus. Varro de Lingua Latina.
¶ Benignum. Horatius 1. Carm. ode 17. Pro Copioſo & diuite poſuit, ſumpta metaphora à cornu Fortunæ, quo diuitiæ ligari dicuntur. Acron.
Cornucopiæ, Indeclinabile { κέρας ἀμάλθειας } Quum affatim omnia ſuppetiſſe ſignificamus, copiæ cornu dicimus. Flauius Pſeud. 10. Nam hæc illa ea cornucopiæ eſt, vbi ineſt quicquid volo. Plin. in præfatione 10. Alij κέρας ἀμάλθειας libros ſuos inſcripſerunt, quod eſt copiæ cornu, velut lactis gallinaceì ſperare poſſis in volumine hauſtum. Ouidius, Cornucopiæ dicit id fuiſſe, quod Hercules cum Acheloo in ſpeciem tauri mutato congreſſus, ei detraxiſſet hoc Naiades acceptum, & omnium frugum primitias referrum, Copiæ conſecrarunt. Ouid. 9. Metam. Vide Erasmi Chiliadas.
Copia diuite cornu. Seneca Medea, 2.
Aurea fruges, Italiæ pleno diffudit Copia cornu. Horat. 1. epiſt.
Cornua, Liberi patris { quem vini inuentorem ferunt } ſimulacro additunter, eo quòd homines nimio vino trues fiunt. Ex Fello.
Cornetco, cornetcus { κερατίνης } cornetcere, Dureſſere in cornua. Plin. libro 11. cap. 49. Vſo quoque ſimul vrexpitaucrit, cornecterc aiunt genitalia.
Corniculum, penultima correpta { κερατίδιον } Diminutiuum à Cornu. Plin. lib. 11. cap. 18. Alijs cornua ante oculos prætendunter ſignaua. Idem libro 9. cap. 31. de Cochleis. Oculis caretes, itaque corniculis prætentant ſtet. ¶ Hoc etiam nomine vocarum eſt oppidum iuxta Tarquinios, κορνίκλιον Stephano, à quo oppidani Cornieulani appellati ſunt. ¶ Eſt & Corniculũ ornamenti genus, quo donabantur milites ab Imperatoribus pro re bene geſta. Liu. lib. 10, ſcribit Papyrium Cõſulem equites omnes, eũ inſignem in bellis operam, donaſſe corniculis, armilliſque argenteis.
Corniceu, penult. corr. corniculus, penult. corr. { κερατοειδὴς } Qui cornu ſonat. Iuuen. ſat. 5,
Quadringena dedit Gracchus feſtetia dotem,
Corniculus ſine hic redeo eantauerat arx.
Cornicines atque tubarum conentus. Iuuen. ſat. 10.
Cornifrons, cornifrontis, Adiectiuum quo vſi ſunt veteres, dictum à cornibus quæ frontes præferunt. Liuius, Tu pascere cornifrontes armentas ſoles.
Cornigenus, a, um, Quod eſt ex genere cornu habentium, ſicut Caprigenus. Quod eſt ex genere capratum. Sipontinus.
Corniger, penult. corr. Adiectiuum { κερατοφόρος } Qui cornua gerit. Plin. lib. 11. cap. 37, Camelus vna ex iis quæ nna ſunt cornigera.
Cetui cornigeri. Ouid. 7. Metam.
Caput. Ouid. epiſt. 5.
Caput Liberi cornigerum, quòd vinum inermi cornua & audaciam det. Seneca Hippol. 6.
Fluuius corniger. Virgilius 8. Æneid. Vbi Seruius, Flumina ideò eum cornibus pingunter, ſiue quòd mugitum boum imitatur murmur vndarum, ſiue quod plerunque in cornuum ſimilitudine cuuatas cernimur ripas.
Corniger taurus apud Ciceronem, 1. de Natura deorum, Ex antiquo poeta.
Cornipes, penult. corr. cornipedis, pen. corr. om. gen. { κερατόπους } Quod pedes corneos habet, veluti equus & capra. Ouid. 2. Tailorum,
Cornipedi Fauno cæſa de more capella. Faunus enim caprinos pedes habere fertur.
Equus cornipes. Virg. 7. Æneid.
Cornipedes, ſubſtantiuè, etiam dicuntur equi tantùm. Sil. lib. 7.
Cornuatus, cornuarij, maſculini generis. Cornuarij, ſunt, vel qui cornua conficiunt, vel qui cornu canunt, quos Æneatores à priſcis dictos Feſtus libro 1. ſcribit. De his ſi mentio in l. vltima. D. de iur. immuni. A Tubarius autem eos Paternus ſeparat, vt & Cornicines à Tubicinibus. Vegetius libro 2. capite 22. & Modeſtus in Epitome ciuſdem.
Cornutus, pen. prod. Adiect. { κερατίτης } Quod cornua habet. Varro 2. de R. ruſt. cap. 7, Æras cognoſcitur equorum, & fere omnium qui vngulas indiuiſas habent, & etiam cornuarũ, quòd, &c. Poteſt etiam dici Cornuum, quod procedit ex cornu. Martial. Occubuit tandem cornuto ardore potitus.
Cornutam beſtiam petis, inquit Plautus. Id eſt laceſſis eum qui paratus ſit reſtituere iniuriam, quémque non, niſi tuo malo, prouocea. Erasmus.
Corneus { κερατίνος } Quod ex cornu eſt. Cic. 1. de Nat. deor. Velut ibes maximam vim ſerpentum conficiunt, quum ſint aues exeelſæ, cruribus rigidis, corneo proeeröque roſtro.
Arcus corneus. Ouid. 1. Metam.
Corneus humo. Plin. lib. 7. cap. 49. ad finem, Quibus naturã concreta ſunt oſſa, qui ſunt rari admodum, corneì vocantur.
Coinu us color, Qui cornu vel cornã ſimilitudinem refert. Plin. lib. 36. cap. 8.
Ora corneа. Ouid. 8. Metam. Sic roſtra vocat auium.
Porta Somni cornea. Virg. 6. Æneidos,
Sunt geminæ Somni portæ, quarum altera fertur.
Cornea quæ veris facilis datur exitus vmbris. Vbi Seruius, Per portam corneam, inquit, oculi ſignificantur, qui & corneì ſunt coloris, & duriores cæteris membris, nam frigus non ſentiunt. Sicut etiam Cicero ait in libris de Deorum natura.

Corneolus

Corneolus,pen.corr. Diminutivum. Cic.1.de Nat.deor.de auribus loquēs,Sed duros & quaſi corneolos habent introrſus, muliuſque cum ſtrepitus: quòd his naturis relatus amplificatur ſonus.

¶ Cornus à {κέρας} Strabo lib.9.In Salaminiaco,inquit,litore Attici ſoli & Megarici confinia iacere contigit, duos videlicet colles, quos Cornua vocant. Hæc ille.

Cornus,huius cornus vel corni,ſg. quartæ & ſecundæ declinationis {φυτὸν} Arbor ramos habens duritie & rigiditate cornibus ſimiles: fructum cirea feſtiuitas reddit, primo candidum,poſtea ſanguineum. Hæc Dioſcorides ex Plinio. Virgil.2.Georgicorum.

- & bona bello Cornus, Id eſt apta haſtilibus.

Cornus Itala,pro Telo ex cornu facto. Virg.9.Æneidos.

Conuicio ſternit iaculo,vocat Itala cornus. Seruius.

Leuis cornus,Sagitta ex cornu arbore.Seneca Hippol.4.

Armata ferro grauis cornus,Haſtile aut ſagitta quæ fiebat de cornu arbore.Seneca Hippol.4.

Sonant cornus,Sagitta ex cornu arbore.Sil.lib.13.

Validam cornum torquere.Sil.lib.13.

Cornum,corni,n.g.{τὸ κέρας} Fructus Corni.

Autumnalia corna.Ouid.8.Metam.

Lapidoſa.Virg.3.Æneid.

Rubicunda.Horat.1.epiſt.17.

Sylueſtria.Horat.ſat.2.

Corneus,Adiectiuum {τὸ κέρινον} Quod eſt ex corno.Plautus,

Duram ac corneam virgam.

Cornea pyxis.Plin.lib.21.cap.20.

Venabula.Ouid.epiſt.4.

Virgulta,Quæ ſunt cornus arboris.Virg.3.Æneid.

Cornetum,pen.prod. {τὸ κερνῶν} Locus vbi ſunt frequentes cornicſicut à pino pinetum.

Cornifer,penult.corr.Adiectiuum, Qui cornos fert,vt R ami corniferi. Claud.lib.1.de Raptu Proſerp.

CORNVTVS, Lepides genere(eſt autem Lepis Africæ cluitas)remieuit Romæ ſub Neronę,interfectus demum ab eo quà cum Muſonio phi loſopho. Multa eius ſcripta tam in philoſophi a,quàm rhetorica ferũtur,natura magis,cum ſtudio inuabantur.Erat hic liberis humanitate alioquiranca,vt diſcipulos ex ea cauſa plurimos ad ſe non minus quàm doctrina allicerer. Author Suidas.{ Fuit & Cornutus.Prętor vbanus Romæ Ciceronis temporibus: de quo libro 10.epiſt.12. Item ad Atticum.lib.1.epiſt.9, Bonis vtmur Trib.pleb.Cornuto vetoPſeudonatone.

CORCONDAMES {κορκοδάμων} Vicus eſt ad Boſphorum Cimmerium,oppoſitum habens vicum Pantieapenſis agri,nomine Aeram, qui ſeptuagintta ſtadiis freto diſiungitur.Strabo lib.11.

CORCONDARETIS {κορκοδαρῆτις} Lacus eſt ſupra Corocondamen, qui & ab ea vocatur, & decem ſtadia à vico in mare emittit. Author Strabo lib.11.

COROEBVS {κόροιβος} Athenienſis, qui primus ſigilnam inuenit. Author Plin.lib.7. cap.56. Fuit & alter Coroebus, {κορόιβος} Suid.2. filius Mygdonii(vnde à Virg.Mygdonides appellatur) qui intenſus amore Caſſandræ, quam eum Priamus paſcer ei deſponderat, ad Troiam venit, ſocero & Phrygibus laturus auxilium ; quanuis à ſponſa ipſi exitium, niſi abiret, eſſet prædictum. Nam ea uocte qua ilium cecidit,ꝛeciſus eſt à Penelęo quodam Græco.Virg.2.Æneidos,

-iuuenisque Coroebus

Mygdonides,illis qui ad Troiam ſorte diebus

Venerat, inſano Caſſandræ incenſus amore. Vide Prouerbium, Suultior Coroebo.

Corolla,Corollarium,In CORONA.

Coron {κόρον} Dioſcoridi Herba eſt eadem cum ſylueſtri ruta.

Corona,pen.prod.& ſine aſpiratione,vt Quintil.lib.1.{στέφανος} A noſtris olim Seraphia, à {σειρὰ} quod eſt vertere. Memint Plin.lib.21. cap.2. Plaut.Aſin.13.

Tum ſi coronas,ſerta,vnguenta iuſſere

Anellum ferre Veneri,aut Cupidini.

Coronæ floreæ & roſeæ.Plaut.Aulul.13. Martial.lib.13.

